THEOLOGIA MORALIS,

JUXTA SACRAM SCRIPTURAM, Canones, & Sanctos Patres.

AUTHORE

FRANCISCO GENETTO,

Avenionensi, Episcopo Vasionensi.

TOMUS QUARTUS.

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis; unà cum pluribus Instructionibus super Pœnitentia, variisque Romanis Decretis, contra plures propositiones.

Editio secunda Latina, auctior, variisque præsertim Conciliorum Provincialium, Synodorumque Italiæ Decretis illustrior.

VENETIIS,

Apud PAULUM BALLEONIUM.

M. DCCV.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

INDEX
TRACTATUUM, CAPITUM, & Quæstionum
TOMI QUARTI.

TRACTATUS SEXTUS.
De Sacramento Pœnitentiæ.
CAPUT PRIMUM.
De nomine & definitione Pœnitentiæ.

CAPUT II.
De Institutione & necessitate Sacramenti Pœnitentiæ.

Caput III.

De materia & forma Sacramenti Pœnitentiæ.

Caput IV.

De effectibus & partibus Sacramenti Pœnitentiæ.

Caput V.
De Contritione.

CAPUT VI.
De Confessione.

Caput VII.
De Satisfactione.

CAPUT VIII.

De Ministro Sacramenti Pœnitentiæ.

CAPUT IX.

Quomodo se gerere debet Confessarius erga personas sibi ignotas.

CAPUT X.

De Scientia Confessorum.

Caput XI.

De Qualitatibus neceſſariis Confeſſoribus.

TRACTATUS SEPTIMUS.

De Sacramento Extremæ-Unctionis.

CAPUT PRIMUM.

De Nomine, definitione, institutione, materia & forma hujus Sacramenti.

Caput II.

De Ministro hujus Sacramenti, & de iis quibus conferri debet.

Caput III.

De necessitate & effectibus Sacramenti Extremæ-Unctionis.

Q. 2.

Caput IV.

Quænam Dispositiones ad legitimam hujus Sacramenti perceptionem exiguntur.

TRA-

TRACTATUS SEXTUS.

DE

SACRAMENTO

POENITENTIÆ.

CAPUT PRIMUM.

De Nomine & definitione Pœnitentiæ.

Quæst. 1. QUid ſignificat nomen Pęnitentiæ?

Reſp. *Pœnitentia*, inquit S. Iſidorus Hiſpalenſis, *nomen ſumpſit à pœna, qua anima cruciatur, & caro mortificatur.* S.Iſidorus, lib. 2. de Officiis Eccleſiaſt.

Et D. Auguſtinus relatus in Can. ait: *Pœnitentia eſt quędam dolentis vindicta, puniens in ſe quod dolet commiſiſſe; continuè dolendum eſt de peccato, quod declarat ipſa dictionis virtus: pœnitere enim eſt pœnam tenere.* Can. Pœnitentiæ, diſt. 3. de Pœnit.

Quæſt. 2. Quot modis ſumitur nomen Pœnitentiæ?

Reſp.

Resp. Nomen Pœnitentiæ, inquit Divus Thomas. 3. p. q. 84. sumi potest duobus modis, aut pro virtute Pœnitentiæ, aut pro Sacramento Pœnitentiæ.

Quæst. 3. Quid est virtus Pœnitentiæ?

Resp. S. Thomas eam definit virtutem

D.Th. 3. p. q. 83. art. 1. in corp.

quâ *Pœnitens assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis, cum intentione removendi ea: unde manifestum est, quod Pœnitentia de qua nunc loquimur, vel est virtus vel actus virtutis.* Efficit Pœnitentia, ut moderatè doleamus de peccatis in Deum commissis cum proposito illi satisfaciendi & non peccandi de cætero: idque propriè Pœnitentię virtus producit in pœnitentibus, ut rectè observatum est à Catechismo Concilii Tridentini: *Interdum enim*, inquit, *evenit ut ex admissis sceleribus minorem, quàm par est, dolorem homines capiant; quin etiam ut à Salomone scriptum est, nonnulli sunt qui cùm malefecerint, lætantur: rursùs verò alii ita se mœrore animi & ægritudini dedunt, ut de salute prorsùs desperent; qualis fortasse Cain videri potest, qui ait: Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear. Et qualis certè Iudas fuit, qui Pœnitentia ductus suspendio vitam & animam amisit. Vt igitur modum in dolore tenere possimus, Pœnitentiæ virtute adjuvamur.*

Catech. Concil. Trid. p. 2. De Sacr. Pęnit. n. 9.

Quæst. 4. Quid est Sacramentum Pœnitentiæ?

Resp. Est Sacramentum novæ Legis à Jesu-Christo Domino nostro institutum, in quo relapsis post Baptismum, illud cum debitis dispositionibus percipientibus, remittuntur peccata per Sacerdotalem absolutionem.

Sess. 14. Can. 10.

Primò, est Sacramentum, ut à Concilio Tridentino sub anathematis pœna contra negantes definitum est his verbis: *Si quis dixe-*

dixerit, Pænitentiam non esse verè & propriè Sacramentum pro Fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsis Deo reconciliandis à Christo Domino nostro institutum, Anathema sit.

Hoc autem probat Divus Thomas, dum ait: *Dicendum, quòd sicut Gregorius dicit, & habetur in Decretis.* 1. q. 1. *Can.* Multi, *Sacramentum est in aliqua celebratione, cùm res gesta ita sit, ut aliquid significare intelligatur; quod sanctè accipiendum est: Manifestum est autem, quòd in Pœnitentia ita res gesta sit, quod aliquid Sanctum significatur tam ex parte peccatoris Pœnitentis, quàm ex parte Sacerdotis absolventis: Nam peccator pœnitens per ea quæ facit & dicit, ostendit cor suum à peccato recessisse: similiter etiam Sacerdos per ea quæ agit & dicit circa pœnitentem, significat opus Dei remittentis peccata. Unde manifestum est, quòd Pœnitentia quæ in Ecclesia agitur, est Sacramentum.* D.Th.3.p. q.84.art.1. in corp.

Secundò, est Sacramentum *institutum ad remittenda peccata commissa post Baptismum,* quia ut supra diximus, peccata ante Baptismum admissa, remittuntur per Baptismum tam quoad culpam, quàm quoad pœnam.

Denique dicitur, *Cùm debitis dispositionibus illud recipientibus;* quia ut ait Divus Thomas: *Sicut in corporalibus Medicinis quædam sunt quæ consistunt in sola passione, vel receptione curati, ut sectio vulneris, vel appositio emplastri: quædam verò quæ consistunt in actu laborantis, sicut exercitationes, & hujusmodi: ita etiam in Sacramentis, quædam non requirunt actum ejus qui sanctificatur, quantùm ad substantiam Sacramenti, nisi per accidens, sicut removens, prohibens; sicut patet in Baptismo & Confirmatione, & hujusmodi: Quædam autem requirunt essentialiter & per* S.Th. in 4. sent. dist. 14. art. 1. ad 1.

se actum ejus qui Sacramentum recipit, ad essentiam Sacramenti: sicut patet in Pœnitentia & Matrimonio. In his enim materia Sacramenti sunt actus ejus qui ipsum recipit: ita in Pœnitentia se habent contritio, confessio & satisfactio: hinc est, quòd actus pœnitentis sunt omninò necessarii ad validitatem Sacramenti: uti deinceps explicabimus.

Quæst. 5. Quodnam ponis discrimen inter virtutem Pœnitentiæ & Sacramentum Pœnitentiæ?

Resp. In hoc Pœnitentiæ virtus & Sacramentum differunt, quòd Pœnitentiæ virtus sit actus internus voluntatis, quo peccator odit & detestatur peccata à se commissa, cum firmo constantique proposito deserendi malam vitam, Deoque pro præterita vita satisfaciendi; verùm Pęnitentia, in quantum est Sacramentum, consistit in certis actibus exterioribus sensibusque subjectis, qui denotant id quod interiùs in animo peragitur, cum absolutione Sacerdotis, quo fit ut actus virtutis Pęnitentiæ, sint materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, quod producit gratiam *ex opere operato*.

Quæst. 6. Pęnitentia, in quantum virtus cum desiderio Sacramenti Pœnitentiæ, est-ne sufficiens ad justificationem peccatoris?

Resp. Satis patet ex Concilio Tridentino, desiderium Sacramenti Pęnitentiæ sufficere ad justificationem peccatoris virtute meritorum Domini nostri Jesu Christi, si sit conjunctum cum contritione perfecta; ita enim: *Etsi contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominùs reconciliationem ipsi contritioni, sine*

Concil. Trident. sess. 14. de Pęnit. c. 4.

Sacra-

Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.

Desiderium Sacramenti Pœnitentiæ potest esse explicitum, aut implicitum: Explicitum, quando quis actu & expressè desiderat recipere Sacramentum Pœnitentiæ: Implicitum, quando aliquis facit aliquid quod in se includit desiderium Sacramenti Pęnitentiæ: ut quando aliquis, qui nullam habet cognitionem hujus Sacramenti, elicit actum contritionis perfectæ, aut amoris Dei; tunc enim habet desiderium implicitũ Sacramenti Pœnitentiæ, quia eliciendo actum contritionis aut amoris Dei, habet verum desiderium adimplendi omnia, quæ sibi à Deo præcepta sunt, & consequenter recipiendi Sacramentum Pęnitentiæ, si post Baptismum commisit aliquod peccatum, si sciret, Sacramentum Pęnitentiæ institutum esse à Deo ad remittenda peccata commissa post Baptismum.

Quæst. 7. Quid est in Sacramento Pœnitentiæ, res tantùm, Sacramentum tantùm, & res ac Sacramentum simul?

Resp. Divus Thomas ita respondet: *Dicendum, quòd etiam in Pænitentia est aliquid quod est Sacramentum tantùm, scilicet actus exteriùs exercitus, tam per peccatorem pænitentem, quàm etiam Sacerdotem absolventem: res autem, & Sacramentum, est Pænitentia interior peccatoris: res autem tantùm & non Sacramentum, est remissio peccati.* S. Tho. 3. p. q. 84. art. 1. ad 3.

Caput II.

De Institutione & necessitate Sacramenti Pœnitentiæ.

Quæst. 1. Quandonam Christus Dominus instituit Sacramentum Pœnitentiæ?

Cōc. Trid. sess. 14. c. 1. *Resp.* Huic quæstioni satisfacit Concilium Trident. his verbis: *Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè instituit, cùm è mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos, dicens:* Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.

Quæst. 2. Quomodo probari potest, necessarium esse confiteri peccata sua Sacerdoti, ad hoc ut aliquis possit recipere absolutionem in Sacramento Pœnitentiæ.

Resp. Hoc probatur primò ex eo quod dicitur Act. 19. v. 18. *Multique credentium veniebant, confitentes, & annuntiantes actus suos:* Et in Euangelio S. Matthæi, c. 18. v. 18. Jesus-Christus Dominus noster sic loquitur Apostolis: *Amen dico vobis: Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo.* Sic autem D. Hieronymus explicat hæc verba Domini nostri Jesu Christi: *Episcopus & Presbyter, non eos qui insontes sunt, vel noxii: sed pro officio suo cùm peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, qui ve solvendus.*

S. Hieron. in cap. 16 Matth.

Sanctus Basilius expresse declarat, quòd omnes Fideles tenentur confiteri peccata sua: *Quoniam igitur*, inquit, *conversionis modus proprius esse debet peccatoris, & necesse est, ut fructus ferantur qui deceant resipiscentiam, juxta quod scriptum est, Facite fructus*

S. Basilius. In Regulis cōtractioribus. Regula 288.

ctus resipiscentia dignos: ne comminatio, quam subjecit, locum habeat, si fructus defuerint (nam omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem conjicitur) necessarium est, ut iis fiat confessio peccatorum, quibus dispensatio Mysteriorum Dei concredita est. Nam hoc pacto, & qui olim inter sanctos Pœnitentiam egerunt, fecisse reperiuntur. Scriptum est enim in Euangelio, quod Ioanni Baptistæ peccata confessi sint. In Actis verò, Apostolis à quibus baptizabantur, peccata sua confessi sunt omnes.

S. Augustinus ait: *Amissa confessione, non erit locus misericordiæ: tu factus es peccati tui defensor, quomodo erit Deus liberator? Vt ergo ille sit liberator, tu esto accusator.* S. Auguft. in Psal. 68. Conc. 1. in fine.

Quæst. 3. Numquid Christus Dominus ante Resurrectionem suam, postquam egressus est è deserto, prædicavit Pœnitentiam, cùm dixit Matthæi cap. 4. *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum Cælorum:* quæ verba declarare videntur, eum instituisse Sacramentum Pœnitentiæ ante suam Resurrectionem?

Resp. Non loquebatur in hoc loco Christus Dominus de Pęnitentiæ Sacramento, sed tantùm de virtute Pœnitentiæ ad præparandum homines ad fidem, & Baptismum, & ad suscipiendum Pœnitentiæ Sacramentum; ut notat D. Thomas, dum ait: *Dominus in principio prædicationis suæ indixit hominibus, ut non solùm pœniterent, sed etiam pœnitentiam agerent, significans determinatos modos actuum, qui requiruntur ad hoc Sacramentum*, postmodùm instituendũ. D. Th. 3 p. q. 84. art. 7. in corp.

Quæst. 4. Quænam est necessitas Sacramenti Pœnitentiæ?

Resp. Eam declaravit Concilium Tridentinum his verbis: *Est autem hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum, ad salu-* Cõc. Trid. sess. 14. c. 2.

salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus.

S. Hieron. scribens ad Demet. S.Tho.3.p. q.84.art.6. in corp.

Et ut ait Sanctus Hieronymus: *Secunda Tabula post naufragium est Pœnitentia.* Quod ita explicat Divus Thomas: *Nam sicut primum remedium mare transeuntibus, est, ut conserventur in navi integra; secundum autem remedium est post navem fractam, ut quis tabulæ adhæreat: ita etiam primum remedium in mari hujus vitæ est, quòd homo integritatem servet; secundum autem remedium est, si per peccatum integritatem perdiderit, quòd per Pœnitentiam redeat.*

Quibus verbis gravissimè admonentur Pastores de suis obligationibus, ut non solũ summam curam adhibeant, ne pœnitentes sacrilegas faciant confessiones, verùm etiam ut inducant Fideles, ne in re tanti momenti quidquam prætermittant; quoniam, ut ait Divus Augustinus: *Nulla satis magna securitas, ubi periclitatur æternitas.*

Synod. Spalat. ann. 1688. tit.11.

Unde etiam in Synodo Spalatensi habetur: *Potissimum salutis animarum præsidium est sacramentum Pœnitentiæ, quippe quod est lapsis post baptismum, unica post naufragium tabula, & necessaria peccatorum medicina. Quapropter quam diligentissimè enitendum est, ut Sacramentum hoc ritè administretur & suscipiatur; si enim contrarium accidat, nulla spes superest salutis consequendæ. Ideo pii ac prudentes viri magis timent populi confessiones, quàm peccata; si enim medicina vertatur in venenum, quæ spe salutis ægroto? Sanctique Dei spiritu afflati deplorare solebant, majorem Christianorum partem damnari ex pravo Confessionis usu.* Et ut habetur in Synodo Tiburtina Cardinalis Marcelli Santacrucii, *Plurima crimina aluntur in populo, aut certè non extirpantur, ob Confessariorum minus diligens ministerium.*

Synod. Tiburt. ann. 1658. tit. 8. de Pœnit.

Quæst.

Quæst. 5. Contritio perfecta, & amor Dei, numquid possunt delere peccata sine Pœnitentiæ Sacramento?

Resp. Concilium Tridentinum huic difficultati ita respondet: *Docet præterea, etsi contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur: ipsam nihilominùs reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.* Cõc. Trid. sess. 14. c. 4.

Ex quo patet, Sacramentum Pœnitentiæ in re aut in voto esse necessarium ad salutem lapsis post Baptismum in aliquod peccatum mortale, ut nondum regeneratis ipse Baptismus.

Utile erit hìc advertere, quòd illi qui incidunt in aliquod peccatum mortale eo prætextu, quia credunt quòd facilè poterint obtinere remissionem per Sacramentum Pœnitentiæ, non solùm in hoc magnam malitiam & ingratitudinem ostendunt, occasionem sumentes offendendi Deum, ex eo quòd bonus est, & semper paratus ad remittenda peccata: sed etiam cum magna imprudentia & temeritate agunt, non solùm quia facilè evenire potest, quòd in illa miserabili statu moriantur; sed etiam quia multæ occurrunt difficultates in praxi ad hoc ut aliquis veram possit agere pœnitentiam, ut nemo sensatus debeat velle sibi infigi similia vulnera, quia potest ab illis sanari.

Nec statim nobis Pœnitentiæ subsidia blandiantur, ait S. Hieron. *quæ sunt infelicium remedia. Cavendum est vulnus quod dolore curatur: aliud est, integra nave & salvis mercibus, portum salutis intrare, aliud nudum hærere tabulæ, & crebris fluctuum recursibus ad asperrima saxa collidi.* S. Hieron. Epist. 9. ad Salvinam.

S. Amb. de Pœnitent. c. 10. lib. 2. Verba Divi Ambrosii deberent nobis terrorem incutere, dum ait: *Faciliùs inveni, qui innocentiam servaverint, quàm qui congruè pœnitentiam egerint.*

S. Pacianus, Epist. 3. ad Sympron. Et S. Pacianus nos admonet, quòd *Baptismus est Sacramentum Dominicæ Passionis: Pœnitentium venia, meritum confitentis. Illud omnes adipisci possunt, quia gratiæ Dei donum est: labor verò iste paucorum est, qui post casum resurgunt, qui post vulnera convalescunt, qui lacrymosis vocibus adjuvantur, qui carnis interitu reviviscunt.*

Caput III.

De Materia & forma Sacramenti Pœnitentiæ.

Quæst. 1. Quotuplex est materia Sacramenti Pœnitentiæ?

S. Tho. 3. p. q. 84. art. 2. in corp. Resp. *Dicendum*, inquit Divus Thomas, *quòd duplex est materia Sacramenti Pœnitentiæ; proxima & remota.*

Quæst. 2. Quænam est materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ?

Sess. 14. de Pœnit. c. 3. *Resp.* Actus Pœnitentis, ut innuit Concilium Tridentinum his verbis: *Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti, ipsius pœnitentis actus, nempè contritio, confessio, & satisfactio, qui quatenùs in Pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione partes dicuntur.*

Ratio autem, cur Concilium dixit, hos actus esse quasi materiam Sacramenti Pœnitentiæ, non ita intelligenda est, quasi velit, eos non esse veram materiam, sed voluit

luit dumtaxat indicare discrimen, quod inter hujus, & aliorum Sacramentorum materiam intercedit, in hoc consistens, quòd aliorum Sacramentorum materia est res aliqua materialis & sensibilis, cujusmodi est aqua in Baptismo; Sacramenti verò pœnitentiæ materia sunt actus pœnitentis, quorum præcipuus, ipsa scilicet contritio, est insensibilis, cùm actus sit internus; & sic non ita propriè appellantur hujus Sacramenti materia.

Sacramenti verò Pœnitentiæ, ait Catechismus Concilii Tridentini, *quasi materia sunt actus pœnitentis, nempè contritio, confessio, & satisfactio. Neque verò hi actus, quasi materia à sancta Synodo appellantur, quia veræ materiæ rationem non habeant, sed quia ejus generis materia non sint, quæ extrinsecus adhibeatur: ut aqua in Baptismo, & Chrisma in Confirmatione.* Catech. Cōc. Trid. 1. p. de Pœnitent. Sacramento, n. 17.

Quare cùm aliqui Theologi Catholici negassent, hos actus esse propriè materiam hujus Sacramenti, Concilium ne eos damnaret, maluit dicere, quasi materiam; ut notat Eminentissimus Cardinalis, qui historiam Concilii descripsit, c. 3. sess. 14.

Quo fit, hoc esse discrimen inter hoc Sacramentum, & alia, quòd in Sacramentis quæ constant materiâ sensibili, Minister non potest applicare formam, nisi materia sit realiter & physicè præsens, v. g. in Sacramento Baptismi, nisi realiter habeat aquam: sed in Sacramento Pœnitentiæ sufficit habere certitudinem moralem de præsentia materiæ ad applicandam formam: quæ quidem certitudo in eo consistit, quòd prudens Confessarius judicare debeat, pœnitentem esse verè contritum, & vero dolore peccatorum suorum compunctum, cum firmo proposito non ampliùs peccan-

di, & affectum peccati ex animo penitùs extirpandi.

Hoc etiam ostendit cœcitatem illorum Confessorum qui eos passim absolvunt, qui pluries promiserunt se vitam, & mores correcturos, absque ulla, aut certè perexigua emendatione; & tamen in negotiis hujus sæculi, imprudens cuiq; haberetur, qui fidem illi haberet, à quo sæpè deceptus fuit, nisi priùs aliquo argumento & experientia notabili sibi constaret, de ejus fide in futurum.

Quæst. 3. Quænam est materia remota Sacramenti Pœnitentiæ?

Resp. Omnia peccatorum genera, sive mortalium, sive venialium, quæ commisit homo post Baptismum, quamvis aliàs debitè confessus fuerit; hoc tamen discrimine, quòd sola peccata mortalia sunt materia necessaria hujus Sacramenti, quia scilicet non possunt remitti, nisi per susceptionem hujus Sacramenti, vel in re, vel saltem in voto: at peccata venialia, quæ non excludunt à gratia Dei, aut mortalia, quæ quis ritè confessus est, sunt materia sufficiens, hoc est, ut ait Concilium Tridentinum: *Peccata venialia quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentiùs labimur, quanquam rectè & utiliter citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat: taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt.*

Sess. 14. de Pœnit. c. 5.

Quæst. 4. Quænam sunt verba formæ Sacramenti Pœnitentiæ?

Resp. Concilium Tridentinum post Decretum Eugenii Papæ IV. ait, hæc esse verba formæ: *Ego te absolvo, &c.* Quia exprimunt effectum quem hoc Sacramentum operatur, qui est remissio peccatorum: Cæteræ preces, quæ præmittuntur, aut subsequun-

quuntur, institutæ sunt ab Ecclesia; & quamvis non sint de essentia hujus Sacramenti, omitti tamen de facili non debent.

Quæst. 5. Quisnam est verus sensus verborum absolutionis?

Resp. Sensus horum verborum non est, quòd absolutio sit simplex declaratio remissionis peccatorum; sed quòd ea effectivè remittat. Quod quidem probatur ex Conc. Trid. his verbis: *Si quis dixerit, absolutionem Sacramentalem Sacerdotis esse nudum ministerium pronuntiandi & declarandi remissa esse peccata confitenti, Anathema sit.* Sess. 14. Can. 9.

Rationem affert Divus Thomas, dum ait: *Sacramenta novæ Legis non solùm significant, sed etiam faciunt quod significant: undè sicut Sacerdos baptizando aliquem, ostendit hominem interiùs ablutum per verba & facta, & non solùm significativè, sed effectivè; ita etiam cùm dicit: Ego te absolvo, ostendit hominem absolutum, non solùm significativè, sed etiam effectivè.* S. Tho. 3. p. q. 84. art. 3. ad 5.

Quæst. 6. Quomodo responderi potest his verbis quæ habentur Marci c. 2. v. 7. *Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Ex quibus videtur, sensum verborum absolutionis non esse, quòd Sacerdos effectivè peccata remittat?

Resp. Respondeo ex Divo Thoma: *Dicendum, quòd solus Deus per authoritatem, & à peccato absolvit, & peccatum remittit: Sacerdotes tamen utrumque faciunt per Ministerium; in quantum scilicet verba Sacerdotis in hoc Sacramento instrumentaliter operantur in virtute divina, sicut etiam in aliis Sacramentis.* S. Tho. 3 p. q. 84. art. 3. ad 3.

Quod idem S. Doctor fortiùs etiam explicat Opusculo 22. cap. 1. ubi hæc habet: *Dixit Dominus Petro, Matth. 16.* Quodcumque solveris super terram, erit solu-

tùm & in cœlis. *Quod ad usum Clavium pertinere ostenditur; nam promiserat:* Et tibi dabo Claves Regni Cœlorum. *Et post quasi usum Clavium exponens, dicit:* Et quodcumque solveris. *Patet ergo ex dictis Salvatoris, quòd habens Claves absolvit. Præsumptuosum est ergo, ne dicam erroneum, ut Sacerdos dicere non possit, Ego te absolvo, quem Dominus absolvere confitetur. Magis autem ex verbis Domini colligitur, hanc esse formam debitam absolvendi, Ego te absolvo. Sicut enim Dominus discipulis dixit:* Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, *Matth. ultimo, ita dixit :* Quodcumque solveris super terram: *Unde sicut conveniens est forma Baptismi, ut Minister dicat, Ego te baptizo, quia Dominus Ministris actum baptizandi attribuit; ita conveniens forma est, ut dicatur, Ego te absolvo, quia Dominus Ministro actum absolvendi attribuit.*

Quæst. 7. Præter hæc verba, *Ego te absolvo, &c.* oportet-ne in absolvendo dicere alia verba, quæ in Rituali præscribuntur?

Resp. Quamvis omissio aliquorum ex his verbis non efficiat absolutionem invalidam, constat tamen, nisi necessitas aliud suadeat, omninò recitanda esse quæ in Rituali continentur, sine ulla prorsus additione, vel detractione; & quia experientiâ constat, plures Confessarios aliquatenùs alterare formulam in absolvendo præscriptam, non abs re erit hìc indicare formam, & apponere, quæ habetur in Rituali Romano de Sacramento Pœnitentię in hunc modum: *Cùm igitur Pœnitentem absolvere voluerit, injunctâ ei priùs, & ab eo accepta salutari Pœnitentia, primò dicit:* Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.

Amen. *Deinde dextera versus pœnitentem elevata, dicit*: Indulgentiam, absolutionem & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus. Amen. Dominus noster Jesus-Christus te absolvat, & ego authoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges. *Deinde*: Ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti: *Si Pœnitens sit Laicus, omittitur verbum* suspensionis: Passio Domini nostri Jesu-Christi, merita Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen. *In confessionibus autem frequentioribus & brevioribus omitti potest*: Misereatur, &c. *Satis erit dicere*: Dominus noster Jesus-Christus, &c. *ut supra usque ad illud*: Passio Domini, &c. *Urgente verò aliqua gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit*: Ego te absolvo ab omnibus censuris & peccatis, in nomine Patris, &c.

CAPUT IV.

De Effectibus & Partibus Sacramenti Pœnitentiæ.

Quæst. I. QUisnam est primus Sacramenti Pœnitentiæ effectus?

Resp Nihil utilius, nihil efficacius nos impellere potest ad amplectendum cum gaudio Pœnitentiam, quàm ingentium consideratio bonorum, quæ ex ea percepturi sumus; quorum primum est remissio

omnium peccatorum, quibus specialiter applicatur; quod quidem eloquenter suo more explicat S. Joannes Chrysostomus, relatus in Canone his verbis: *Talis, mihi crede, talis est erga homines pietas Dei, nunquam spernit Pœnitentiam, si ei sincerè & simpliciter offeratur: etiam si ad summum quis perveniat malorum, & inde tamen velit reverti ad virtutis viam, suscipit, & libenter amplectitur: facit omnia, quatenùs ad priorem revocet statum.*

Can. Talis, De Pœnit. dist. 3.

Hoc etiam nobis ipse Deus significare voluit his Ezechielis Prophetæ verbis: *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit præcepta mea, & fecerit judicium & justitiam, vita vivet, & non morietur: omnium iniquitatum ejus quas operatus est, non recordabor.* Et S. Joannes idipsum testatur Epistola 1. c. 1. *Si confiteamur*, inquit, *peccata nostra, fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra.* Et cap. 2. ait: *Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Iesum-Christum justum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.*

Ezechielis, c. 18.

Quæst. 2. Sacramentum Pœnitentiæ remittit-ne peccata, non solùm quoad culpam, sed etiam quantùm ad pœnam ipsis debitam?

Resp. Certum est, verum hujus Sacramenti effectum non minùs esse remissionem totius pœnæ peccato debitæ, quàm totius culpæ; ut enim ait Divus Thomas: *In absolutione alicui plus & minùs de pœna dimittitur vi Clavium, secundùm quod plus se ad gratiam disponit: & potest esse tanta dispositio, quòd ex vi contritionis tota pœna tollatur.*

S. Th. in 4. dist. 18. q. 1. ar. 3. q. 2. ad 4.

Et sanè Concilium Tridentinum hoc unicum ponit discrimen inter fructus quos ex Sacramento Pœnitentiæ percipimus, & eos quos percipimus ex Baptismo, his verbis: *Alius est præterea Baptismi, alius Pœnitentiæ fructus; per Baptismum enim Christum induentes, nova prorsus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes; ad quam tamen novitatem & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ sine magnis nostris fletibus & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus: ut meritò Pœnitentia laboriosus quidam Baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit.* Côc. Trid. sess. 14. De Pœnit. c. 2.

Quocirca hoc discrimen est inter Pœnitentiæ & Baptismi Sacramentum, quòd ut ait Divus Thomas: *In Baptismo homo participat totaliter virtutem Passionis Christi (utpotè per aquam & spiritum Christo commortuus peccato, & in eo regeneratus ad novam vitam,) & ideò in Baptismo homo consequitur remissionem reatus totius pœnæ. In Pœnitentia verò consequitur virtutem Passionis Christi, secundùm modum propriorum actuum, qui sunt materia Pœnitentiæ, sicut aqua Baptismi; & ideo non statim per primum actum Pœnitentiæ, quo remittitur culpa, solvitur reatus totius pœnæ; sed completis omnibus pœnitentiæ actibus*, hoc est, cùm pœnitens congruam peccatis suis egerit Pœnitentiam. S. Tho. 3. p. q. 86. art. 4. ad 3.

Et ut ait S. Augustinus: *Productior est pœna, quàm culpa, ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna.* S. August. Tract. 124. in Joann.

Id autem explicat S. Bonaventura, & probat authoritate S. Augustini: *Si autem, inquit, Pœnitentia sit perfecta quantùm ad fervorem & durationem, sic dico, quòd si ita ferventer pœnitet, & dolet de culpa secundùm quod congruit ei qui de tanto statu* S. Bonav. in 4. dist. 14. q. 2. litera L.

ecidit, credo, quòd per hanc redit in pristinam sanitatem. Et de hac intelligitur Augustinus, lib. 5. responsionum: Pœnitentia est res quædam optima & perfecta, omnes defectus revocans ad perfectum: quia Antidotum illud operatur secundùm congruentiam suscipientis.

Quare licèt Pœnitentiæ Sacramentum ex sua institutione nihil relinquat solvendum, sicut Baptismus; nihilominùs ut plurimùm tantummodò commutat pœnam æternam debitam peccatis, in pœnam temporalem, defectu pœnitentium, qui omnia necessaria non præstant, ut plenam, & integram peccatorum suorum remissionem consequantur.

Quæst. 3. Si Sacramenti Pœnitentiæ effectus sit peccatorum omnium remissio, quomodo intelligenda sunt illa Christi Domini verba apud Matth. c. 12. v. 32. *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro:* Aut etiam id quod in Scripturis legimus, nonnullos Dei misericordiam non esse consecutos, licèt cum summo eam ardore petierint: sed & Apostolus Paulus ad Hebræos, c. 6. v. 4. ait: *Impossibile est enim eos qui semel illuminati sunt, gustaverunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti... & prolapsi sunt, rursus renovari ad Pœnitentiam?*

Resp. Divus Thomas optimè explicat illum Matth. locum, dum ait: *Dicendum quòd illud verbum, vel blasphemia contra Spiritum sanctum, est finalis impœnitentia, ut Augustinus dicit in libro de verbis Domini Sermone 11. quæ pœnitùs irremissibilis est, quia post finem hujus vitæ non est remissio pecca-*

S. Tho. 3. p. q. 86. art. 1. ad 3.

cato-

catorum: vel si intelligatur per blasphemiam Spiritus sancti, peccatum quod fit ex certa malitia, vel etiam ipsa blasphemia Spiritus sancti, non dicitur remitti, scilicet de facili.

Idem dicendum est de iis, qui post conversionem suam relapsi sunt in peccata sua; quemadmodum enim morbus dicitur incurabilis, quando ægrotus ita malè est affectus, ut ab ipsis abhorreat remediis, quibus sanari posset: ita quædam sunt peccata, quæ non remittuntur; quia is qui ea commisit, gratiam Dei spernit, quâ solâ curari potest: juxta id quod habetur Proverbiorum 18. *Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit.*

Et in hoc sensu Divus Augustinus dixit: *Tanta labes est illius peccati, scilicet cùm post agnitionem Dei per gratiam Christi, oppugnat aliquis fraternitatem, & adversus ipsam gratiam invidiæ facibus agitatur, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiamsi peccatum suum mala conscientia agnoscere & annunciare cogatur.* S.Aug.lib. 1.de serm. Domini in monte, c. 43.

Cùm etiam legimus, aliquos non esse consecutos veniam peccatorum suorum, licèt eam ardenter petierint, id accidisse omninò fatendum est, quia non verè dolebant de peccatis suis; hinc ait Divus Thomas: *Nec Antiochus verè pœnituit: dolebat enim de culpa præterita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem quam patiebatur:* quam agnoscebat ex peccato suo procedere. S.Tho.3.p. q.86.art.1. ad 1.

Quæst. 4. Quinam alii sunt effectus Pœnitentiæ?

Resp. Concilium Tridentinum ait: *Effectus hujus Sacramenti, quantum ad ejus vim & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interdum in viris piis, & cùm* Sess.14.c.3.

devotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientiæ pax & serenitas cum vehementi Spiritus consolatione consequi solet.

Quæst. 5. Bona opera facta ab eo, qui erat in statu gratiæ, quique postea incidit in mortale peccatum, per quod meritum amiserunt, recuperantur-ne per Pœnitentiam?

D. Th. 3. p. q. 89. art. 5. in corp. *Resp.* Ut ait Divus Thomas: *Opera meritoria per peccatum mortificata, remanent quantum est de se: quia semper Deus illa opera, prout facta fuerunt, acceptabit, & Sancti de eis gaudebunt; secundum illud Apocalypsis:* Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam: *Sed quòd isti qui ea facit, non sint efficacia ad ducendum ad vitam æternam, provenit ex impedimento peccati supervenientis, per quod ipse redditus est indignus vita æterna. Hoc autem impedimentum tollitur per Pœnitentiam, in quantum per eam remittuntur peccata; unde restat, quòd opera prius mortificata, per Pœnitentiam recuperant efficaciam perducendi eum qui fecit, in vitam æternam.*

Quæst. 6. Bona opera facta in statu mortalis peccati, possunt-ne effici meritoria vitæ æternæ per Penitentiam?

Resp. Non possunt, quia illa opera nunquam à principio vitæ spiritualis processerunt, unde quam nunquam habuerunt vitam, recuperare non possunt. Quare illa opera, quamlibet videantur eximia, comparat Divus Thomas, 3. p. q. 89. ar. 6. in corp. sono Cytharæ, quæ dicitur vox mortua. Hinc fit, illa opera nihil prodesse, ut ait Apostolus, 1. Corinth. 13. *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest;* nimirùm ad salutem, quamvis prodesse possint

ad

ad remunerationem temporalem, & sint tanquam dispositiones ad obtinendam Pœnitentiæ gratiam, maximè si ea de causâ fiant. Sic v.g. quando peccator dat eleemosynam, aut facit aliquod aliud bonum opus ad obtinendam Pœnitentiæ gratiam, hoc est initium bonæ voluntatis ad mutandam vitam, & quamvis adhuc imperfecta sit, non debet tamen considerari ut inutilis & sine fructu, cùm sit initium dispositionis ad perfectam Pœnitentiam.

Quæst. 7. Quænam sunt partes Pœnitentiæ?

Resp. Ex Concilio Tridentino, *Contritio, Confessio, & Satisfactio, Pœnitentiæ partes dicuntur*; suntque illius quasi materia: quod quidem egregiè explicat S. Chrysostomus relatus in Canone his verbis: *Perfecta Pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre; in corde ejus Contritio est, in ore ejus Confessio, in opere tota humilitas, scilicet satisfactionis.* In sequentibus deinceps capitibus explicabimus tres has partes, quæ necessariæ sunt ad veram Pœnitentiam.

Sess. 14. cap. 3.

Can. Perfecta, De Pœnitent. dist. 3.

CAPUT V.

De Contritione.

Quæst. 1. QUid est Contritio?

Resp. Ex Concilio Tridentino: *Contritio quæ primum locum inter dictos Pœnitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero: ita demùm præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divinæ misericordiæ & voto præstandi reliqua conjunctus sit, quæ ad ritè suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur.*

Sess. 14. cap. 4.

Quæst

Quæst. 2. Quænam conditiones exiguntur ad hunc dolorem, ut sit verus?

Resp. Quatuor conditiones requiruntur: nimirùm debet esse Interior, Supremus, Universalis, & Supernaturalis.

Quæst. 3. Quare Contritio debet esse interior?

Resp. Ut diximus ex Concilio Tridentino: *Contritio est dolor animi*, & non solùm corporis, quia cùm peccatum sit malum interius, originem habens in voluntate, dolor qui ejus est remedium, debet pariter esse internus. *In Contritione*, inquit D.Thomas, *est duplex dolor: unus est in ipsa voluntate; qui est essentialiter ipsa Contritio, & nihil aliud est, quàm displicentia præteriti peccati*. Quare non sufficit dolor externus, & sensibilis, & in appetitu solùm inferiori, quem indicant singultus, & lacrymæ; sed debet esse in intimo cordis, & in voluntate, juxta id quod Deus nobis præcipit, Joel. 2. *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra*. Et ut jam diximus cum S.Chrysostomo, Contritio debet esse in corde.

D. Thom. in suppl. qu.3.art 1. in corp.

Quæst. 4. Quare Contritio debet esse suprema?

Resp. *Dolor in Contritione*, ut habet Divus Thomas, *excedit omnes alios dolores: quia quantùm aliquid placet, tantùm contrarium ejus displicet: finis autem ultimus super omnia placet, cùm omnia propter ipsum desiderentur; & ideo peccatum, quod à fine ultimo avertit, super omnia displicere debet*.

D. Thom. in suppl. q.3. art.1. in corp.

Quæst. 5. Est-ne necesse, ad hoc ut dolor de peccatis nostris sit supremus, sensum esse vehementiorem quolibet doloris sensu ex aliis omnibus malis concepto, quæ nobis accidere possunt?

Resp.

Resp. Non est necesse, quod quidem S. Bonaventura sic explicat: *Respondeo* dicendum, quòd cùm quæritur de quantitate doloris, dolor potest dici displicentia rationis, vel passio ex hac resultans in sensualitate. Si hoc secundo modo accipiatur, dico, quòd non est necesse magis dolere de peccato, quàm de re temporali, nec etiam necesse est dolere, quia non est in potestate cujuslibet; talis enim dolor non consequitur amorem, sed consequitur ipsam affectionem, & affectio experimentalem cognitionem. Et quia non omnes habent experientiam divinę dilectionis, ideò non omnes ita sensibiliter dolent de peccatis: tamen quod magis etiam sensibiliter doleat aliquis de peccato, quàm de aliquo damno, hoc est perfectionis, & congruum, non necessarium. Sed in quantum dolor dicitur displicentia rationis, sic dico, quòd displicentia mensuratur secundùm quantitatem charitatis. Et sic dico, quòd in comparatione ad alios amores, vendicat sibi dominium in corde, quandiu est; nec unquam ibi est, nisi sit domina. Unde dico, quòd ad hoc quod aliquis habeat charitatem, necesse est, quòd diligat Deum super omnia; hoc autem est diligere Deum super omnia, quòd pro nullo damno vel commodo velit offendere Deũ. Sic intelligendum est de displicentia contritionis. Unde dico, quòd peccatum debet tantùm displicere rationi, quòd nullo pacto, nullo commodo, vel incommodo velit in ipsum consentire, vel consensisse; quoniam voluntas quæ ex aliqua causa consentit in peccatum, justa non est; & in hoc sensu dolor de peccatis in contritione debet esse summus, seu supremus. S. Bon. in 4. dist. 16. p. 1. art. 2. q. 1.

Quæst. 6. Quare dolor contritionis debet esse universalis?

Resp.

Resp. Quia hic dolor debet ad omnia peccata mortalia, quæ quis adsimit, se extendere, ut habetur Ezechielis cap. 18. *Si impius egerit Pænitentiam ab omnibus peccatis suis, vita vivet:* Proinde si remanet affectus ad unum mortale peccatum, vera nequit esse Contritio, & falsa est Pœnitentia.

Hoc autem Innocentius II. relatus in Canone asserit, dicens: *Fratres nostros Episcopos & Presbyteros admonemus, ne falsis Pænitentiis Laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem Pænitentiam esse constat, cùm spretis pluribus, de uno solo Pænitentia agitur; aut cùm sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio: unde scriptum est*, Qui totam legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, *scilicet quantùm ad vitam æternam. Sicut enim si quis peccatis esset omnibus involutus, ita si in uno tantùm maneat, æternæ vitæ januam non intrabit.*

Can. Fratres, De Pœnit. dist. 5.

Quæst. 7. Quare Contritio debet esse supernaturalis?

Resp. Quia cùm gratia habitualis, per contritionem producta, sit qualitas supernaturalis, Contritio debet esse ejusdem ordinis; quo fit, ut si quis de suis peccatis doleret ex motivo tantùm naturali, v. g. propter pudorem, aut infamiam à peccato provenientem, aut propter pœnam quam patitur propter illud, non esset vera Contritio. Unde Divus Thomas rationem reddit, quare Antiochi pœnitentia ei nihil omninò profuerit ad remissionem peccatorum consequendam, dum ait: *Nec Antiochus verè pænituit; dolebat enim de culpa præterita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem quam patiebatur*, & sciebat esse pœnam sui peccati.

S.Tho.3.p. q.86.art.1. ad 1.

Et

Et ut ait Catechismus Concilii Tridentini: *Altera est Pœnitentia*, cùm quis ex scelere admisso, quod quidem antea placebat, dolorem non Dei, sed sui ipsius causâ concipit. Et est quædam commoti, & perturbati animi affectio. Tertia est, cùm non solùm admissi sceleris causâ intimo animi sensu dolemus, vel ejus doloris externum etiam aliquod signum damus; verùm unius Dei causâ in eo mœrore sumus: ac singulis quidem Pœnitentiæ generibus, quæ commemorata sunt, Pœnitentiæ vox propriè convenit. Tertiam tum ad virtutem pertinere, tum Sacramentum esse dicimus. " Catech. Concil. Trid. p. 2. de Sacram. Pœnit. n. 2.

Summus Pontifex Innocentius XI. sic definivit, cùm sequentem propositionem damnavit.

Probabile est sufficere attritionem naturalem, modò honestam. 57. Propos. damnata.

Quæst. 8. In quonam consistit differentia inter dolorem perfectum, qui vocatur Contritio, & dolorem imperfectum, qui dicitur Attritio?

Resp. S. Antoninus id clarè explicat his verbis: *Ad veram contritionem* concurrunt illa quatuor. Primò infusio gratiæ. Secundò motus liberi arbitrii in peccatum detestando, in quo includitur propositum confitendi & satisfaciendi. Tertiò motus liberi arbitrii in Deum diligendo super omnia. Quartò remissio culpæ. Ex his patet differentia inter contritionem & attritionē dupliciter. Uno modo ex parte liberi arbitrii: quia dolor imperfectus dicitur Attritio: Et dolor perfectus dicitur Contritio. Secundò ex parte Dei: quia dolor gratiâ informatus, est Contritio, quantumcumque sit modicus dolor; qui non est gratiâ informatus, non potest dici contritio, sed attritio. " S. Ant. 3. p. tit. 14. c. 18.

Hanc

Hanc duplicem differentiam clarè satis explicat Concilium Trident. Primam quidem, cùm attritionem vocat imperfectam contritionem. Secundam verò, cùm asserit:

Concil. Trid. sess. 14. cap. 4. » *Docet prætereà, etsi contritionem* hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, » hominemque Deo reconciliare, priusquam » hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam » nihilominùs reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa » includitur, non esse adscribendam; illam » verò contritionem imperfectam quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis » peccati consideratione, vel ex gehennæ & » pœnarum metu communiter concipitur, » si voluntatem peccandi excludat, cum spe » veniæ, declarat, non solùm non facere » hominem hypocritam, & magis peccatorem, verùm etiam donum Dei esse, & Spiritus-sancti impulsum, non adhuc quidem » inhabitantis, sed tantùm moventis, quo » pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam » parat.

Quæst. 9. Quilibet dolor de peccatis, proveniens ex consideratione turpitudinis peccati, aut timoris inferni, est-ne vera, & salutaris attritio?

Resp. Videtur, quòd non: quia ut attritio sit salutaris & sufficiens ad remittenda peccata unà cum Sacramento Pœnitentiæ, oportet, ut sit supernaturalis, & includat in se amorem Dei tanquam omnis justitiæ fontis: quod quidem satis clarè docet Concilium Tridentinum, cùm loquens de dispositionibus in adultis ad justificationem

Sess. 6. de justificatione, c. 6. » necessariis in Baptismo, ait: *Disponuntur* » *adulti ad justificationem*, dum peccatores se » esse intelligentes, à divinæ justitiæ timore » quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in

spem

spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter «
Christum propitium fore: illumque tan- «
quam omnis justitiæ fontem diligere inci- «
piunt, ac propterea moventur adversus «
peccata per odium aliquod, & detestatio- «
nem, hoc est per eam Pœnitentiam, quam «
ante Baptismus agi oportet. «

Evidens autem est, hanc ipsam dispositionem magis esse necessariam in Sacramento Pęnitentiæ, cùm peccata post Baptismum commissa, sint graviora, & difficilioris veniæ, iis quæ Baptismum præcessere. Ostendimus in Tractatu de Baptismo, cap. 5. quæst. 7. hunc amorem, de quo Concilium loquitur, esse amorem charitatis; quod quidem constat ex actis ipsius Concilii à Cardinali Pallavicino relatis.

Unde etiam pietate & doctrinâ celebris Cardinalis Franciscus Toletus sic loquitur: *Attritio, si talis sit, ut cognoscat pœnitens, se non detestari peccatum ut est Dei offensa, sed tantùm ut est alicujus mali causa & pœnæ inferni, quamvis bonus actus iste sit, tamen non sufficit ad Sacramentum; imò qui sic accederet, peccaret denuò, & non impleret præceptum, sed esset repetendum Sacramentum.* Hæc verba habentur in editione Lugdunensi anni 1599. apud Horatium Cardon, cujus exemplar in bibliothecâ repertum, benignè exhibuit R. P. Valentinus Ghislerius, Sacræ Theologiæ Regens meritissimus in Conventu Sancti Marcelli de Urbe, Servorum Beatæ Mariæ Virginis. Cui similem editionem Mediolanensem ejusdem anni, à Joanne Bordonio impressam, videre licuit apud eruditum Patrem Josephum Belizenum, Gallum, Patrum Doctrinariorum generalem Procuratorem in Urbe. Eadem etiam verba leguntur in editione Romanâ anni 1600. apud Bartho-

Card. Toletus, Instruct. Sacerd. lib. 3. cap. 4.

lo-

lomæum Bonfadinum; quæ certè editio in magno pretio esse debet, cum facta fuerit procurante Venerabili Patre Juvenali Ancina, Romanæ Congregationis Oratorii tunc Presbytero, postmodùm ad Saluciarum Episcopatum promoto, & cum non obscurâ sanctitatis opinione mortuo. Illius autem pretiosæ editionis exemplaria reperiuntur Romæ in Bibliothecâ Patrum Oratorii S. Philippi de Urbe, cujus mihi aditum sæpiùs aperuit R. P. Joannes Conventati, primus ibidem bibliothecarius, singulari eruditione apostolicâque eloquentiâ notissimus. Liber autem hic notatur in Indice, in verbo: *Toletus*. Littera C. 2. 210. Præterea in insigni Collegio Clementino Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ. In Bibliothecâ, Angelica dicta, apud Patres Augustinianos. Et in Conventu Jesu Mariæ Patrum Augustinianorum discalceatorum, cujus mihi bibliothecam aperuit R. P. Vincentius à sancta Franciscâ, lector Theologiæ moralis.

Reperitur etiam alia ejusdem libri genuina editio Antuerpiæ, ex officinâ Joannis Belleri, eodem anno impressa, cujus exemplar vidi Romæ in Conventu S. Nicolai de Tolentino, Patrum Augustinianorum excalceatorum, inter quos bibliothecæ custos nunc est R. P. Horatius Christophorus. Sinceræ quoque nec interpolatæ editionis Venetæ, apud Juntas, ann. 1601. exemplar, mihi à Jurisconsulto integerrimo in Urbe commorante suppeditatum fuit: Cui simile ab admodùm R. P. Magistro Norberto Delbecque, eruditione non vulgari, & sincerâ exemplarique pietate clarissimo, exhibitum, in bibliothecâ Reverendissimi P. Antonini Cloche, Ordinis Prædicatorum Generalis Magistri, Romæ asservatur.

Aliud

Aliud extat exemplar Placentiæ editum anno 1601. à Joanne Bazachio, in Bibliothecâ S. Sabinæ, Ordinis Prædicatorum Congregationis Lombardiæ reformatæ; quod cùm admodùm R.P. Augustino, magnâ zeli & eruditionis laude celeberrimo, non semel percurrere licuit. Simile exẽplar videri etiam potest in antiquiori venerabilique Conventu S. Dominici in Urbe, ad Sanctum Sixtum. Videri etiam potest Romæ, in Conventu S. Chrysogoni Patrum Carmelitanorum, accurata versio ejusdem Instructionis Sacerdotum Cardinalis Toleti, vulgari linguâ Itala à R. D. Manfredo Manfredi, Rectore Sanctæ Crucis de Piave, anno 1605. Venetiis in lucem edita, apud Venetam societatem; cujus aliud exemplar reperitur in Conventu Patrum Carmelitanorum S. Martini in montibus.

Adest præterea alia ejusdem libri sincera latina editio, Antuerpiæ cusa ann. 1599. & alia Coloniensis ann. 1601. ut videre est in libro Gallica linguâ exarato, cui titulus: *Dilucidatio &c. super contritione. Eclaircissement* &c. part. 2. §. 23. In quo eximio opere, hæc de attritione quæstio pleno calamo elucidatur; Ut & in Opusculo posthumo, de Contritione & Attritione, P. Joannis Morini, anno proximè præterito in lucem Parisiis edito.

Illam autem priorum editionum Summæ Toleti, in quæstione maximi momenti consonantiam, anteà notaverat R. P. Gaspar Juenin, Oratoriensis, in Gallia & in toto Orbe Christiano celeberrimus, in egregio Commentario Historico & Dogmatico de Sacramentis. Part. 2. art. 2. §. 3. num. 6.

Præterea necessitas amoris Dei, ut attritio justificare possit cum Sacramento Pœ-

niten-

nitentiæ, patet ex pluribus sacræ Scripturæ locis; Apostolus enim Joannes ait Epist. 1. cap. 3. v. 14. *Qui non diligit, manet in morte.* Et S. Paulus Apostolus docet, aliarum virtutum exercitium sine amore Dei nihil prodesse: *Et si distribuero,* inquit, *in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

1. ad Cor. c. 13. v. 3.

Faciat enim homo quidquid voluerit, qui non diligit Dominum nostrum Jesum-Christum, Anathema sit, & abominandus.

Posset etiam istud formari argumentum: attritio ex Concilio Tridentino debet *Voluntatem peccandi excludere, cum spe veniæ:* sed ex D. Augustino voluntas peccandi non potest excludi, nec spes verè Christiana haberi sine dilectione Dei. *Desiderium,* inquit D. Augustinus, *peccandi non extinguitur, nisi contrario desiderio rectè faciendi, ubi fides per dilectionem operatur.* Et in alio loco idem D. Augustinus ait; *Spes verò sine amore esse non potest:* Ergo attritio, de qua loquitur Concilium Tridentinum, includit amorem Dei, ex Divo Augustino.

S. August. lib. 2. contra advers. Legis & Prophet. cap. 7. In Enchir. cap. 8.

Ex quibus omnibus constat, Pœnitentiam non posse esse veram, neque posse justificare peccatorem, si sit sine amore Dei, & sine charitate quæ operatur in peccatore, ut Deum plus amet quàm creaturas. Ideoque S. Joannes Chrysostomus ait: *Cùm peccaveris ingemisce, non quod pœnas daturus sis (nihil enim hoc est) sed quod Dominum tuum offenderis tam benignum, tam te amantem, tam denique tuæ saluti appensum, ut Filium quoque suum tua causa tradiderit.*

S. Chrys. hom. 4. in epist. 2. ad Corinth.

Et S. Augustinus breviter ait: *Pœnitentiam certam non facit, nisi odium peccati & amor Dei.*

S. August. serm. 7. de tempore.

Unde

Unde Cardinalis Clemens Dolera, dictus Monilianus, in egregiis suis Theologicis Institutionibus, à Cardinali Michaele Ghislerio, tunc supremo Inquisitore, postea Summo Pontifice Beato Pio V. approbatis, sic loquitur: *Qui ex sui tantùm amore, sui commodi respectu, nempè ob solum gehennæ metum, de peccatis dolor procedit, etiam quantumvis immensus sit, non est qui cor contritum facit, aut veniam impetrat; unde si servus domino quem offendit, diceret: doleo equidem vehementer, quod te offenderim, non tamen propter te, sed propter me doleo; quia ob tuam offensam meritò cædor, vinculis constringor, bonis, quibus tibi obsequentes suaviter perfruuntur, ego miserè careo: Numquid pœnitentia hujusmodi impetraret veniam? Deo ita dicit quisquis ita dolet quod ipsum offenderit, si propter se doleat, quia ob offensam cæditur: Non fallitur, neque irridetur Deus. Debet sanè dolor offensæ impetrativus veniæ, esse de offensa, quia offensa illius est quem offendimus, & non tantùm quia nobis damnosa & incommoda.*

Clemens Cardin. Monilian. de Pœnit. cap. 55.

Contritio ergò quam Deus in nobis respicit, est dolor divinæ offensæ, non nostri tantùm, sed illius præcipuè causa quem offendimus; cujusmodi ut sit, Dei amorem, ex quo procedat, prærequirit.

Sanctus Franciscus Salesius in 2. libro amoris Dei, ita de necessitate amoris Dei in Sacramento Pœnitentiæ locutus est, ut nemini planè dubitare liceat, quin eum maximè necessarium judicaverit ad consequendam remissionem peccatorum: *Pœnitentia*, inquit Sanctus ille Episcopus, *quæ non excludit amorem Dei, licèt adhuc sit sine ipso, est bona & optanda Pœnitentia, sed imperfecta; nec potest conferre salutem, donec ad amorem pervenerit, & cum eo fuerit commixta*

mixta: adeo ut dixerit Apostolus, si tradidisset corpus suum, & omnia bona sua pauperibus sine charitate, nihil ei prodesset: sic verè dicere possumus, quòd etsi nostra Pœnitentia tanta foret, ut dolor lacrymarum imbrem eliceret, & cor nostrum scinderet ac divideret, si desit sanctus Dei amor, nihil nobis prodesse potest ad vitam æternam.

Hoc etiam agnovit Sanctus Thomas, cùm respondens objectioni, quam sibi in hunc modum proposuerat: *Videtur, quòd timor servilis non sit bonus, quia, sicut dicit Glossa Rom. 8. Qui timore aliquid facit, etsi bonum sit quod facit, non tamen benè facit.* Sic respondet D. Thomas huic objectioni.
S.Tho.2.2. q.19.art.4. ad 1. *Ad primum dicendum, quod verbum illud Augustini intelligendum est de eo qui facit aliquid timore servili, in quantum est servilis: ut scilicet non amet justitiam, sed solùm pœnam timeat.* Ac proinde, ex mente Divi Thomæ, ut timor servilis, à quo originem habet attritio, possit esse bonus & salutaris, debet includere amorem justitiæ: & quia dolor de peccatis propter timorem inferni, non semper includit amorem justitiæ, ideoque non semper est salutaris, nec vera attritio.

Sed Doctor Angelicus adhuc clariùs probat, attritionem sine amore Dei non sufficere ad veram Pœnitentiam, cùm ait:
S.Th. 3. p. q. 86. art.3. in corp. „ *Peccatum mortale* non potest sine vera Pœnitentia remitti, ad quam pertinet deserere „ peccatum, in quantum est contra Deum: „ quod quidem est commune omnibus peccatis mortalibus. Ubi autem est eadem „ ratio, & idem effectus. Unde non potest „ esse verè pœnitens, qui de uno peccato „ pœnitet, & non de alio; si enim ei displiceret illud peccatum, quia est contra Deum „ super omnia dilectum (quod requiritur ad

rationem veræ Pęnitentiæ) sequeretur quòd de omnibus pęniteret: Sic necesse est ad veram Pęnitentiam, ut quis doleat de peccatis, quia sunt contra Deum qui super omnia diligitur; ex quo necessariò sequitur, secundùm mentem Angelici Doctoris, attritionem quæ est sine amore Dei, non sufficere ad obtinendam remissionem peccatorum in Sacramento Pęnitentiæ.

In hoc defectu amoris Dei tanquam fontis omnis justitiæ, hanc doctrinam toties à Divo Augustino inculcatam, stabilivit D. Thomas, docetque, Pęnitentiam, quam infirmus vi morbi oppressus petit, esse quoque infirmam, timetque, ne quæ à moriente desideratur Pęnitentia, cum eo quoque moriatur: quod Divus Thomas probat Antiochi exemplo, dum ait: *Dicendum quod veniam* consecutus fuisset Antiochus, si verè pęnituisset: sed non habuit veram Pęnitentiam, quia non ex amore justitiæ de peccatis commissis dolebat, sed timore pęnæ quam expectabat, vel dolore pęnæ quam sustinebat; & hoc etiam multis in fine pęnitentibus contingit: Quia non est facile, ut affectus, quem homo toto tempore vitæ suæ inclinavit in aliquid, subitò ad contrarium retrahatur. Nec tamen est impossibile, quia liberum arbitrium non cogitur ex habitu acquisito, nec Providentiæ Dei potest terminus præfigi, per quam etiam in extremo vitæ veræ Pęnitentiæ motus inspiratur quandoque.

S.Th. in 4. sent. dist. 20 q.1.ar.1. ad 1.

Doctor subtilis Scotus eandem rationem affert ac ipse Divus Thomas, ad probandum, Pęnitentiam quæ in hora mortis petitur, esse ut plurimùm falsam: *Ad hoc quod sit attritio sufficiens*, inquit Doctor subtilis Scotus, *ex congruo ad remissionem peccati*,

Scotus, in 4. sentent. dist.18. reportatorum, q.3.

ut sit dispositio ex congruo ad receptionem gratiæ, oportet, quòd sit voluntaria detestatio: atque homo pœniteat non solùm propter timorem pœnæ, sed timore filiali; sed difficile est tunc dolere nisi ex timore solum, & si non sit cum amore, non disponit ex congruo.

Quod evidenter probat, duos Scholæ principes, S. Thomam & Scotum, hujus sententiæ fuisse, necessarium esse, quòd attritio concipiatur ex motivo amoris Dei, ut possit disponere pœnitentem ad recipiendam gratiam sanctificantem in Pœnitentiæ Sacramento.

Instruzione del Card. Denoff, Vescovo di Cesena, pag. 33. La Contrizione che si ricerca ne i penitenti, deve havere due condizioni: la prima che sia accompagnata di qualche atto d'amore di Dio, essendo (ciò pōderando bene tutte le raggioni) il piu probabile; e questo amore deve prepōderare ad ogni altro amore

His rationibus, & ponderosis authoritatibus motus Eminentissimus Cardinalis Denoff, Episcopus Cesenatensis, pietate singulari, non minùs quàm eruditione celeberrimus, in Instructione utilissima quam de Sacramento Pœnitentiæ composuit: *Contritio*, inquit, *quæ requiritur in pœnitentibus, conditiones duas habere debet; quarum prima est, ut sit cum aliquo actu amoris Dei, quia, maturè pensatis omnibus rationibus, hæc opinio probabilior est: & hic amor debet præponderare omnibus aliis amoribus graviter inordinatis erga creaturas, ita ut appretiativo amore plus amet Deum, quàm ea omnia, quæ illum peccati mortalis reum effecerunt, aut efficere possunt.*

Demonstratur autem, hunc amorem præponderare debere, ex necessitate absoluta in qua est peccator, excludendi à suo corde, & ejiciendi prædictum creaturarum amorem, in quo propriè consistit peccatum mortale; verùm iste ultimus amor excludi non potest, nisi contrario amore, id est amore Dei, qui idcirco debet esse prædominans, ut vincat noxium creaturarum amorem.

Quæst.

gravemente disordinato verso le creature : di modo che il peccatore coll' amor appretiativo ami Iddio sopra tutte quelle cose, che l'hanno costituito reo del peccato mortale, ò che lo possono costituire.

Che questo amore debba esser di tale sorte, lo dimostra la necessità assoluta di cacciare dal cuore il mentovato amore delle creature, nel quale propriamente consiste il peccato mortale; e questo amore non si puo sloggiare, se non per mezzo d'un apposto che è l'amor di Dio, il quale percio deve esser predominante: altrimente non vincerebbe l'amore peccaminoso delle creature.

Quæst. 10. Si dolor peccati qui concipitur ex solo timore pœnarum inferni, non esset sufficiens ad justificandum peccatorem cum Sacramento Pœnitentiæ, videtur quòd Confessores non deberent uti motivo timoris ultimi judicii & pœnarum inferni, ad excitandum pœnitentes ad contritionem; quod tamen contrarium est praxi sanctorum Ecclesiæ Patrum?

Resp. Quamvis dolor peccati conceptus ex solo motivo timoris pœnarum inferni, non sit sufficiens ad justificandum peccatorem etiam cum Sacramento Pœnitentiæ: utile nihilominùs est hunc motivum timoris imprimere in peccatoribus; quia, ut ait Concilium Tridentinum : *Adulti peccatores se esse intelligentes, à divinæ justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore; illumque tanquam omnis justitiæ fontem, diligere incipiunt.* Sess. 6. de justificatione, c. 6.

Et per consequens, ex Concilio Tridentino, utiliter concutiuntur peccatores à Divinæ justitiæ timore, quia illud motivum aptum est ad excitandum in illis amorem Dei, tanquam totius justitiæ fontem.

Quod etiam confirmari potest ex S. Chrysostomo, dum ait: *Dei offensio,* S.Chrys. in Epist. ad Romanos, c.2. hom. 5.

nullo non supplicio gravior est: at nunc tam miserè animati, affectique sumus, ut nisi gehennæ timor esset, ne propositum quidem nobis sit, bono aliquo opere defungi.

S. Aug. in Psal. 127. Sanctus Augustinus nos etiam docet, motivum proveniens ex timore pœnarum inferni, utile esse ad producendum in peccatoribus amorem Dei necessarium ad justificationem: *Alius*, inquit, *non in hac terra pati timet, sed gehennam timet. Vnde terruit & Dominus: audistis cùm Euangelium legeretur, ubi vermes eorum non morientur, & ignis eorum non extinguetur. Audiunt hæc homines, & quia verè futura sunt impiis, timent, & continent se à peccato. Timent quidem, sed non amant justitiam. Cùm autem per timorem continent se à peccato, fit consuetudo justitiæ, & incipit quod durum erat amari, & dulcescit Deus: & jam incipit homo justè vivere, propterea non quia timet pœnam, sed quia amat æternitatem.*

S. Greg. lib. 1. moral. c. 11. *Sancta electorum Ecclesia*, ait S. Gregorius Papa, *simplicitatis suæ, & rectitudinis vias timore inchoat, sed charitate consummat: cui tunc est funditùs à malo recedere, cùm ex amore Dei cœperit jam nolle peccare. Cùm verò adhuc timore bona agit, à malo penitùs non recessit: quia eo ipso peccat, quo peccare vellet, si inultè potuisset.*

Ex quo patet, quòd licèt ex S. Gregorio Papa motivum timoris non sit sufficiens ad justificandum peccatorem; utile nihilominùs est illud excitare in peccatore, ut possit postea suam acquirere perfectionem per amorem Dei, qui huic timori succedet.

Quæst. 11. Quando aliquis detestatur peccata commissa solùm ex timore pœnarum inferni sine ullo motivo amoris Dei, ha-

habet-ne veram attritionem, quæ, ut ait Concilium Tridentinum, voluntatem peccandi excludat?

Resp. Videtur, quòd ex communi Patrum consensu, ad hoc ut aliquis habeat veram attritionem quæ excludat voluntatem peccandi, necesse est, ut Deum amet super omnia, ad hoc ut excludat à suo corde, & ejiciat creaturarum amorem, in quo propriè consistit peccatum mortale.

Inaniter autem putat victorem se esse peccati, ait D. Augustinus, *qui pœnæ timore non peccat; quia etsi non impletur foris negotium malæ cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Et quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod vetatur, si subtrahas quod timetur? ac per hoc in ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod non licet fieri; sed ideo non facit, quia impunè non potest fieri.* S. August. Epist. 141.

Idem S. Doctor alio in loco ait: *Desiderium peccandi non extinguitur, nisi contrario desiderio rectè faciendi, ubi fides per dilectionem operatur.* S. Aug. lib. 2. contra adversf. Legis & Prophet. c. 7.

Qui metuit, ait S. Ambrosius, *reprimitur, non emendatur*, id est, non relinquit voluntatem peccandi. Lib. 8. in Luc. c. 17.

Cùm verò adhuc timore bona aguntur, ut mox diximus ex S. Gregorio, à malo penitùs non receditur: quia eo ipso peccatur, quo peccare vellent, si inultè potuissent.

Unde etiam, sacri Cardinalium Collegii magnum decus, Sanctus Bonaventura, sic expressè loquitur: Sacramenti *nemo recipit effectum, nisi charitatem habeat, saltem in principio Confessionis, vel in medio, vel in fine. Multi habent in fine, qui tamen non habent in principio: & alii* S. Bonav. in 4. sent. dist. 17. qu. 4. quæstiuncula 2. p. 2. art. 1.

se credunt habere in principio & in fine, qui fortassis non habent: & aliqui non habent, nec credunt se habere. Primi non incurrunt offensam, sed acquirunt gratiam: secundi evadunt offensam, quamvis non acquirant gratiam. tertii verò non acquirunt gratiam, sed iram.

Experientiâ quotidianâ videmus, quòd mercator qui dat crumenam latroni, ne ab eo occidatur, semper servat affectum ad crumenam, quam vellet retinere, quia illam non dat latroni, nisi timore mortis, & non desiderio quod habeat dandi pecuniam latroni ex aliqua gratificatione.

Quæst. 12. Quomodo intelligi debet id quod communiter dicitur, quòd pœnitens qui est tantùm attritus de peccato, ex attrito fit contritus virtute Sacramenti Pœnitentiæ?

Resp. Illud axioma nullo modo intelligi potest de illa attritione, quæ concipitur ex solo motivo timoris, sine ullo amore Dei, licèt imperfecto; quia, ut ait Concilium
Cōc. Trid. sess. 14. c. 4. Tridentinum: *Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam, vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, peccatorem ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit.* Sed jam probavimus in quæstione præcedenti, attritionem, quæ non concipitur ex motivo imperfecto amoris Dei, non excludere voluntatem peccandi; & ita de illa intelligi non potest dictum axioma, sed solummodò de illa imperfecta contritione, quam Concilium attritionem appellat, quę scilicet continet initium amoris Dei super omnia; quod initium, licèt ob

ob suam tenuitatem & imperfectionem non sit ex se solo sufficiens ad remissionem peccatorum, tamen fit contritio perfecta virtute Sacramenti, quod gratiam sanctificantem in anima pœnitentis producit.

Hæc opinio quam constat esse tutiorem, quamque omnes qui propriæ saluti attentè invigilant, sequi deberent, non minuit sinceram nostram venerationem erga Decretum Alexandri Papœ VII. quo prohibet, ne quis audeat damnare, aut opinionem quæ asserit, attritionem sine amore sufficere in Sacramento ad justificationem, aut etiam contrariam quam secuti sumus, donec sancta Sedes hanc quæstionem determinaverit. Hoc Decretum habetur integrum in fine hujus Tomi quarti.

Cæterùm qui ampliorem super hac materia explicationem & elucidationem desiderare possunt, legant Tomum primum editionis 2. libri cui titulus est: *Amor pœnitens*, authore Joanne Episcopo Castoriensi, Vicario Apostolico in Fœderatis Belgii Provinciis, cujus recens memoria in benedictione est.

Quæst. 13. Si amor Dei, quo peccator justificatur, est necessaria dispositio ad suscipiendum Pœnitentiæ Sacramentum, sequitur, hoc Sacramentum nunquam peccatorem cum Deo reconciliare; quia priusquam Sacramentum suscipiat, per amorem Dei videtur jam priùs reconciliatus?

Resp. Divus Thomas modum exponens, quo Christus Dominus suscitavit Lazarum, qui typus est peccatoris; cùm supposuisset cum Div. Augustino, Divo Chrysostomo, communique Patrum consensu, eum solùm fuisse ab Apostolis solutum, quem Deus sua gratia vivificasset; propositæ quæstioni respondet, duplicem amo-

rem distinguendo, sicut & Concilium Tridentinum, alterum perfectum, quo peccator perfectè justificatur, alterum imperfectum, sive amoris initium, quod Concilium Tridentinum necessarium esse docet ad justificationem cum Sacramento consequendam, dum ait: *Deum diligere incipiat*, qui proinde peccatorem sine Sacramento perfectè nequit justificare.

S. Th. in Joan. c. 11. lect. 6.

Sic autem habet Angelicus Doctor: *Dicunt autem quidam* hoc Ministerium prosequentes, quòd sicut Christus Lazarum per seipsum vivificavit, vivificatum à Discipulis absolvendum mandavit: ita Deus interiùs vivificat animam per gratiam, remittendo culpam, & absolvendo à reatu pœnæ æternæ, sed Sacerdotes virtute Clavium absolvunt à parte pœnæ temporalis. Sed hæc positio nimis parùm attribuit Ecclesiæ Clavibus; hoc est enim proprium Sacramentorum novæ Legis, quòd in eis gratia conferatur. Sacramenta autem in dispensatione Ministrorum consistunt. Unde in Sacramento Pœnitentiæ Contritio & Confessio se tenent materialiter ex parte suscipientis Sacramentum; vis autem causativa Sacramenti est in absolutione Sacerdotis, ex virtute Clavium, per quos effectum Dominicæ Passionis quodammodo applicat ad eum quem absolvit, ut remissionem consequatur.

Si ergo Sacerdos non absolveret, nisi solùm à pœna, Sacramentum Pœnitentiæ non esset gratiæ collativum, per quam culpa remittitur, & per consequens non esset Sacramentum novæ Legis. Est ergo dicendum, quòd sicut in Sacramento Baptismi, Sacerdos verba proferens, & exteriùs abluens, Ministerium Baptismi exhibet, Christo interiùs baptizante: ita Sacerdos, exteriùs

teriùs virtute Clavium Ministerium absolutionis impendit, Christo per gratiam culpam remittente.

Sed hoc dubium facere videtur, quòd ad Baptismum plerumque accedunt pueri, non ante Baptismum justificati, qui in Baptismo remissionis gratiam consequuntur: sed ad absolutionem consequendam accedunt adulti plerumque antea per contritionem peccatorum remissionem consecuti, ut sic sequens absolutio nihil facere videatur ad peccatorum remissionem.

Sed si quis diligenter consideret ex utraque parte adultos accipientes, invenietur omnimoda similitudo: contingit enim aliquos adultos, antequam actu Sacramentum Baptismi consequantur, habentes illud in voto, remissionem peccatorum consequi Baptismo flaminis baptizati, & tamen Baptismus sequens, quantùm est de se, remissionem peccatorum operatur, licèt in isto cui jam sunt remissa, hoc locum non habeat, sed solùm augmentum gratiæ consequatur.

Si quis autem adultus ante Baptismum non perfectè fuisset dispositus ad consequendum remissionem peccatorum, in ipso actu, dum baptizatur, remissionem consequitur virtute Baptismi: nisi ponat per fictionem obstaculum Spiritui-sancto. Et similiter est dicendum de Pœnitentia. Si quis enim ante absolutionem Sacerdotis, plenè contritus fuerit, consequitur remissionem peccatorum, eò quòd habet in voto, ut subjiciat se Ecclesiæ Clavibus, sine quo vera contritio non esset. Si autem antea non plena fuisset contritio sufficiens ad remissionem, in ipsa absolutione remissionem culpæ consequitur, nisi ponat obstaculum Spiritui-sancto.

Hæc doctrina omninò consonat Divo Augustino, de natura & gratia cap. ultimo, ubi varia charitatum genera agnoscit, dicens: *Charitas inchoata, inchoata justitia est: Charitas provecta, provecta justitia est: Charitas magna, magna justitia est: Charitas perfecta, perfecta justitia est:* Et in hoc sensu attritio dici potest charitas inchoata, seu initialis.

Id eodem planè modo explicare videtur Eminentissimus Cardinalis Denoff, in Instructione Pastorali superiùs citatâ: *Inutiliter*, inquit, objiceretur, quod omnis actus amoris Dei super omnia sufficiat ad justificationem, & ita peccator semper esset justificatus ante absolutionem. Nam hæc justificationis prærogativa conceditur tantùm amori Dei perfecto, non autem imperfecto, qualem nunc requirimus; & hæc amoris perfectio non provenit ex solo motivo, sed ex intentione actus, ut affirmant communiter antiquì Theologi: qui dum explicant diversitatem contritionis perfectæ & imperfectæ, comparant imperfectam auroræ, seu luci incipienti; perfectam autem luci apertæ, & solari; quod ostendit, illos Theologos putasse, illas contritiones esse ejusdem speciei, & solùm differre ob majorem vel minorem intentionem, seu perfectionem actus.

Cardinalis Denoff, in Instructione Pastorali, pag. 34.

Ne serve il dire, che ogn'atto d'amore di Dio sopra tutte le cose, basti per giustificare, e però sempre sarebbe giustificato il peccatore avanti l'assoluzione, perche tale prerogativa non si concede che all'amore di Dio perfetto, e non all'imperfetto, quale qui domandiamo: la quale perfezione non la riceve dal solo motivo, mà dall'intenzione dell'atto, come l'affermano gli antichi Theologi communemente: i quali spiegando la differenza frà la contrizione imperfetta, e la perfetta: comparano la prima al giorno che comincia, e la seconda al giorno chiaro, il che prova, che essi le stimavano tutte due della medema specie, differenti solo nel piu e meno.

Hæc

Hæc eruditissimi Cardinalis doctrina, omninò conformis videtur verbis Concilii Tridentini supra relatis quæst. 8. *Docet præterea, etsi contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, &c.* Ergò non semper Deo per se hæc contritio reconciliat, quia non semper ex charitate perfecta provenit, nec semper attingit hunc supremum gradum qui ad reconciliationem ante Sacramentum requiritur. Cõc. Trid. Sess. 14. c. 4.

Unde etiam in Catechismo Romano sic habetur: *Ut enim hoc concedamus, contritione peccata deleri, quis ignorat, illam adeo vehementem, acrem, intensam esse oportere, ut doloris acerbitas cum scelerum magnitudine æquari conferrique possit?* Igitur dum contritio non est adeò vehemens, acer, & intensa, peccata nõ delet extra sacramentũ. Catech. Cõc. Trid. De Pœnit. § 37.

Cæterùm damnatio propositionis illius in qua dicebatur, quòd *non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiori* &c. multos verè pios Theologos, ab opinione contrariâ attritionis ex solo timore deterruit, & deinceps opinionẽ, quę sine dubio tutior est, de contritione seu attritione cum amore, in praxi sequuntur; ne impingant in venerabile Decretum Innoc. XI. & fortè censuris in illo appositis irretiantur.

Ne autem in hac materia diffusiores solito videamur, remittimus Lectorem ad Dissertationem Theologicam scholasticam de necessitate alicujus amoris Dei ad obtinendam gratiam in Sacramentis mortuorum, Romæ editam an. 1698. authore R. P. Francisco Maria Campione, Congreg. Matris Dei: Et ad Theologiam Sanctorum, de usu Sacramentorum Pœnitentiæ & Eucharistiæ, authore R. P. Henrico à S. Ignatio,

Vicario Provinciali Carmelit. Vallobelgii. Videri etiam utiliter potest Schola Ægidiana R.P.Friderici Nicolai Gavardi, Augustiniani, in Archigymnasio Romano Sapientiæ Sacræ Scripturæ acutissimi interpretis, & in omni sacrarum scientiarum genere eruditissimi, Tom.6.in lib.4. Sententiar. De Pœnitentia, q.1. a.4. §.2. Quæ Schola Ægidiana typis edita fuit Romæ an. 1696.

Quæst. 14. Contritio includit-ne semper firmum & stabile propositum non peccandi de cætero?

Resp. Cōstans propositum, & veluti adamantinū nō peccandi de cætero, est secunda pars contritionis, ut patet ex definitione à nobis allata ex Conc. Trid. sess. 14. c.4. ubi hæc habet: *Declarat igitur sancta Synodus, hanc cōtritionem, cessationem à peccato, & vitæ novæ propositū & inchoationem continere;* hoc est propositum non ampliùs peccandi.

Quod quidē clarissimè explicatum videmus hoc S. Spiritus oraculo ab Apostolo pronuntiato, qui testatur Epist.2.ad Corint. c.7. quòd *Quæ secundū Deum est tristitia, Pœnitentiam in salutem stabilem operatur;* hæc autem tristitia ipsa est cordis vera cōtritio.

Et sanè nihil magis opponitur Legi Euāgelicæ, & vitæ Christianæ, quā criminum & conversionum ea vicissitudo, quæ nunc ita communis est, quàm hic circulus perpetuus Confessionū recurrentibus Festis solemnibus, & relapsus paulò post in eadē peccata.

Hoc toto conatu reprobat Ecclesia, quæ in sacris Canonibus, post S. Ambrosium, Hieron. & Gregor. definivit Pœnitentiam: *Pœnitentia est & mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere.* (Can. Pœnitentia, De Pœnit. dist.3.)

S. Aug. admonet peccatores: *Ne securus sis cū confessus fueris peccatum, tanquam semper præparatus ad confitendum & committendū.* (S.Aug. ser. in Psal.37.)

Et

Et idem S. Doctor in lib. quem scripsit quinquaginta Homiliarum, ait: *Quid prodest, ò Pænitentes, quia humiliamini, si non mutamini.* Hom. 49. cap.6.

Quare S. Isidorus relatus in Canone ait: *Ille Pænitentiam dignè agit, qui sic præterita mala deplorat, ut futura iterùm non committat: nam qui plangit peccatum, & iterum admittit, quasi si quis lavet laterem crudum: quia quantò magis laverit, tantò magis lutum facit.* Can. Ille, de Pœnit. dist.3.

Idem Sanctus Isidorus, relatus in alio Canone, ait: *Irrisor est, non pænitens, qui adhuc agit quod pænitet, nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus.* Can. Irrisor, de Pœnit. dist. 3.

Unde Eminentissimus Cardinalis Cibo prudenter Confessarios monet his verbis: *Advertant Confessarii diligenter, ne confessiones defectu dispositionis, hoc est doloris & propositi, nullæ fiant; & ideo pænitentes benevolè suscipiant, patienter audiant, cautè interrogent, opportunè moneant, sapienter edoceant, mansuetè reprehendant: curantes, ut non solùm à peccatis, sed etiam ab occasione peccandi abstinere proponant, servantes ad amussim ea quæ de requirendo, an fidei rudimenta calleant, superiùs decreta sunt.* Synod. Veliterna ann. 1698. tit.13.

Et Eminentissimus Cardinalis Barbadicus, Episcoporum exemplar, Confessarios graviter monet his verbis: *Cum aliqui mali Christiani, qui ad peccandum habitum contraxerunt, suæ obduratæ conscientiæ satisfecisse credant, si dolosis artibus à Confessario, ob suam indispositionem, absolutionem nullam & invalidam extorserint, se solutos existimantes, cum validioribus laqueis alligantur; ex quo, cum abyssus abyssum invocet, vice emendationis peccatorum, semper de peccato in peccatum progrediuntur: Nos istarum miserabilium animarum, quantum* Synod. Montisfal. ann. 1696. cap.12.

in

in Nobis est, saluti consulere volentes, decernimus, à Confessariis peccatores hujusmodi interrogandos esse circa consuetudinem peccandi, & cum repererint, post multas & iteratas confessiones, non modò in similibus peccatoribus ullam emendationem apparere; verùm potius malitiam crevisse, differant eo casu absolutionem, pœnitentiam aliquam salutarem decernentes, donec resipiscentes, absolutionis sint capaces. Interrogent etiam Confessarii tales pœnitentes, utrum peccata hujusmodi alio Confessario confessi fuerint, à quo absolutio illis dilata, seu justis de causis negata fuerit? Quod si repererint, eos non absolvant, nisi remotis causis & occasione, ob quæ absolutio dilata vel negata fuit; super quibus Confessariorum conscientiam graviter oneramus, eos quantum in Domino possumus hortantes, ut in tam arduo negotio concorditer procedant, ne alter eum solvat, qui ab altero jure ligatus est; cum experimento compertum sit, ex tanta absolvendi facilitate, tantam peccandi libertatem ortam fuisse.

Unde Cardinalis Antonius Maria Gallus in Synodo Auximana decernit, ut *concubinariis, adulteris, incestuosis, & aliis peccatoribus, præsertim recidivis, absolutio nullatenùs concedatur, nisi remota prius omni peccandi occasione.*

Synod. Auximana ann. 1593. de Pœnit. cap.21.

Cum verò Confessarii inciderint in pœnitentem peccatis assuetum, & maximis criminibus gravatum; præter alia remedia contra recidivum, hoc unum tanquam singulare adhibere conentur ad illius præservationem; ut per annum integrum, aut sex menses, semel in mense peccata sua confiteatur, &, si fieri poterit, sacram Eucharistiam sumat; sic enim ad benè vivendum promptior & firmior evadet.

Et in celebri Synodo Nucerina, à Simone

ne Lunadoro Episcopo congregata, sic habetur: *Si Confessarius pœnitentis statum & conditionem ignoret, de iis perquirat; ut inde cognoscat, an in statu peccati mortalis versetur? & an aliquam proximam ad peccandum occasionem habeat? à quibus nisi statim recedere ipsi certum ac deliberatum fuerit, indignus planè est, cui absolutionis beneficium tribuatur; quem si vel gravi cohortatione ab ea insana mente divellere nequiverit, miserandam ejus conditionem objiciens ac deplorans, à se dimittat.*

Synod. Nucerina. ann. 1608. de Pœnit.

Prætereà celebris Cardinalis Gabriel Paleottus, Archiepiscopus Bononiensis, Confessarios monet his verbis: *Si guardino d'assolvere coloro, che non si vogliono allontanar dall'occasione del peccato; ne quei che per contratti illeciti, ò per altra cagione, hanno obligo di restitutione, se potendo, non la faranno prima attualmente, ò non rescinderanno i contratti; ne coloro che saranno congiunti in matrimonio in gradi prohibiti, finche non habbiano ottenuta la dispensa.*

Cardin. Gabr. Paleottus. Nel compendio de suoi Ordini pag. 57.

Quæst. 15. Sufficit-ne propositum non peccandi de cætero, non evitatis proximis peccandi occasionibus?

Resp. Non sufficit, quia dici reverà non potest, Christianum, qui non statuit proximas peccandi occasiones fugere, sincerè peccatum odisse, cùm scriptum sit, *Qui amat periculum, peribit in illo.*

Hæc veritas innititur authoritate duorum summorum Pontificum. Prima est Gregorii Magni, qui habetur in Canone his verbis: *Falsas pœnitentias dicimus, nisi miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, negotium derelinquat, vel officium deserat;* quod illi est occasio peccandi.

Can Falsas de Pœnit. dist. 2.

Al-

Altera est Innocentii II. relati in Canone, ubi ait: *Fratres nostros Episcopos & Presbyteros admonemus, ne falsis pœnitentiis, Laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur. Falsa Pœnitentia est cùm pœnitens ab officio vel curiali, vel negotiali non recedit, quod sine peccato agi nulla ratione prævalet:* quæ quidem dicta sunt ab hoc Pontifice in Concilio Romæ celebrato.

Can. Fratres, De Pœnit. dist. 5.

His summis Pontificibus addere possumus sanctissimum Cardinalem D. Carolum in suis ad Confessarios instructionibus, ubi docet, absolvi eos minimè posse, qui non modò peccatis omnibus, sed & peccandi occasionibus velint renunciare. Ut videre licet in Instructionibus Confessariorum actorum ejusdem Sancti, p. 4. Hæ autem Instructiones vulgari linguâ typis mandatæ sunt Romæ, jubente Innocentio Papa XII. anno 1700.

S. Carol. Act. p. 4. de Instruct. Confessar. Non si possono assolvere parimente quelli, che nõ hanno vera risolutione di lasciare insieme cõ li peccati mortali, le occasioni d'essi.

Cùm autem hæc doctrina ultimis his temporibus à quibusdam Casuum conscientiæ compilatoribus, laxitatis amantibus, impugnaretur, ejus praxim authoritate suâ confirmare voluit Innocentius Papa XI. damnando tres sequentes propositiones in Decreto dato die 2. Martii 1679.

61. Propositio damnata. *Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest & non vult dimittere, quinimò directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.*

62. Propositio damnata. *Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis aut honesta non fugiendi occurrit.*

63. Propositio damnata. *Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali aut temporali nostro, vel proximi.*

Et

Et quoniam magni certè intereſt, ut Confeſſarii hoc planè ſatis intelligant, de illo dicemus uberiùs; ubi de Caſibus iis agemus, in quibus vel differenda, vel neganda eſt abſolutio.

Vide infra, cap. 5. q. 20. & 21. & cap. 9. q. 7. & cap. 7. q. 13. 14. & 15.

Quæſt. 16. Tenetur-ne quis ſpeciali præcepto elicere actum contritionis, ſtatim ac cognoſcit ſe incidiſſe in aliquod mortale peccatum?

Reſp. Sanctus Antoninus ſatis clarè ſolidèque propoſitam explicat quæſtionem,
cùm dicit: *Si peccatum commiſſum menti oc-* “ S. Ant.
currit practicè, ut ſcilicet materia delecta- “ 3. p. tit. 14. c. 18.
tionis, vel deteſtationis, tenetur homo “ §. 2.
judicare deteſtandum, & deteſtari: Hæc “
Petrus Paludanus. De peccatis quidem “
commiſſis, de quibus jam quis habuit, vel “
credit ſe habuiſſe contritionem, videtur “
ſufficere quod dictum eſt. Sed quantùm ad “
peccata mortalia, de quibus nondum quis “
habuit contritionem; videtur, quòd ſemper “
teneatur, quando peccatum menti occur- “
rit, ad actu odiendum, & deteſtandum “
peccatum: aliàs peccat mortaliter peccato “
omiſſionis, quouſque conteratur. Dicit “
enim Th. Pet. de Palud. Bon. & Durandus, “
quòd poſt mortale peccatum, etſi non te- “
netur quis ad ſtatim confitendum, tenetur “
tamen ex neceſſitate ad ſtatim conteren- “
dum; nec enim per momentum licet ſtare “
in peccato: unde Eccleſ. 21. dicitur: Quaſi “
à facie colubri, fuge peccatum. Imminet “
enim tali maximum periculum: cùm enim “
nulla neceſſitas excuſet à contritione, ſi “
moriatur ante contritionem, etiamſi non “
poterit conteri, quia ſubitò moritur, nihi- “
lominùs damnatur; quod non ſic eſt de “
Confeſſione. “

Et

thali ſtatu, ait Pſalm.39. v. 15. *Circumdederunt me mala quorum non eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem. Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei.*

Quare ubi Chriſtianus homo ad eum infelicitatis gradum pervenit, ut deliberatè diu permanſerit in peccatis mortalibus, ac neglexerit ſeſe à tam periculoſo ſtatu liberare per veram contritionem, cum Davide dicere poteſt: *Multiplicatæ ſunt iniquitates meæ ſuper capillos capitis mei:* Verùm quia Deus impoſſibilia non jubet, ſufficit, ut exprimat in Confeſſione peccata, quæ diſtinctè novit, cum circumſtantiis ſpeciem mutantibus, aut notabiliter aggravantibus, & dicat circiter tempus, quo voluntariè permanſit in ſtatu peccati mortalis, cætera relinquens miſericordiæ Dei, qui ſolus comprehendit gravitatem, & numerum peccatorum, quæ ſingulis diebus committuntur ab eo qui immerſam criminibus vitam agit: *Quis*, inquit Divus Auguſtinus, *numerat peccata? quis numerat iniquitates alienas & proprias? ſub quo cumulo gemebat qui dicebat:* Ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſervo tuo. S. Auguſt. in Pſ.39.

Quæſt. 18. Confeſſarius tenetur-ne diligenter advertere, utrum pœnitens verum habeat dolorem de ſuis peccatis, priuſquam eum abſolvat?

Reſp. Utique tenetur; quia, ut diximus contritio eſt materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, & per conſequens niſi Confeſſarius diligenter obſervet, ſi pœnitens ſit contritus, exponit ſe periculo applicandi formam Sacramenti abſque eo quòd ejus materia ſit præſens.

2. Quia ut ait Divus Thomas: *Sicut Confeſſor oſtendit abſolutum à Deo quem abſolvit* D. Thom. opuſc. 73. de Uſuris. cap.21.

verbo

verbo, ita non debet absolvere, nisi cùm viderit signa restitutionis fiendæ in confitente.

Idem præscribitur in Rituali Romano de Sacramento Pœnitentiæ, in quo sic legitur: *Nec absolvat eos, qui nulla dant signa doloris.*

Et idcircò debet in pœnitente suo veræ contritionis indicia agnoscere, quoniam, ut habet Concilium Tridentinum, semper necessaria fuit Contritio ad consequendam peccatorum veniam.

Hinc Sanctus Carolus Actorum, p. 4. ait: *Sacerdos antequam Pœnitentiam imponat, & absolutionem tribuat Pœnitenti, videbit, an propter Deum veram peccatorum suorum contritionem habeat: atque certum deliberatumque ei sit, in posterum, quantum in se est, divina gratia adjuvante, à peccatis abstinere, & quæ antea commiserit, pro iis satisfactionem persolvere.*

Et in præclara Synodo Sublacensi, Eminentissimi Cardinalis Caroli Barberini, sic prudenter apostolicis planè verbis statuitur: *Postquam pœnitens peccata enumeraverit, & Confessarius conscientiæ illius statum introspexerit, quàm maximam curam adhibebit, propositis ei pestiferis peccatorum effectibus, amissione videlicet gratiæ & amicitiæ Divinæ, jactura hæreditatis æternæ filiorum Dei, servitute Diaboli, aliisque calamitatibus, quibus Deus peccata justissimè castigat, præcipuè tamen exaggerando Divinæ majestatis & bonitatis offensam, qua Spiritum Sanctum contristare peccatores non horrescunt; ut gravitatem primùm peccatorum suorum ac turpitudinem apprehendant, deinde salutari timore concussi, sed inconcussa fide, spe certa, & charitate non ficta erecti, præteritos annos in amaritudine animæ recogitantes, vetera com-*

Synod. Sublacen. ann. 1674. c. 11. n. 16.

commissa detestari, & meliorem vitam inchoare incipiant, atque admissas noxas, non solùm per humilem miseriarum hujus vitæ perpessionem, verùm etiam per salutares pœnitentias abolere proponant.

Quos animi sensus, si Confessarius pœnitentem nec habere, nec in eo excitari animadvertat, eum iterùm atque iterùm opportunè & importunè arguat, obsecret, increpet in omni patientia & doctrina, donec aut contritionem aut certè attritionem eliciat; sed si frustrà laborare se idem Confessarius agnoscat, caveat, ne impœnitentibus beneficium absolutionis, in ipso etiam articulo mortis, impertiatur.

Ea de causa Cardinalis Denoff Confessarios suæ Diœcesis instruens: *Iudicabitis*, inquit, *vestros pœnitentes* non habere verum dolorem, quidquid aliter affirment. 1. Dum ad Tribunal Pœnitentiæ accedent cum quadam superbiæ specie, velut aspernantes Jesu-Christi Ministrum; dum impatientiam & indignationem ostendunt in qualibet interrogatione facta, ut illorum animæ status dignosci possit.

2. Dum peccata narrant, velut res planè indifferentes, & magis ad memoriæ, quàm conscientiæ exonerationem.

3. Dum confitentes peccata, culpam & reatum in alios transferre satagunt, & sæpiùs magis se excusare, quàm accusare intendunt.

4. Cùm videbit prudens Confessarius, Pœnitentem datâ operâ voluisse aliquod celare peccatum mortale, & solâ ipsius industriâ fuit detectum.

5. Si recusaverint pœnitentes, satisfactionem congruam, & convenientem implere modo inferiùs explicando.

6. Dum nolunt uti remediis propriis ad evi-

Cardinale Denoff. Instrutt. Pastorale, pag. 131. Giudicarete che i vostri penitenti nõ hanno vero dolore, non ostante la loro attestazione verbale. 1. Quando verranno a confessarsi con una certa alteriggia, come se volessero bravare il Ministro di Giesù Cristo, mostrãdo impaziẽza e sdegno ad ogni domanda che fà lo-

evitanda peccata; quia qui media non vult ad finem necessaria, neque ipsum finem velle censendus est.

7. Quando sunt de illorum Pœnitentium numero, qui studiosè Confessarios ignaros, aut nimis indulgentes quærunt, qui plures libros volvunt, & revolvunt, donec aliquem authorem propriæ cupiditati faventem invenerint: similes omninò ægrotis, qui indoctos, & inexpertos medicos quærerent, qui omnes morbos cum solis unctionibus curare præsumerent.

ro, per riconoscere lo stato delle loro anime. 2. Quando raconteranno i loro peccati come se fussero fatti indifferenti, più per scarico della memoria che della coscienza. 3. Quando confessando il peccato, ne daranno la colpa ad altri, ed in vece d'accusarsi, si scuseranno ad ogni passo. 4. Quando trovarete che à dissegno hanno voluto celare qualche peccato mortale, non havendolo scoperto che per l'industria del Confessore. 5. Quando ricuseranno fare congrue penitenze nella maniera spiegata sopra. 6. Quando non vorranno abbracciare mezzi proprii per evitare i peccati; perche chi non vuole i mezzi, non vuole il fine. 7. Quando saranno del numero di quei penitenti, che cercano studiosamente Confessori ignoranti ò indulgenti, voltano e rivoltano i libri, fin che habbiano trovato qualche Autore favorevole alla loro cupidiggia: simili in ciò alli amalati, i quali cercassero medici ò poco esperti, ò che pretendessero guarire tutte le malatie colle sole onzioni.

Quæst. 19. Quomodo Confessarius dignoscere potest, pœnitentem verè esse contritum?

Resp. Ad hoc requiritur, ut possit Confessarius prudenter judicare, contritionem pœnitentis includere quatuor circumstantias, quas Tridentina Synodus censuit necessarias esse ad veram contritionem.

Prima, est odium ac detestatio peccatorum vitæ præteritæ.

Secunda, per quam prima dignoscitur, est cessatio à peccato, id est, ordinariè loquendo, Confessarius non debet absolvere penitentem, in mortale peccatum sæpè delapsum, nisi per aliquod tempus ipsum probaverit, & noverit in eo initium emenda-

dationis; quod longiori vel minori tempore probari debet, quo pœnitens sæpiùs aut rariùs in peccata mortalia solet incidere, nisi in casu necessitatis, v.g. si penitens esset in periculo mortis.

Tertia, est firmum constansque novæ vitæ propositum, hoc est, non ampliùs peccandi, & sincerum eliciendi actus justitiæ desiderium.

Quarta, est ipsa novæ vitæ inchoatio, ubi reverà incipit eas habere dispositiones, quæ eum ad virtutes Christianas exercendas excitent.

Verba Concilii Tridentini sunt: *Declarat igitur sancta Synodus, hanc contritionem non solùm cessationem à peccato, & vitæ novæ propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere.* Concil. Trid. sess. 14. cap. 4.

Etenim, ut ait S. Gregorius, *Sciendum est, quod peccata* sua sæpè & reprobi confitendo aperiunt: sed quia novæ vitæ habitum immutare despiciunt, ea ipsa quæ confitentur, flere obstinati contemnunt. Electi verò culpas suas non solùm voce Confessionis denunciant, sed etiam districtæ animadversionis eas fletibus abolere procurant. Ad Pœnitentiæ namque se lamenta incitantes, occulta se increpatione dilaniant, & futuri judicii timore percussi, si quæ in eis adhuc malè gesta lateant, diligenter investigant: sæpè enim quod torpentes latuit, flentibus innotescit. Et qui reatum suum securi nesciunt, hunc in se contra se erecti deprehendunt. S. Greg. in expositione Ps. Pœn.

Clarè satis patet ex hoc Divi Gregorii loco, necessariò differendam esse aliquando absolutionem, ut compertum esse possit, pœnitentes vitæ mutatione, perversæ indolis suæ inclinationem præveniendi studio, & fugiendo demùm quidquid occasionem

pec-

peccandi præbere potest, verè contritos esse; neque ex his esse reprobis, qui peccata sua sine ulla emendatione confitentur, qui seriò de seipsis non cogitant, nec quidquam per Pęnitentiam curant corrigere.

Et sic Confessarius potest esse moraliter certus de vera pęnitentis sui contritione, cùm videt eum post lapsum in peccatum, incepisse agere Pęnitentiam, seque in virtutibus Christianis exercere, in iis præsertim, quæ sunt contraria peccatis, in quæ lapsus est.

S. Greg. lib. 6. in cap. 15. 1. Regum. *Signum verò veræ conversionis*, ait Sanctus Gregorius, *non est in oris confessione, sed in afflictione pænitentiæ: tunc namque benè conversum peccatorem cernimus, cùm digna afflictionis austeritate delere nititur quod loquendo confitetur: Vnde Ioannes Baptista, malè conversos Iudæos ad se confluentes increpans, ait:* Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo dignos fructus Pœnitentiæ. *In fructu ergo, non in foliis aut ramis Pænitentia cognoscenda est. Quasi arbor quippe bona voluntas est. Confessionis ergo verba, quid sunt aliud nisi folia? non ergo nobis folia propter seipsa, sed propter fructum expectanda sunt: idcircò omnis Confessio peccatorum recipitur, ut fructus Pænitentiæ subsequatur. Vnde & Dominus arborem foliis decoram, fructu sterilem maledixit, quia Confessionis ornatum non recipit sine fructu afflictionis.*

Quæst. 20. Quænam sunt indicia, seu signa, quibus Confessarius certus fieri poterit, utrum verè à pęnitente odio habeatur peccatum?

Resp. Potest ut plurimùm certior fieri, cùm deprehēdit in pęnitente eadē doloris signa,

quæ

quæ solent homines ostendere in damnis, seu jacturis gravis momenti; utrum pęnitens ad Deum redeat, & coram ipso humilietur per jejunia, lacrymas, & suspiria, juxta id quod ait Dominus per Prophetam Joel: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu.* Joel.c.2.11.

Sit veræ compunctionis indicium, inquit D. Bernardus, *opportunitatis fuga, subtractio occasionis.* S.Bernard. ser. 1. De Paschate.

Etenim ordinariè loquendo, signum est veræ conversionis, quando pęnitens etiam antequam accedat ad Confessarium, fugit occasiones, in quibus sæpissimè incidebat in peccatum, renunciat mundanis oblectamentis, qui eum antea in præcipitio detinebant; bona malè acquisita restituit, comburit litteras, & etiam libros, & picturas lascivas, quæ illi aut aliis occasionem possent esse peccandi; relinquit domum, in qua erat in periculo peccandi, & sic de cæteris.

Unde S. Thomas de Villanova ait: "*Prius ergo vadat*, & concubinam à domo "pellat, pecuniam alienam restituat, con- "tractus usurarios rumpat, famam proximi "læsam, prout potest resarciat, mercenario- "rum labores, & pauperum debita solvat, "offenso Fratri reconcilietur, & veniam pe- "tat: & tunc ad Confessarium redeat, & "absolvatur. S. Th.de Villanova, ser. in feria 6. post Dominicam 4. Quadragesimæ.

At si ex opposito Confessarius videat pęnitentem in rebus etiam licitis semper delectari, mundanas ut solebat sectari societates, & denique suâ vivendi ratione testari, verum non concepisse dolorem; cum ita post peccatum se gerat, quasi nihil sibi mali accidisset, tunc judicare debet Confessarius, eum nondùm habere ne-

necessariam peccatorum suorum detestationem.

S. Cypr. ser. 5. de lapsis. Nam, ut ait S. Cyprianus: *Lamentari eum putamus* ex toto corde, jejuniis, fletibus, planctibus Dominum deprecari, qui ex primo criminis die lavacra cum fœminis quotidie celebrat? qui epulis affluentibus pastus, & saginâ largiore distentus, cibos suos, & potus cum pauperum necessitate non communicat? qui hilaris ac lætus incedit, quomodo mortem suam deflet, & placere nunc cuiquam studet, qui Deo displicet? An illa ingemiscit, & plangit, cui vacat cultum pretiosæ vestis induere, nec indumentum Christi quod perdidit, cogitare; accipere pretiosa ornamenta & monilia elaborata, nec divini & cœlestis ornatus damna deflere? Si quem de tuis charis mortalitatis exitu perdidisses, ingemisceres dolenter, & fleres, facie incultâ, veste mutatâ, neglecto capillo, vultu nubilo, dejecto, indicia mœroris ostenderes: animam tuam, misera, perdidisti, spiritualiter mortua supervivere hìc tibi, & ipsa ambulans funus tuum portare cœpisti; & non acriter plangis, non jugiter ingemiscis: non te vel pudore criminis, vel continuatione lamentationis abscondis? Ecce pejora adhuc peccandi vulnera, ecce majora delicta, peccasse nec satisfacere; deliquisse nec delicta deflere.

Basilius Seleuciensis, in oratione in Jonam. *Hæc veræ Pœnitentiæ sunt indicia*, inquit S. Basilius Seleuciensis, *lugens anima, lacrymantes oculi, discessio à malitia, impietatis fuga, carnis contritio, animi compressio, injustitiæ devitatio.*

Quæst. 21. Lacrymæ pœnitentis, dolor sensibilis, & promissa non relabendi in peccatum, sunt-ne certa contritionis signa?

Resp.

Resp. Licèt hæc frequentiora sint contritionis signa, non tamen sunt certa illius indicia, quia alio ex fonte procedere possunt, quàm ex vera, & sincera peccatoris conversione; nam sæpè proveniunt ab humano prorsus affectu, vel ex imaginatione objecto aliquo insolito commota; videmus etiam nonnullos, qui ostensis his speciosæ Pęnitentiæ signis, primâ datâ occasione relapsi sunt in peccatum: ex quo facilè dignoscitur, eos non habuisse veram contritionem suorum peccatorum.

Quia ut ait B. Albertus magnus: *Argumentum falsæ contritionis habet, qui quamvis peccata commissa vehementer defleat, tamen continuò post dolorem, eadem vel alia committere non reformidat.* B. Albertus in Paradiso animæ, c. 38.

Neque mirum videri debet, quòd à pęnitentibus tam sæpè Confessarii decipiantur: quia ut ait S. Gregorius: *Sæpè sibi de se mens ipsa mentitur, fitque ut aliud in imis intentio supprimat, aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat, & fingit se de bono opere amare, quod non amat; de mundi autem gloria non amare, quod amat.* S. Greg. in Pastorali, p. 1. c. 9.

Nemo itaque de momentanea contritione vel affluentia lachrymarum præsumat, inquit Petrus Blesensis: *nonne ista compunctio eorum excæcat oculos & aures cordis obturat, qui credentes se esse aliquid, cum nihil sint, abominabiles criminum maculas sine fructibus pænitentiæ paucis lachrimis æstimant abluisse? vera siquidem pænitentia, non in lachrimis momentaneis, aut horaria compunctione consistit.* Petr. Blesensis, Tract. de Cõfession.

Quare, ut ait S. Carolus, ut Confessarius aliquam habeat contritionis sui pęnitentis certitudinem, quam habere tenetur, sæpè præter ea signa exteriora, eorum re- S. Carol. Actor. p. 4. De Institutione Cõfessorum.

quirit exercitium remediorum, sine quibus prudens Confessarius judicat, pęnitentem in peccatum relapsurum.

Nō si possono assolvere, quelli, che se ben dicono di desiderare di lasciar' il peccato, non dimeno affermano che gli pare che non lo lascieranno: se questi tali nō vogliono pigliare quelli rimedii, senza li quali Confessore giudica che torneranno al peccato.

Et sanè verissimum est apud Philosophos principium, quòd qui non vult uti mediis ducentibus ad finem, censetur non velle finem: & sic non creditur in praxi, quòd quis verè cupiat fieri dives, quidquid protestando asserat, cum non modò non adhibet media, quæ ad hunc finem perducere possunt, verùm etiam oppositam viam insequitur: ut si mercator per totum diem luderet, cùm deberet in taberna ad parandas opes immorari; sic judicari non debet, quòd peccator sinceram habeat voluntatem dimittendi peccata, cùm non vult vacare orationi, jejuniis insistere, eleemosynas erogare, mundanos cętus declinare, & hujusmodi adhibere remedia, quæ prudens Confessarius, amans salutem pęnitentis, censet necessaria ad extirpandum ex animo peccatum.

Quæst. 22. Quomodo se gerere debet Confessarius erga Pęnitentem, qui non dat vera contritionis signa?

S. Carol. Actor. p.4. De Sacramento Pęnitentiæ.

Resp. Præscribit illud S. Carolus, dum ait: *Quod si pænitens nullam contritionem ostendit, eum minimè Confessor absolvat: sed tamen eum salutaribus consiliis & operibus præscribendis juvet: quod idem præstet, si ante Confessionem id animadverterit, cavendo, ne quemquam asperiùs tractans, culpa sua inducat, ut vel desperet, vel à Confessione abhorreat.*

Quæst. 23. Quænam motiva potest Confessarius proponere Pęnitenti, ut illum inducat ad sua detestanda peccata, & obtinendam à Deo veram contritionem?

Resp.

Resp. S. Carolus Actorum, p. 4. De Instructione Confessorum, ea tradit & explicat, cùm ait, Confessorem animadvertere debere diligenter, cùm pœnitentes ex parte sua studium aliquod, curamque adhibuerint, ut se ad Confessionem faciendam dignè præpararent; si tamen, sive propter incapacitatem, sive propter aliquam aliam causam, necessarias habere non videntur dispositiones, eas supplere debent, & conari eos ad peccatorum suorum contritionem excitare, iis eorum enormitatem ostendendo, declarando, quantam mereantur pœnam, cùm contra Deum commissa sint; quàm infinita inferant damna, & incommoda, quoniam vitâ privant æternâ, & ita debet eos disponere, ut saltem adeo sint attriti de omnibus & singulis peccatis mortalibus, ut eos tutâ conscientiâ possit absolvere.

S. Carol. in Instructione Confes. sorum. Hà però da avertire il Confessore, che quãdo vede che li penitenti hanno fatto da canto loro qualche diligenza per preparsi à Cõfessarsi debitamente, e nondimeno ò per l'incapacità loro, ò per altro non gli pare che habbino la necessaria dispozizione, deve supplire esso, procurando d'indurli alla contrizione de suoi peccati, con mostrare la brutezza della colpa, la gravità d'essa per esser contra Dio, l'infinito danno dell'eterna dannatione che per essa s'incorre: e con questo veda d'indurli e disporli, di modo che di tutti e ciascun peccato mortale sia almeno così attrito, che possa sicuramente darli l'assolutione.

Potest etiam Confessarius, ut pœnitentes commoveat, & præparet ad perfectiorem dispositionem, uti motivo timoris, diei judicii, & pœnarum inferni: *Quoties diem illum considero, totus contremisco*, ait S. Hieronymus.

Potest etiam eos inducere motivo spei, affirmando eos unâ sola bona Confessione veniam peccatorum suorum consequi posse: *Pœnitemini igitur*, ait Princeps Apostolorum, *& convertimini, ut deleantur peccata vestra.*

Actuum Apostol. c. 3.

Denique spe gratiæ recuperandæ commovere potest, quoniam scriptum est, Deus stat & pulsat ad ostium cordis nostri; spe etiam gloriæ æternæ, cùm scriptum sit: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum cælorum.*

Matth.c.3.

Si quis autem adeò infelix sit, ut nolit peccatorum suorum in hac vita pęnitere, ubi potest hoc unico medio veniam obtinere, ipsum in æternum pęnitebit apud inferos, sed absque fructu, juxta id quod habetur in Psal. 13. *Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt.*

Synod. Spalatēsis, ann. 1688. tit. 11.

In Synodo Spalatensi utile monitum hac in materia insertum est, his verbis: *Universim verò advertat Confessarius, ne confessiones defectu dispositionis, hoc est doloris, aut propositi, nullæ fiant; quod, proh dolor! nimium frequenter occurrit. Qua in re omnium gravissima pœnitentes, præcipuè rudes ac simplices, Confessarius facillimè adjuvare poterit, si post confessionem auditam, ipsis actum perfectæ contritionis proponat per duas vel tres interrogationes, ab ipsisque exigat aptam responsionem: exempli gratia, interroget: Doles-ne toto corde, supra omnia mala, te Deum offendisse bonum infinitum? Proponis ne firmiter imposterum non peccare, pœnitentiam adimplere, proximo satisfacere, & occasiones omnes peccandi, maximè proximas, evitare? Speras-ne peccatorum remissionem obtinere, mediante infinita Dei misericordia, & passione ac sanguine Redemptoris nostri Iesu-Christi? Quo etiam modo ad actus fidei excitare poterit.*

Synod. Alexandr. ann. 1606. De Pœnit.

In præclara Synodo Alexandriæ in Longobardia, pius juxta ac eruditus Episcopus Petrus Georgius Odescalcus, quid Confessarius in praxi agere debeat ad salutem

tem

tem pęnitentis, disertè aperit his verbis: *Ad Sacramentum pænitentiæ ritè suscipiendum, cum inter alia requiratur dolor & detestatio peccati commissi, illud præcipuè curandum est, ut ea de causa doleat, quantum potest pænitens, atque etiam super omnia detestetur peccatum, quod Dei offensa sit, summi illius videlicet boni, quique est fons & origo totius bonitatis, & beneficentiam suam immensam perpetuò in nos exercet, cujus etiam majestas adeo tremenda est, ut mirum sit, hominem vilissimum servum, de eo offendendo cogitare; cui demùm omnis laus, honos, & gloria defertur. Hunc dolorem detestationi peccati conjunctum excitare in pænitente diligenter curet Confessor; & ideò interrogationi quæ fieri solet, an doleat & pæniteat de peccatis, illud etiam adjungat, an ob eam causam, quia Dei offensa sunt? & an super omnia illi displiceat hæc offensa? rationesque supradictas & alias proponat, quæ ad id disponant pænitentem. Quod si perfecta hujusmodi displicentia in eo excitari minimè possit, ea saltem sit, ut Sacramenti virtute accedente, beneficium absolutionis impendi ei possit.* Quia scilicet licèt pęnitens non habeat perfectam, id est, valdè intensam contritionem; minùs intensa, sed tamen ex eodem motivo, prodesse ei potest ad sacramentum, ut superiùs explicuimus. Vide ejusdem venerabilis Episcopi Instructionem pro Confessariis, in fine Tomi hujus IV.

In eodem sensu loquens Cardinalis Bonifacius Gaetanus, in Synodo Tarentina: *Pænitentia*, inquit, *tribus partibus perfectè continetur, videlicet contritione, confessione, & satisfactione; Contritio autem in eo præcipuè consistit, ut peccator de commissis ideo doleat, quia Deum, quem super omnia* Synod. Tarentina ann. 1614. tit. 24. c. 1.

colere & diligere tenetur, offenderit, atque ipsi creaturam falsa delectatione illusus atque illectus prætulerit; ut quemadmodum peccando se à Deo avertit, ita, dicente Propheta: convertimini ad me in toto corde vestro, se à creatura avertendo, spe veniæ impetrandæ motus, iterum ad Deum convertatur.

Quæst. 24. Periculosum-ne est, veram differre Pęnitentiam usque ad horam mortis?

Resp. Sancti Ecclesiæ Patres vehementer locuti sunt de periculo, cui se exponebant pęnitentes, qui conversionem differebant usque ad finem vitæ, & Ecclesia ita fuit solicita, ne pęnitentes suam usque ad finem vitæ differrent conversionem, ut videamus, quòd in primis Ecclesiæ sæculis denegabatur absolutio iis qui postquam in vita criminosa perseveraverant, ad Pęnitentiam solùm in extremitate vitæ recurrebant; quia credebatur, quòd illa conversio non ex intimo cordis affectu proveniebat, sed ex timore purè servili: *Quia*, ait S. Cyprianus, *rogare illos, non delicti Pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit. Nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.*

S. Cypr. Epistola 50. ad Antonianum.

Pœnitentia, inquit S. Augustinus, *quæ ab infirmo petitur, infirma est: Pœnitentia quæ à moriente petitur, timeo, ne & ipsa moriatur ...... quicumque vult invenire misericordiam Dei, sanus agat Pœnitentiam in hoc sæculo, ut sanus esse valeat in futuro.* Nam, ut dicitur in libro de vera & falsa Pęnitentia, qui Divo Augustino tribuitur: *Quoniam vix & rarò est tunc justa conversio, timendum est de pœnitente serò.*

S. Aug. ser. 57. de Tempore.

Non

Non dubitamus, inquit S. Isidorus Hispalensis, *circa finem justificari hominem per pœnitentiæ compunctionem; sed quia rarò id fieri solet, metuendum est, ne dum ad finem differtur conversio, incerta occupet mors, priusquam veniat pœnitentia; pro qua re, etsi bona est ad extremum conversio, tamen multò melior est, quæ longè ante finem agitur, ut ab hac vita securiùs transeatur.* S. Isidor. Hispal. de Offic. Ecclef. lib. 2. c. 16.

Rationem terrore plenam assignat Sanctus Cæsarius Arelatensis: *Multos*, inquit, *novimus cum sani essent frequenter dixisse, pœnitentiam se toto corde desiderare; sed tamen quia illam statim agere noluerunt, sine ipsius remedio de hoc sæculo recesserunt: percutitur enim hac animadversione peccator, ut moriens obliviscatur sui, qui vivens oblitus est Dei. Nam qui remedium animæ suæ quando potuit noluerit quærere, postea, etiam si velit, dubium est, utrum mereatur accipere.* S. Cæsarius, hom. 13.

Sanctus Raymundus, quem Deus Ecclesiæ suæ concessit tanquam *Sacramenti pœnitentiæ insignem ministrum; In extrema ægritudine*, inquit, *vix potest aliquis pœnitere, vel etiam cogitare, ex Hieronymo: cum ægritudine opprimeris, vix potes aliud cogitare, quàm quod sentis, & illuc rapitur intentio mentis, ubi est vis doloris; multa enim, ut ait Augustinus, occurrunt tunc impedimenta: nam morbus viget, pœna terret, filii quos illicitè dilexit, uxor & mundus eum ad se vocant.* S. Raym. In Sum. de Pœnit. lib. 3. §. 23.

Ut plurimùm pęnitentia in fine vitæ est ex solo timore, quem antiqui Theologi non putaverunt sufficere ad justificationem etiam in Sacramento; unde sic loquitur Sanctus Albertus magnus: *Pœnitentiam ex timore non audit Deus, & de illa non loquitur Glossa; sed de illa quæ est ex amore lo-* S. Albertus in 4. sent. Dist. 20.

quitur hic, & hanc Deus audit; sed quia infirmitas potius est indicium timoris, ideo rarò fit, ut ex amore aliquis tunc pœniteat.

Scotus in 4. sent. dist. 18. Reportatorū, q. 1.

" Doctor subtilis Scotus hujus rei tres rationes principales affert, dum ait: *Quando primò imminet* alicui mors, ut vel per infirmitatem, vel videt gladium ultra caput, vel navem fractam; in quibus casibus convenire non speratur vita: habebit quicumque vel vehementem dolorem propter infirmitatem, vel vehementem timorem propter extrinsecum; & tunc vix potest intellectus occupari circa aliquid aliud quàm pars sensitiva, propter ordinem potentiarum; quia vel totaliter impeditur actus intellectus ab alio actu, vel non habet actum perfectum alium, cùm dolor occupet totam partem sensitivam. Sed nolendo peccatum, oportet, quòd sit magna consideratio intellectus, detestatio, ad hoc quòd sit attritio sufficiens ex congruo ad remissionem peccati, sicut fuit vehemens delectatio prior in peccato. Ad hoc ut sit dispositio ex congruo ad receptionem gratiæ, oportet, quòd sit voluntaria detestatio, & debita circumstantia finis, atque homo pœniteat non solùm propter timorem pœnæ, sed timore filiali: sed difficile est tunc dolere nisi ex timore solùm: & si non sit cum amore, non disponit ex congruo. Ex habitu malo præcedenti usque ad extremum, est inclinatio vehemens ad peccata, & ad actus similes prioribus. Igitur difficile est tunc primò contra istum habitum inclinari, detestando, quæ priùs erant delectabilia.

Damna periculaque dilatæ nimiùm conversionis, prudenter expendens Dominicus

cus Maria Cardinalis Cursius: *Conversionem*, inquit, *pœnitentiamque differre, est tempus vitiosè expendere, spiritualia lucra negligere, hoc est, profectum in omni gratia & virtute, in multiplicatione meritorum impedire, propriam animam vitiis lacerare, dæmonibus deservire, Deo altissimo prorsùs ingratum existere, qui conversionem iniqui tam misericorditer præstolatur, qui ei pro malis tot bona largitur, & ipsum ad meliora hortatur; ne quis igitur sic de spirituali ægritudine gratuletur, ut velit in vulnere permanere.* Synod. Ariminen. ann. 1696. Tit. 5. de Pœnit. §. 1.

Hinc est quòd non pauci videntur pœnitentes in morbo, qui supremus esse putatur, non pauci, inquam, in hac vitæ exiguâ & penè nullâ spe, lachrymas copiosas confitentes effundunt, inimicis reconciliantur, ablata etiam quandoque restituunt, mutationem totalem promittunt; quid pluris? ita se gerunt, ut si mors sequatur, sancti à pluribus appellentur. Sed sequens quandoque sanitas ex insperato, inania fuisse promissa ut plurimum aperit, tristitiamque illam non secundum Deum fuisse testatur; cum nullo modo pœnitentiam in salutem stabilem operetur, & in deteriora sæpiùs labantur intra paucos dies; imò quandoque ultrò fateantur, ea omnia quæ imminente morte egerant, aut dixerant, non ex animo aut corde verè converso profecta.

Quare necesse est, ut peccatores sequantur id quod dicitur in Scriptura: *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem: Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te:* Et sic evitabunt ponere salutem suam in illa incertitudine, de qua loquitur S. Augustinus dum ait: *Si quis positus in ultima necessitate* Ecclesiastici c. 5. S. August. homil. 41. inter 50.

ægritudinis suæ, voluerit accipere Pœnitentiam, & accipit, mox reconciliatur, & hinc vadit: Fateor vobis, non illi negamus, quod petit: sed non præsumimus, quia bene hinc exit. Non præsumo, non vos fallo, non præsumo.

Caput VI.

De Confessione.

Quæst. 1. Quid est Confessio Sacramentalis?

Resp. Illam sic definit S. Thomas: *Confessio est Sacramentalis delinquentis accusatio, & erubescentia per Claves Ecclesiæ satisfactoria, obligans ad peragendam Pœnitentiam injunctam.*

S.Th. in 4. sent. dist. 17.q.3.a.2. q. 1. in corp.

Est primò, *Accusatio*, ut enim ait Catechismus Concilii Tridentini: *Rectè autem accusatio dicitur, quòd peccata ita commemoranda non sunt, quasi scelera nostra ostentemus, ut ii faciunt, qui lætantur cùm malè fecerint: aut omninò enarranda, ut si rem aliquam gestam otiosis auditoribus delectandi causa exponamus: verùm accusatorio animo ita enumeranda sunt, ut ea etiam in nobis vindicare cupiamus.*

Catech. Cōc. Trid. De Sacramento Pœnit.n. 51.

Et ut ait S. Augustinus: *Sentiat culpam, nec velit excusare, ne augeat crimen: ut Adam, cui non sufficiebat peccasse, sed amplivit crimen culpando uxorem, & culpam transferens in authorem.*

S. Aug. c. 16. lib. De vera & falsa Pœnitentia.

Est accusatio *Delinquentis*, quia non debet pœnitens confiteri aliena peccata, sed propria.

Est accusatio *Satisfactoria*, quia obtinetur venia, & remissio peccatorum, quæ est Sacramenti Pœnitentiæ finis.

Per

Per Claves Ecclesiæ, quia soli Sacerdoti tradita est Clavium potestas, & solus est legitimus hujus Sacramenti Minister, ut aperiat Cœlorum januam peccatori, qui sibi illam per peccatum mortale clausit.

Agnovit hanc veritatem S. Augustinus cùm dixit: *Nemo sibi dicat: occultè ago apud Dominum Pœnitentiam, novit Deus qui mihi ignoscat, quid in corde ago. Ergo sine causa dictum;* Quæ solveritis in terra, soluta erunt in cœlo? *Ergo sine causa claves Ecclesiæ Dei datæ sunt.* S. August. hom. 49.

Denique est accusatio *Obligans ad peragendam Pœnitentiam injunctam*, quia ex Concilio Tridentino: *Satisfactio in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei institutione requiritur.* Concil. Trid. sess. 14. c. 5.

Quæst. 2. Est-ne necesse accusare omnia, & singula peccata mortalia?

Resp. Est necessarium: *Constat enim*, ait Concilium Tridentinum, *Sacerdotes judicium hoc incognita causa* exercere non potuisse, neque æquitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potiùs in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in Confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint, & tantùm adversùs duo ultima Præcepta Decalogi commissa, quæ nonnumquam animam graviùs sauciant, & periculosiora sunt iis, quæ in manifesto admittuntur. Verùm cùm universa mortalia peccata, etiam cogitationis, homines iræ filios & Dei inimicos reddant, necessum est, omnium etiam veniam cum aperta & verecunda Confessione à Deo quærere. Sess. 14. cap. 5.

Deus

S. Aug. in Ps. 31. *Deus tegat vulnera tua, noli tu*, inquit S. Augustinus; *nam si tu tegere volueris erubescens, medicus non curabit*.

Quæst. 3. Quænam peccati circumstantiæ exprimendæ sunt in Confessione?

Resp. Ut huic quæstioni satisfaciamus, supponendum est cum Divo Thoma, quòd S.Th. 1. 2. q. 73. art. 7. in corp. » *Peccatum natum* est aggravari per circum- » stantias tripliciter: uno quidem modo, in » quantum circumstantia transfert in aliud » genus peccati; sicut peccatum fornicatio- » nis consistit in hoc, quòd homo accedat ad » non suam; si autem additur hæc circum- » stantia, ut illa ad quam accedit, sit alte- » rius uxor, transfertur jam in aliud genus » peccati, scilicet in adulterium, quod est » gravius peccatum, quàm fornicatio. Ali- » quando verò circumstantia non aggravat » peccatum, quasi trahens in aliud genus » peccati, sed solùm quia multiplicat ratio- » nem peccati: sicut si prodigus det, quan- » do non debet, & cui non debet, multipli- » ciùs peccat eodem genere peccati, quàm si » solùm det cui non debet; & ex hoc ipso » peccatum fit gravius. Tertio modo circum- » stantia aggravat peccatum, ex eo quòd » auget deformitatem provenientem ex alia » circumstantia, sicut accipere alienum, con- » stituit peccatum furti: si autem addatur » hæc circumstantia, ut multùm accipiat de » alieno, erit peccatum gravius.

Hoc posito, constat, requiri ad integritatem Confessionis, ut explicentur circumstantiæ speciem mutantes, & augentes numerum peccatorum, cùm, ut diximus, teneamur accusare singula peccata mortalia: eæ quoque circumstantiæ declarandæ sunt, quæ peccata notabiliter aggravant, quæque tribuunt illis malitiam quasi alterius speciei.

Ra-

Ratio est, quia cùm Confessio sit Tribunal, in quo Confessor exercet justitiam Dei, ibique sedet tanquam medicus, ut peccatoris animæ morbis medeatur, necesse est, ut eorum noverit malitiam, & perspectum habeat, quidquid est alicujus momenti in peccato; quia, ut ait Concilium Tridentinum: *Quod ignorat medicina, non curat*; aliàs ferre non posset nisi judicium imperfectum, neque posset apponere remedia naturæ morbi convenientia: atqui circumstantiæ peccatum notabiliter aggravantes, tanti sunt momenti, ut ipsis à Confessore ignoratis sufficiens sibi deesset lumen, ac notitia ad judicandum de morbo, illique medendum; necesse est igitur eas explicare in Confessione. Sess. 14. cap. 5.

Hac de causa Innocentius Papa III. relatus in Canone, præcipit Episcopo Liburnensi: *Consideratis circumstantiis omnibus, competentem Pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout saluti eorum videritis expedire.* Cap. Deus qui, de Pœnitent. & remiss.

Et in cap. *Omnis utriusque sexus* in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. dicitur: *Sacerdos autem sit discretus & cautus, ut more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati; diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati: quibus prudenter intelligat, quale debeat illi præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrotum.* Can. Omnis utriusque, de Pœnit. & remiss.

Sanctus autem Carolus Actorum part. 4. in suis Instructionibus ad Confessores ait: Confessarium scire debere circumstantias aut speciem mutantes peccati, aut illud notabiliter aggravantes, quia illæ circumstantiæ necessariò in Confessione declarari debent. Voluit, ut id sciret Romani Confessa- S. Carol. in Instruct. Confess. Il Confessore deve essere instrutto, qua'i sono le circo-

stáze che mutano la specie di peccato, ò che grandemente l'aggravano ; peroche queste due sorti de circostanze necessariamente si devono esplicare nella Confessione.

fessarii Innocentius Papa XII. dum has sancti Caroli Instructiones typis mandari jussit ann. 1700.

Synod. Farfensis sub Carolo Cardin. Barberino c.11. n.11. pag.111.

Et in celebri Synodo Farfensi sic habetur: *Pœnitens à Confessario non interpelletur, nisi cum res ipsa exegerit, ubi scilicet inquirendum erit super circumstantiis peccatorum quæ speciem mutant, vel pravitatem valdè augent*. Quod etiam expressiùs habetur in eadem Synodo in Instructione vulgari linguâ exaratâ, quæ habetur in fine Tomi hujus.

Videtur etiam, quòd Innocentius Papa XI. hanc definierit quæstionem, damnando sequentem propositionem in Decreto contra 65. propositiones.

58. Propositio damnata: *Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem*.

Cùm enim conveniant Theologi, circumstantiam consuetudinis, seu habitus, esse circumstantiam solùm notabiliter aggravantem intra eandem speciem: si tenemur eam in Confessione exprimere, manifestè sequitur, debere nos explicare circumstantias notabiliter aggravantes, quamvis speciem non mutent.

Concil. Provinc. Gnesnens. ann. 1628. de Pœnit.

Et in Concilio Provinciali Gnesnensi, à S. Sede expresse confirmato & approbato, decernitur, ut Confessarii *potissimùm inquirant de peccatis, numeroque & specie illorum, cum circumstantiis mutantibus speciem peccati, aut idem valdè gravantibus, quæ vel promiscuè perpetrantur nunc ab hominibus, vel propria sunt statui & conditioni cujusque pœnitentis*.

Præ-

Præterea in eleganti Synodo Sublacensi Eminentissimi Caroli Cardinalis Barberini, sic expressè habetur: *Inquirendum erit super circumstantiis peccatorum quæ speciem mutant, vel pravitatem valdè augent.* Et in Synodo Ariminensi, Cardinalis Dominicus Cursius: *Inquirendum erit*, inquit, *super circumstantiis peccatorum quæ speciem immutant, vel pravitatem augent.*

Synod. Sublacens. ann. 1674. c. 11. n. 11.

Syn. Arim. ann. 1696. tit. 5. de Pœnit. §. 5.

Quæ verò circumstantiæ peccatum non aggravant notabiliter, consilio potiùs quàm præcepto eas debemus confiteri; quia tanti non sunt momenti, ut impediant justitiam judicii, quod de pœnitentis conscientia facere debet Confessarius, neque vim remediorum, quæ tanquam medicus adhibere debet.

Quæst. 4. Tenetur-ne quis accusare in Confessione peccatum, quando dubitat, an sit mortale?

Resp. *Dicendum* cum Divo Thoma, *quòd quando aliquis dubitat de aliquo peccato an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione manente; quia qui aliquid committit, vel admittit, in quo dubitat esse mortale peccatum, peccat mortaliter discrimini se committens: & similiter periculo se committit, qui de hoc quod dubitat esse mortale, negligit confiteri; non tamen debet asserere, illud esse mortale, sed cum dubitatione loqui, & judicium Sacerdotis expectare, cujus est discernere inter lepram & lepram.*

S. Th. in 4. sent. dist. 21. q. 2. art. 3. ad 3.

Quæst. 5. Est-ne necessarium, aut utile, confiteri peccata venialia?

Resp. Utile est, quamquam non necessarium ea confiteri, juxta definitionem Concilii Tridentini, his verbis: *Venialia peccata quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentiùs labimur, quamquam rectè & utiliter citraque omnem præsumptionem,*

Concil. Trid. sess. 14. cap. 5.

nem, in Confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat: taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt.

Quæst. 6. Est-ne periculosum confiteri peccata venialia absque dolore, & voluntate ea dimittendi?

Resp. Omninò periculosum est, quia peccata non sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ, nisi quatenùs declarantur in Confessione cum dolore, ac proposito non peccandi de cætero; & per consequens, qui confitetur peccata venialia absque proposito ea non ampliùs committendi, id est, nolens adhibere remedia, quibus ad emendationem uti potest, confugiens ad orationem, ut gratiam hanc à Deo obtineat, seque exercens in actibus virtutis contrariç peccato suo, se exponit periculo faciendi nullam & inutilem Confessionem, propter defectum materiæ sufficientis ad validitatem hujus Sacramenti.

Hìc autem advertendùm est, plures inveniri, qui putant, se verum de peccatis suis dolorem habere, qui tamen nullam habent voluntatem ea corrigendi, seu emendandi, propter nimium sui amorem, & creaturarum, quæ illos in his peccatis detinent; & qui nolunt sibi necessariam vim inferre, ut hæc impedimenta solvant.

Videtur, quòd talibus aliquando præstaret, non confiteri hæc peccatorum genera, quæ probabiliter norunt, se statim commissuros, quia nec satis de iis peccatis dolent, & se nimis propensos natura sua ad ea committenda vident.

Deberent enim interim de his peccatis salutari humilitate coram Deo confundi, ab ipso petere emendationis gratiam, omnemque adhibere diligentiam, ut contrariis

riis virtutum actibus, aut voluntariis aliquibus pœnis ac castigationibus sponte assumptis, cùm illa admiserint, ab iis se liberent; & ea non confiteri, nisi cùm noverint se plenè dispositos ad illa vitanda, post novæ vitæ incheationem, juxta Concilium Tridentinum, ab his peccatis liberam, quibus adhærere, quæque amare videntur.

Quæst. 7. Ille qui confitetur solùm peccata venialia, quæ sancti Patres vocant peccata quotidiana, & peccata justorum, facit-ne non solùm Confessionem nullam, sed etiam sacrilegam, quando ex sua negligentia non affert dispositiones necessarias ad habendam absolutionem?

Resp. Ut huic quæstioni satisfiat, advertendum, primò cum Divo Thoma, quòd « *Potest dupliciter contingere*, quòd negligen- « tia sit peccatum mortale. Uno modo ex « parte ejus quod prætermittitur per negli- « gentiam: quod quidem si sit de necessitate « salutis, erit peccatum mortale; alio modo « ex parte causæ: si enim voluntas in tantum « sit remissa circa ea quæ sunt Dei, ut totali- « ter à Dei charitate deficiat; talis negligen- « tia est peccatum mortale: & hoc præcipuè « contingit, quando negligentia sequitur ex « contemptu: alioquin si negligentia consi- « stat in prætermissione alicujus actus vel « circumstantiæ, quæ non sit de necessitate « salutis, nec hoc fiat ex contemptu, sed ex « aliquo defectu fervoris, quæ impeditur in- « terdum per aliquod veniale peccatum, tunc « negligentia non est peccatum mortale, sed « veniale.

« S. Th. 2. 2. q. 54. art. 3.

Supponendum est secundò, cum Divo Bonaventura, quòd licèt sacrilegium committatur, cùm indignè suscipitur Sacramentum; nihilominùs non semper indignè susci-

ſuſcipitur, quando ejus impeditur effectus, & redditur nullum ex aliqua levi negligentia.

S. Bon. lib. 4. ſentent. diſt. 9. q. 3. ar. 2. „ *Dignè manducare*, ait Divus Bonaventura, *eſt ſufficienter ſe præparare*, ſcilicet peccati omnis expulſione, reverentiâ, & dilectione. Quidam igitur ſunt, qui ſe ſufficienter præparant ſecundùm veritatem: Quidam autem, non ſufficienter ſecundùm veritatem; ſufficienter tamen ſecundùm probabilitatem: Quidam autem neutro modo ſe præparant, imò contemnunt.

„ Qui ergo ſufficienter ſe præparat, manducat dignè: qui ſe nullo modo præparat, manducat indignè: qui autem minùs ſufficienter ſe præparat, ſcilicet ſecundùm probabilitatem, potiùs quàm ſecundùm veritatem, non manducat dignè, quia non ſe præparavit dignè ſufficienter: nec indignè, quia ſe præparavit tantùm probabiliter: talis quamvis non recipiat gratiam, non tamen incurrit offenſam.

Et conſequenter, ex Divo Bonaventura, licèt non omnes afferantur diſpoſitiones neceſſariæ ad hoc ut aliquis Sacramentum cum fructu recipiat, non tamen committitur ſacrilegium, quando aliquis diligentiam adhibuit, quam credidit neceſſariam, ut diſponeret ſe ad illud recipiendum, & ſe ſufficienter credidit diſpoſitum.

Hoc ſuppoſito, dicere poſſumus, cum eodem ſancto Doctore, quòd ſi ille qui confitetur tantùm peccata venialia, aliquam diligentiam adhibuit ad hoc ut verum haberet dolorem illorum peccatorum, ſi conatus ſit illis renuntiare, & reſiſtere perverſæ ſuæ naturæ propenſioni: tunc etiam ſi aliqua ſua negligentiâ, de illis peccatis dolorem neceſſarium ad obtinendam

dam absolutionem non habuit, non tamen idcircò sacrilegium eo ipso committit. Nam & idem S. Bonaventura alibi docet, illos qui ex aliqua negligentia, quam tamen non advertunt, non habent charitatem, seu dispositionem necessariam ad gratiam in Sacramento Pœnitentiæ consequendam, aliquando non recipere gratiam, sed tamen non peccare.

S. Bonav. in 4. sent. dist. 17. p. 2. q. 4. art. 2. ad 4.

Ad illud, inquit Doctor Seraphicus, *quod objicitur de absolutione: Dicendum, quod nemo recipit effectum, nisi charitatem habeat, saltem in principio Confessionis, vel in medio, vel in fine. Multi autem habent in fine, qui tamen non habent in principio: & alii se credunt habere in principio & in fine, qui fortassis non habent: & aliqui non habent, nec credunt se habere. Primi non incurrunt offensam, sed acquirunt gratiam: Secundi evadunt offensam, quamvis non acquirant gratiam: Tertii verò non acquirunt gratiam, sed iram.*

Quæst. 8. Ut vitetur nullitas in Confessione illorum qui de peccatis tantùm venialibus confiteri solent, debet-ne Confessarius illis consulere, ut peccatum aliquod mortale in vita præterita olim commissum confiteantur, quia scilicet adest certitudo saltem moralis, quòd de illo verè dolent?

Resp. Etiam si vix in eo casu aliqua generalis regula assignari possit, quia scilicet fieri potest, ut hæc praxis confitendi aliquod peccatum mortale olim commissum, alicui pœnitenti nocere possit; præsertim si illum distrahat & impediat, ne se verè excitet ad detestanda cum Dei gratia peccata sua quotidiana, & conetur illa emendare: dum scilicet valdè levia esse putat, & ideò necessariam non esse talem detestationem: quod tamen posset aliquando

Con-

Confessionem sacrilegam efficere ob contemptum effectus Sacramenti, ut supra dictum fuit.

Nihilo tamen minùs, communiter & ordinariè loquendo, hæc praxis confitendi aliquod præteritæ vitæ peccatum, laudabilis omninò videtur, & ideò Confessarii eamdem praxim communiter consulere possunt. Primò, quia id agendo evenire potest, ut is qui fortassis gratiam Sacramentalem non consequeretur (quia videlicet, ob aliquam suam negligentiam, quæ tamen contemptum Sacramenti non includit, non habuit dispositiones necessarias ad consequendam absolutionem peccatorum venialium quæ confessus est) illam tamen consequatur, habens, ut supponitur, verum dolorem de peccato mortali præterito quod confitetur. Secundò, quia, ut ait Sanctus Thomas, erubescentia quam experimur in Confessione peccati gravis, est aliqua pars satisfactionis & pœnæ debitæ pro eodem peccato: *Alio modo*, inquit Angelicus Doctor, *Confessio diminuit pœnam ex ipsa natura actus confitentis, qui habet pœnam erubescentiæ annexam; & ideo quanto aliquis pluries de eisdem peccatis confiteatur, tanto magis pœna diminuitur.*

S.Th. in 4. sent. dist. 17. q. 3. in solutione quæstiunculæ 2. ar. 5. in fin.

Addi potest, ad majorem hujusce quæstionis elucidationem, resolutio exarata ab illustrissimo hujusce ævi Doctore, ut responderet dubio sibi proposito, utrum scilicet consilium dari posset illis qui vitam verè Christianam ducunt, & à peccatis mortalibus immunem, ut non confiterentur levia hæc delicta quotidiana, ne cùm habeant levissimas tantùm culpas ante Confessionem, inde exeuntes gravis peccati rei inveniantur ob Sacramenti profanationem, quæ in Confessione peccato-

rum,

rum, de quibus verus non adeſt dolor, reperitur?

Reſpondet eximius ille Doctor, relatam modò opinionem ſatis communem eſſe, attamen vix probabilem videri & concipi poſſe; ipſe etiam modus eam opinionem proponendi, illius falſitatem demonſtrat. Nam duo ſupponuntur: Primò facilè evenire poſſe, ut ille qui ſanctè vivit, non habeat dolorem neceſſarium de levibus culpis quibus aſſuetus eſt, & de quibus confitetur; nam hæc eſt ratio, ob quam approbatur conſilium datum à Directoribus prudentibus, de non confitendis levibus hujuſce generis peccatis, ne ſcilicet hæc Confeſſio ſine vero dolore fiat. Alia ſuppoſitio eſt, quòd dum id accidit, ille qui venialium tantùm reus erat, dum ad Pœnitentiæ Tribunal acceſſit, inde exit mortalis peccati reus; quod ſcilicet ex ſancta anima & digna regnare cum Chriſto, Dei hoſtem efficit & inferno dignam.

Eſt-ne credibilis talis mutatio, tam ſubita tamque miſerabilis, ob defectum qui nullam malitiam involvit, ob ſolam omiſſionem, quæ in hominibus verè bonis ex ſola humana infirmitate provenire poteſt? Nam cui evenire non poteſt, ut confitens levia peccata, quæ ideò non multùm movent, de illis cogitet minùs quàm par eſt? & defectus doloris ex inadvertentia, aut diſtractione proveniens, aut certè ex quodam tepiditatis ſtatu, poterit Dei gratiam eripere, & ab eo in æternum nos ſeparare?

Si id verum eſſet, vix puto, reperiri poſſe aliquem, neque etiam inter ſanctiſſimos Monachos, aut Moniales, à teneris annis longè à mundanis nugis educatas, qui poſſit confidenter credere, ſe innocentiam

Bap-

Baptismalem conservasse; Etenim cùm sæpissimè confiteantur, vix credibile est, illos non aliquando passos esse aliquem doloris defectum, præsertim circa levia & quotidiana peccata. Periculosissimum etiam esset bonos & verè timentes Deum absolvere, præsertim in extremis constitutos, dum de talibus solùm peccatis confitentur; quis enim securus esse potest, tales habituros dispositiones necessarias ad recipiendam utiliter absolutionem, nec aliquid eis, propriâ ipsorum culpâ, aliquando defuturum? quod tamen asseritur sufficere ad eorum damnationem æternam, si statim post hanc absolutionem inutilem morerentur; eo quòd, ut dicunt, invenirentur rei profanationis Sacramenti.

Si hæc opinio vera esset, putarem eodem tempore, quemque teneri consulere omnibus verè piis qui leves tantùm culpas committunt, ut eas nunquam confiterentur, sed eas tantùm Directori spirituali aperirent ad humiliationem, & ut ab eo acciperent remedia ad emendationem utilia, sed extra Pœnitentiæ Tribunal.

Nam cùm similium culparum venia duplici viâ obtineri possit, ex quibus una potest subjacere periculo amittendæ gratiæ Dei, quod certè est malorum omnium maximum: alia verò via sine periculo est: ageret-ne sapienter, qui non præferret hanc ultimam viam quæ nullum inimicitiæ Dei periculum involvit, alteri viæ quæ tanto periculo subest? In hac etiam opinione, vix auderem absolvere illos qui hujuscemodi tantùm leves culpas confiterentur; Etenim cùm difficile cognosci possit, utrum illi qui frequenter confitentur, habeant verum dolorem de peccatis venialibus, quibus sunt assueti; quare dabitur eis absolutio

tio

tio non necessaria, quæ efficere potest, ut fiant peccati mortalis rei?

Sed objiciet aliquis, quòd negari non potest, illum qui peccata venialia sine vero dolore confitetur, profanare Sacramentum, & hanc profanationem peccatum mortale involvere.

Respondeo, aut non omnem Sacramenti profanationem esse mortalem, aut non profanari Sacramentum, quando contra voluntatem, & ex sola veniali omissione, redditur nullum & infructuosum; defectus autem veri doloris, est omissio mortalis quando agitur de peccatis mortalibus: cùm enim hæc peccata nos à Deo separent & inimicos reddant, mortaliter peccat qui non facit omne quod in se est, ut de eis verè doleat, & ita justificetur in Sacramento Pœnitentiæ. Sed idem dici non potest de peccatis venialibus, quia scilicet non propter illa gratiam perdimus, & multi reperiuntur Christiani, ut notat sanctus Augustinus, qui per totam vitam levibus culpis adhærent, nec tamen propterea damnantur à Deo, cui sufficit, ut purgentur, vel in hac vita, tribulationibus quas patiuntur, aut in altera, purgatorio igne.

Et ita cùm defectus doloris de talibus culpis commissis, non sit mortalis in se, credere non possum, talem defectum mortalem fieri in Confessione. Et idcircò, ne disputatio in verbis solummodò consistat, dicendum putarem, quòd si inutilitas, quæ accidit in Sacramento Pœnitentiæ ex prædicto doloris de venialibus defectu, debet profanatio appellari: tunc omnis profanatio non erit mortalis, nec necessariò peccatum mortale involvet.

Quæst. 9. Quibusnam mediis uti potest Confessarius, ut excitet ad contritionem Pœnitentem, qui regulariter peccata solùm venialia confitetur?

Resp. Proponere primò debet, quodlibet peccatum Deo displicere; quo motivo excitari facilè poterit, qui Deum diligit in veritate.

Secundò, monere debet, omne peccatum, licèt minimum, à Deo puniendum, nisi puniatur à nobis; ne verbum quidem otiosum impunitum manebit, dicente Domino Matthæi, cap. 12. *Dico autem vobis quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii*.

Tertiò, quòd peccata venialia si negligantur, ad mortalia disponunt; ideoque timendum est, ne præcipitent in ignem æternum eos, qui ea non curant emendare; ut enim ait S. Augustinus: *Sed dicis*,

S. Aug. ser. 144. de Tempore.

„ *peccatum quidem est*, sed tamen parvum est: „ nec nos dicimus, quia capitale peccatum „ est; sed tamen, si frequenter exerceatur, „ & jejuniis, vel eleemosynis non redimatur, „ nimis immundam animam facit. Noli despicere peccata tua, quia parva sunt: nam „ & pluviarum guttæ sunt; sed flumina implent & moles trahunt, & arbores cum suis „ radicibus tollunt. Tu qui dicis, quia parvum peccatum est, velim scire, quoties tale peccatum admittis, si tot parvulas plagas in corpore, & tot maculas aut scissuras „ in vestibus tuis fieri velis. Cùm ergo in „ corpore tuo plagas, nec in veste tua scissuras, vel maculas fieri acquiescis, quâ „ conscientia hoc facere in anima tua non „ metuis? ac sic quicumque hoc fecerit, plus „ amat vestem aut carnem suam, quàm animam. Cùm enim ad imaginem Dei facti

simus,

simus, quoties aliquid turpe aut loqui- "
mur, aut facimus, toties Dei imaginem "
sordidamus. Etiam videte si hoc deceat "
vos, aut oporteat. "

Alibi etiam idem S. Augustinus sic loquitur: *Noli illa contemnere, quia minora sunt, sed time, quia plura sunt. Attendite, Fratres mei, minuta sunt, non sunt magna: non est bestia quasi leo, ut uno morsu guttur frangat; sed & plerumque bestiæ minutæ necant: sed infirma est natura humana, quæ etiam minutissimis bestiis interimi potest; sic & modica peccata, attenditis quia modica sunt, cavete quia plura sunt. Quàm minutissima sunt grana arenæ, si arenæ amplius in navem mittatur, mergit illam ut pereat. Quàm minutæ sunt guttæ pluviæ, nonne flumina implent, & domos dejiciunt?* Et in alio loco idem Sanctus Doctor: *Ista omnia*, inquit, *si colligantur contra nos, num ideo non premunt quia minuta sunt? Quid interest utrum te plumbum premat, an arena? Plumbum una massa est, arena multa grana sunt, sed copia te premunt: minuta sunt peccata, non vides de guttis minutis flumina impleri, & fundos trahi? minuta sunt sed multa sunt.* S. Aug. ser. 9. aliàs 96. de temp. Et ser. 56. aliàs 48. de Diversis.

Confessor potest etiam exhibere pœnitenti, difficile prorsus esse judicare, si peccata quæ confitetur, sint tantùm venialia; id ipso Divo Augustino, licèt doctissimo, visum est periculosum, ut satis constat ex
hoc quod ait: *Sed quæ sint ipsa peccata*, quæ " S. Aug.
ita impediunt perventionem ad Regnum " lib. 21. de
Dei, ut tamen Sanctorum amicorum me- " Civit.
ritis impetrent indulgentiam, difficillimum " Dei, c.
est invenire, periculosissimum definire. " 27.
Ego certè usque ad hoc tempus cùm inde "
satagerem, ad eorum indaginem pervenire "
non potui: & fortassis propterea latent, "

cere audeo, ait S. Chrysostomus, *solet mihi nonnunquam non tanto studio magna videri peccata esse evitanda, quàm parva & vilia; illa enim ut adversemur, ipsa natura efficit; hæc autem hac ipsa re quia parva sunt, desides reddunt, & dum contemnuntur, non potest ad expulsionem eorum animus generosè insurgere. Unde citò ex parvis magna fiunt negligentia nostra.* S. Joan. Chrysost. hom. 87. in Matth.

Quæst. 10. Quænam sunt conditiones requisitæ ad salutarem peccatorum Confessionem?

Resp. Doctores solent sexdecim afferre quæ his versibus continentur.

> *Sit simplex, humilis, Confessio, pura, fidelis,*
> *Atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda,*
> *Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata,*
> *Fortis, & accusans, & sit parere parata.*

Prudens autem Confessarius eas reducere debet ad quatuor, aut certè quinque, ut ait S. Carolus, easque Pœnitentem suum summa cum brevitate, & quanta potest facilitate docere debet. Prima est, ut *Confessio sit simplex*, ut ait Divus Thomas, *ut non recitent in Confessione, nisi quod ad quantitatem peccati pertinet.* S. Th. in 4. sentent. dist. 17. q. 3. a. 4. q. 4. in corp.

Confessio, ait S. Antoninus, *debet esse simplex, ut dicantur præcisè peccata cum circumstantiis suis, & dimittantur aliæ materiæ, nec immisceantur superflua: quod tamen difficile est, & præcipuè idiotis, dicere peccata sua, quin addant superflua: non tamen hoc habet vitiare Confessionem, ex quo dicant hac intentione, ut declarent factum suum;* S. Anton. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 12.

prudens autem Confessor debet, quantùm commodè potest, hujusmodi narrationes superfluas facere resecare: & qui indiget consolatione propter tribulationes, vel consilio, propter dubia, post Confessionem factam & absolutionem, talia dicantur, & non misceantur in Confessione.

Secunda conditio est, ut sit *Humilis*, juxta id quod dicitur Ecclesiastici 4. *Presbytero humilia animam tuam:* Humilis in modo accusandi peccata citra arrogantiam, ea non excusando, aut narrando opera bona quæ fecit; sed humilitas præcipuè debet esse in corde, ita ut in se unum conferat culpam peccator, nec rejiciat in defectum seu privationem gratiæ Dei, in tentationes dæmonis, aut in eos, qui illum ad peccatum excitarunt.

Ut enim ait S. Ambrosius relatus in Canone: *Non est quòd cuiquam* nostram adscribamus ærumnam, nisi nostræ voluntati: nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen quæ inferuntur reluctantibus: voluntarium sibi militem elegit Christus; voluntarium servum sibi diabolus actionatur: neminem jugo servitutis adstrictum possidet, nisi se priùs peccatorum ære ei vendiderit.

Can. Nō eit, 15. q. 1.

Et ut ait Glossa ibidem, verbo *peccatorum ære: Ipsum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, ut nos demus ei jus ad occidendum nos.*

Tertia conditio est, quòd Confessio sit integra, hoc est, omnium & singulorum peccatorum mortalium, quorum post diligentem discussionem conscientia habetur.

Quarta, debet esse *lacrymabilis*, scilicet ut qui confitetur peccata sua, de iis verum

rum ſentiat dolorem cum propoſito non peccandi de cætero, ut ſuperiori capite diximus.

Quinta eſt Confeſſio ſit *parere parata*, ut ſcilicet Pœnitenti inſit prompta voluntas faciendi quidquid Confeſſarius injunxerit in pœnam peccatorum; ut enim ait S. Aug. relatus in Canone: *Ponat ſe peccator* omninò in pote ſtate judicis in judicio Sacerdotis, nihil ſibi reſervans ſui: ut omnia eo jubente paratus ſit facere pro reparanda animæ vita, quæcumque faceret pro vitanda corporis morte; & hoc cum deſiderio, quia vitam recuperat infinitam ut Deus: cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus.

Can. Cōſideret, De Pœnitentia diſt. 5.

Poteſt etiam addi ſexta bonæ Confeſſionis conditio, ut ſcilicet pœnitens quærat Confeſſarium verè doctum & pium, non autem ignarum aut adulatorem; quod tamen ſæpiùs fit; unde celebris Cardinalis Denoff, inter defectus, qui circa Confeſſionem occurrunt, meritò enumerat negligentiam Pœnitentium, *Qui non quærunt Confeſſarium doctum*, & bonis moribus, ut & Chriſtiana prudentia præditum, quinimò adeunt Confeſſarios minùs doctos, minùſque conſtantes, qui ſcilicet non exigunt, ut pœnitentes à pravis habitibus recedant, & removeant occaſiones proximas, antequam abſolvantur: qui non obligant ad reſtitutionem, niſi in caſibus rariſſimis: qui non præſcribunt medicinales pœnitentias à Conc. Trid. valdè commendatas: qui non curant inveſtigare cauſas & circumſtantias neceſſarias ad diſtinctam notitiam peccatorum. Quid pluris? Illos quærunt peccatores, quia nullam ab iis moleſtiam timent, ſed potiùs ab eiſdem juva-

Cardinalis Denoff, in Inſtruct. pag. 46.

"Il quarto diffetto che cōmettano i penitenti ſi è, il non cercare Cōfeſſori dotti, eſēplari, e dotati di prudenza Chriſtiana; mà al contrario Confeſſori di-

» juvari putant ad excusandas excusationes
» in peccatis, cum pravis quibusdam opinio-
» nibus; ita ut possint liberè & quietè in te-
» nebris peccatorum conquiescere, & à le-
» thargico somno non expergiscere.

» Sciant nihilominùs tales Confessarii &
» Pœnitentes, Sacerdotem esse tantùm judi-
» cem delegatum à supremo judice Jesu
» Christo, & ita non posse agere in Tribuna-
» li contra delegantis mentem, quæ nobis
» aperta est, & manifestata in sacris Scriptu-
» ris, & in regulis ab Ecclesia præscriptis, ad le-
» gitimam istius Sacramenti administratio-
» nem, & idcircò, ut ait S. Gregorius Papa:
» *Tunc vera est absolutio præsidentis, cùm æter-*
» *ni arbitrium sequitur judicis*. Ideoque dum
» miser ille peccator putabit, se veram abso-
» lutionem consecutum esse, experietur, sed
» serò, in extrema scilicet hora constitutus,
» quando ante supremum judicem respon-
» dendum erit in particulari judicio, reman-
» sisse se Divinæ Majestatis reum, & hoc ma-
» ximè, quia quæsivit Confessarios adulato-
res; *Magistros prurientes auribus*: Hoc enim oritur ex secreta cordis corruptione, quod scilicet fomenta potiùs quàm medicamenta propriis cupiditatibus quærebat: & meritò talibus convenire potest, quod dicit Isaias: *Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores*.

Unde mirum non est, si taliter dispositi sentiant justitiam ultricem, dum se securos temerè putant: *Cùm dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient*. Videatur super hac materia Tomo 1. Tr. 1. cap. 1. quæst. 8. Et Tomo 4. Tract. 6. c. 10. quæst. 2.

poca habilità e deboli, i quali nõ esiggono mai dà loro penitenti la correzione de' peccati abituali, e la remozione delle occasioni prossime prima di assolvergli: non gli obligano alle restituzioni, se non ne casi rarissimi: non prescrivono, loro penitenze medicinali raccomandate dal Concilio di Trento, non si curano d' indagare le cause e le circostanze necessarie alla piena cognitione de peccati. In somma s'indrizzano ad essi i peccatori, perche nõ

Quæst.

solo non danno loro alcuna molestia, mà di piu gli ajutano colle dottrine storte a scusare i loro misfatti; con che li lasciano dolcemente riposare nel mortifero letargo delle loro iniquità. Sappiano però simili Confessori e penitenti, che il Confessore non è che giudice delegato del supremo giudice Giesu Cristo; e che conseguentemente egli non puo arbitrare nel Tribunale contro la mente del delegante, palesataci nelle sagre Scritture e nelle regole prescritte dalla Chiesa per la legitima amministrazione di questo Sacramento; imperoche, come dice San Gregorio il grande, Tunc vera est absolutio Præsidentis, cùm æterni arbitrium sequitur judicis. Altrimente quel povero peccatore, quando crederà havere havuta l'assolutoria in buona forma, s'accorgerà tardi all'ora della morte, momento formidabile del giudizio particolare, rimanere tuttavia reo di lesa divina Maestà, in pena d'haver cercato Confessori che dissimulano i vizii & adulano i peccatori, Magistros prurientes auribus, provenendo ciò dal fondo corrotto del suo cuore, il quale cercava fomenti, e non medicamenti, alle proprie cupidiggie, potendosi ad essi applicare quello raconta Isaia de Peccatori del suo tempo: Qui dicunt videntibus, così si chiamavano nella legge antica i Profeti interpreti della volontà di Dio, Nolite videre, & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt; loquimini nobis placentia, videte nobis errores. E però non douranno maravigliarsi, se quando si stimeranno sicuri, allora si sentiranno perseguitati dalla giustizia divina; Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient.

Quæst. II. Quinam sunt casus, in quibus iterari debet Confessio, quia non erat benè facta?

Resp. Illos indicavit Catechismus Concilii Tridentini, mentem ejusdem Concilii explicans his verbis: *Hæc igitur quæ diximus*, enumeranda sunt. Quæ verò pravitatem rei magnoperè non augent, sine crimine omitti possunt. (Catech. Conc. Trid. p. 2. De Pœnit. Sacram.)

Sed ad Confessionem adeo necessarium est, ut, quòd antea diximus, integra & absoluta sit: ut si quis deditâ operâ alia quidem ex iis quæ explicari debent, prætermittat, alia verò tantummodo confiteatur; non solùm ex ea Confessione is commodum nullum consequatur, sed etiam novo scelere se obstringat: neque ejusmodi

„ peccatorum enumeratio Confessionis no-„ mine, in quâ Sacramenti ratio insit, appel-„ landa est, quin potiùs Pœnitenti Confes-„ sionem repetere est necesse, seque ipsum „ illius peccati reum facere, quòd Sacramen-„ ti sanctitatem simulatione Confessionis „ violaverit.

„ At verò si aliâ de causâ Confessioni ali-„ quid defuisse videatur, quia Pœnitens non-„ nulla crimina oblitus fuerit, vel quia con-„ scientiæ suæ latebras non ita accuratè per-„ quisierit, cùm tamen illud in animo habe-„ ret, ut integrè peccata omnia confiteretur, „ nihil erit opus Confessionem iterare: satis „ autem habebit, si quando peccata quæ obli-„ tus erat, in memoriam reduxerit, ea Sacer-„ doti alio tempore confiteri.

„ In quo tamen animadvertendum est, ne „ fortè nimis dissolutè, & remissè conscien-„ tiam nostram scrutati simus: adeoque ne-„ gligenter peccata admissa memoriâ repete-„ re studuerimus, ut ea ne recordari quidem „ voluisse meritò videri possimus: id enim si „ factum fuerit, Confessionem iterare om-„ ninò oportebit.

Quæst. 12. Sunt-ne alii casus, in quibus iteranda sit Confessio?

S. Carol. in Instructione Confes. Deve fare quelle interrogationi delle Confessioni passate, che sono necessarie per conoscere se fosse incorso in alcun caso, per il

Resp. Plures alii sunt, & hac de causa S. Carolus vult, ut Confessarius interrogationes faciat de præcedentibus Confessionibus, quibus à pœnitentibus scire possit, an aliquis contigerit casus, qui eorum Confessiones reddiderit nullas, & proinde necessariò repetendas: *v. g.* si quis confessus fuerit ei qui non haberet absolvendi potestatem, aut non esset usus legitimâ absolutionis forma, aut à Presbytero tam ignoranti, qui nec intelligeret, nec sciret ea quæ necessaria sunt ad hoc Sacramentum administrandum. Si consilio, aut da-

ta opera peccatum aliquod mortale in Confessione celaverit, aut eam dimidiaverit, partem peccatorum uni, & partem alteri recitando. Si confessus fuerit sine ullo peccatorum suorum dolore, sine ulla emendationis intentione, aut non adhibito diligenti satis examine, ut peccatorum suorum recordaretur. Quantùm ad Casus summo Pontifici reservatos, aut dispensationes, seu condonationes in foro pœnitentiali, videatur Instructio in fine Tomi quinti apposita.

quale fossero state nulle, e però si dovessero reiterare: come sarebbe, se fosse confessato da chi non havesse potestà di assolverlo, ò da chi non havesse usata la forma legitima dell' assolutione, ò da Sacerdote tanto ignorante, che non intendesse ò sapesse le cose che sono necessarie per amministrare questo Sacramento: overo s'egli havesse scientemente tacciuto qualche peccato mortale, ò divisa la Confessione, dicendo a un Confessore una parte de suoi peccati, e a un altro l'altra: overo se si fosse confessato senza havere alcun dolore de suoi peccati, ó senza proposito di emendarsi: overo senza usare diligenza di sorte alcuna per ricordarsi de peccati. E perche per il piu si suole usare molta negligenza in far le Confessioni come si deve, massime nel tempo che la persona non vive in timor di Dio, & hà pochissima ò niuna cura dell'anima sua, di modo che piu presto si confessa per una certa usanza, che per cognitione ch'egli hà de suoi peccati, e desiderio di emendarsi: & in ogni caso per la grande utilità che è di confessarsi generalmente, massime nel principio che l'huomo si risolve di volersi da dovero emendare e convertire a Dio: esortino li Confessori, secondo la qualità delle persone a luogo e tempo, li penitenti a fare una buona confessione generale, accio che per mezzo di quella rappresentandosi inanzi a gli occhi tutta la vita passata, si convertano con maggior fervore a Dio, e sodisfacciano con questa a tutti gli difetti che fossero intervenuti nelle Confessioni passate.

Quæst. 13. Quomodo se gerere debet Confessarius, cùm deprehendit, aut noverit, Pœnitenti accidisse in Confessionibus præteritis aliquem Casum qui eas nullas reddiderit?

Resp. Debet eum inducere ad faciendam Confessionem generalem, quo unico medio reparare poterit Confessiones præcedentes; Et quare, ut prosequitur

„ peccatorum enumeratio Confessionis nomine, in quâ Sacramenti ratio insit, appellanda est, quin potiùs Pœnitenti Confessionem repetere est necesse, seque ipsum illius peccati reum facere, quòd Sacramenti sanctitatem simulatione Confessionis violaverit.

„ At verò si aliâ de causâ Confessioni aliquid defuisse videatur, quia Pœnitens nonnulla crimina oblitus fuerit, vel quia conscientiæ suæ latebras non ita accuratè perquisierit, cùm tamen illud in animo haberet, ut integrè peccata omnia confiteretur, nihil erit opus Confessionem iterare: satis autem habebit, si quando peccata quæ oblitus erat, in memoriam reduxerit, ea Sacerdoti alio tempore confiteri.

„ In quo tamen animadvertendum est, ne fortè nimis dissolutè, & remissè conscientiam nostram scrutati simus: adeoque negligenter peccata admissa memoriâ repetere studuerimus, ut ea ne recordari quidem voluisse meritò videri possimus: id enim si factum fuerit, Confessionem iterare omninò oportebit.

Quæst. 12. Sunt-ne alii casus, in quibus iteranda sit Confessio?

S. Carol. in Instructione Confes. Deve fare quelle interrogazioni delle Confessioni passate, che sono necessarie per conoscere se fosse incorso in alcun caso, per il

Resp. Plures alii sunt, & hac de causa S. Carolus vult, ut Confessarius interrogationes faciat de præcedentibus Confessionibus, quibus à pœnitentibus scire possit, an aliquis contigerit casus, qui eorum Confessiones reddiderit nullas, & proinde necessariò repetendas: v. g. si quis confessus fuerit ei qui non haberet absolvendi potestatem, aut non esset usus legitima absolutionis forma, aut à Presbytero tam ignoranti, qui nec intelligeret, nec sciret ea quæ necessaria sunt ad hoc Sacramentum administrandum. Si consilio, aut da-

ta

ta opera peccatum aliquod mortale in Confessione celaverit, aut eam dimidiaverit, partem peccatorum uni, & partem alteri recitando. Si confessus fuerit sine ullo peccatorum suorum dolore, sine ulla emendationis intentione, aut non adhibito diligenti satis examine, ut peccatorum suorum recordaretur. Quantùm ad Casus summo Pontifici reservatos, aut dispensationes, seu condonationes in foro pœnitentiali, videatur Instructio in fine Tomi quinti apposita.

quale fossero state nulle, e però si dovessero reiterare: come sarebbe, se fosse confessato da chi non havesse potestà di assolverlo, ò da chi non havesse usata la forma legitima dell'assolutione, ò da Sacerdote tanto ignorante, che non intendesse ò sapesse le cose che sono necessarie per amministrare questo Sacramento: overo s'egli havesse scientemente tacciuto qualche peccato mortale, ò divisa la Confessione, dicendo a un Confessore una parte de suoi peccati, e a un altro l'altra: overo se si fosse confessato senza havere alcun dolore de suoi peccati, ò senza proposito di emendarsi: overo senza usare diligenza di sorte alcuna per ricordarsi de peccati. E perche per il piu si suole usare molta negligenza in far le Confessioni come si deve, massime nel tempo che la persona non vive in timor di Dio, & hà pochissima ò niuna cura dell'anima sua, di modo che piu presto si confessa per una certa usanza, che per cognitione ch'egli hà de suoi peccati, e desiderio di emendarsi: & in ogni caso per la grande utilità che è di confessarsi generalmente, massime nel principio che l'huomo si risolve di volersi da dovero emendare e convertire a Dio: esortino li Confessori, secondo la qualità delle persone a luogo e tempo, li penitenti a fare una buona confessione generale, accio che per mezzo di quella rappresentandosi inanzi a gli occhi tutta la vita passata, si convertano con maggior fervore a Dio, e sodisfacciano con questa a tutti gli difetti che fossero intervenuti nelle Confessioni passate.

Quæst. 13. Quomodo se gerere debet Confessarius, cùm deprehendit, aut noverit, Pœnitenti accidisse in Confessionibus præteritis aliquem Casum qui eas nullas reddiderit?

Resp. Debet eum inducere ad faciendam Confessionem generalem, quo unico medio reparare poterit Confessiones præcedentes; Et quare, ut prosequitur

Sanctus Carolus loco citato, sæpè negligentissimi sunt homines in Confessionibus ut par est faciendis, præsertim ii qui sine ullo timore Dei vivunt, & exiguam sive propemodum nullam animæ suæ curam habent, adeò ut consuetudine quadam ducti confiteantur potiùs, quàm certâ cognitione peccatorum, & vero emendationis desiderio: ac tandem ob magnam utilitatem quæ ex generali Confessione nascitur, præsertim cùm veram emendationem vitæ præteritæ intendunt, seque ad Deum convertunt; Confessarii opportuno tempore & loco pœnitentes suos hortari debent, eorum spectatâ conditione, ut eam faciant, ut hoc modo præteritam vitæ rationem recogitando, ad Deum cùm majori fervore convertantur, ac sic defectus reparent præcedentium Confessionum. Hę sancti Caroli Instructiones de novo editæ sunt anno 1700. Romæ jussu Innocentii Papæ XII.

Synod. Spalatensis, ann. 1688. tit. 11.

Eodem Sancti Caroli spiritu animatus Archiepiscopus Spalatensis, sic loquitur in Synodo: *Illud verò vehementissimè cupimus, quod à viris harum rerum peritissimis observatum vidimus, ut semel saltem in vita quisquis, præcipuè mulieres, ac homines simplices & ignari, cum pietatis & intelligentiæ, majus lumen affulserit, Confessionem generalem totius anteactæ vitæ habeant, ut si quis in præteritis confessionibus defectus occurrerit, sive ex malitia, sive ex ignorantia crassa in examine, in dolore, in proposito emendationis, hac utilissima diligentia semel corrigatur. Ex qua anima se Deo reconciliatam (quantum humana certitudo consequi potest) cognoscens, pacem ac serenitatem conscientiæ, cœlestesque consolationes acquirat, quibus allecta*

& cor-

& corroborata, peccata imposterum magis horrere, detestarique, & bona opera sectari alacriori spiritu pergat. Quod monitum animarum saluti, plusquam exprimi potest, utile, tam pænitentium, quàm Confessariorum mentibus altissimè infigi vellemus.

Idem monitum ad Sacerdotes extendit doctissimus piissimusque Episcopus Veronensis Joannes Matthæus Gibertus, in Synodo: *Cum bonarum mentium sit*, inquit, *ibi timere culpam, etiam ubi culpa minimè reperiatur; salubriùs & rectiùs animabus suis consulent Sacerdotes, si tutiorem viam eligendo, matura delictorum suorum cum amaritudine recognitione præmissa, idcircò Sacerdoti per se electo, generalem unam Confessionem fecerint; sic enim eorum obsequium Altissimo famulando magis placebit, & eorum preces faciliùs exaudientur.* Synod. Veronens. ann. 1542. cap. 22.

Modum autem, quem Confessarius in ejusmodi Confessionibus observare debet, indicat S. Franciscus Xaverius his verbis: *Quem velle videris onus ex longo exaggeratum prægravatæ conscientiæ in tuis auribus deponere, eum fac adhorteris primùm, ut biduo triduove in id sumpto, se totum excutiat inde usque ab ultima pueritiæ recordatione, per omnes ætatum & occupationum gradus, relegens vestigia vitæ decursæ, & cuncta perperam acta dicta cogitata in summa contrahens, ac, si opus est ad memoriæ subsidium, scripto sublegens; sic paratum postquam audieris, plerumque juverit non continuò absolvere, sed agere cum illo, ut boni consulat, per duos tresve dies abducere à curis familiaribus animum, & idoneis ad dolorem peccatorum ex amore Dei offensi ciendum commentationibus, comparare se ad fructum uberiorem è sacramentali absolutione percipiendum. Eo triduo pænitentem exercebis aliquot meditationibus,* S. Franc. Xaver. Epist. lib. 4. ep. 4.

qua-

quarum illi capita edisseres, modum commendandi & orandi trades; suadebis etiam, ut pœna quapiam ultrò suscepta, putà jejunio aut flagellatione, seipsum ad veram detestationem criminum intimè concipiendam & per lachrymas etiam prodendam juvet. Præterea hoc spatio curabis, ut si quam injustè isti detinent alienam rem, dominis restituant: si famam cujuspiam læserunt, dictum revocent: si amoribus inconcessis implicati vixerant, flagitiosa cum quibusvis commercia abrumpant, occasionesque jam nunc amoveant culparum. Talia in posterum, quantumvis prolixè ac seriò pollicentibus, haud tuto creditur sine pignore: fac repræsentent in antecessum, quod se præstituros asseverant. Nullum est tempus aptius his officiis, quàm necessariis tam difficilibus; ubi ardor commoti animi refrixerit, & illecebræ familiares male-suada dulcedine dudùm assuetos in tantisper omissa retrahere flagitia cœperint, frustrà reposcas promissorum fidem. Ergo antequam illos salutari sententia culpis solutos omnibus dimittas, hæc ut prævertant, omninò exige. Aliàs, quæ humana fragilitas est, brevi relapsos in præcipitium, à cujus lubrica declivitate non satis eos longè submoveras, inutiliter dolebis.

Quæst. 14. Ille qui post Confessionem peccatorum suorum, parvam aut nullam in se emendationem agnoscit, debet-ne se securum credere in conscientia, quia de illis habuit absolutionem?

Resp. Sanctus Augustinus admonet peccatores his verbis: *Ne securus sis, cùm confessus fueris peccatum; tanquam semper præparatus ad confitendum & committendum.* (S. August. serm. in Psal. 37.) Et idem S. Doctor alibi dicit: *Quid prodest, ò pœnitentes, quia humiliamini, si non mutamini?* (S. August. lib. 50. hom. 49. c. 5.)

Parùm in judicio proderit dicere te putasse

tasse rectâ viâ ambulare, teque invenisse Confessarios, qui infirmitati obsecundantes, & cupiditati condescendentes, te securum in conscientia super illorum assertione esse posse dixerunt: Procurator hanc securitatem dedit; sed, ut ait S. Augustinus: *Ecce das tibi securitatem Procurator*, quid tibi prodest, si paterfamilias non acceptet? Procurator sum, servus sum; vis dicam tibi, vive quomodo vis, Dominus te non perdet. Securitatem tibi Procurator dedit, nihil valet securitas Procuratoris. Utinam tibi Dominus securitatem daret, & ego te solicitum facerem: Domini enim securitas valet, etiamsi nolim; mea verò nihil valet, si ille noluerit. Quæ est autem securitas, Fratres, vel mea vel vestra, nisi ut Domini jussa intentè diligenterque audiamus, & promissa fideliter expectemus? S. Aug. hom. 12. vel sermo 40. in edit. nova.

Cùm præsertim Christus Dominus sic nos admoneat in Euangelio: *Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.* Matth. 15.

Sacerdos, inquit Divus Thomas, *operatur in usu Clavium*, sicut instrumentum & minister Dei; nullum autem instrumentum habet efficacem actum, nisi secundùm quod movetur à principali agente: & ideo dicit Dionysius in fine Ecclesiasticæ Hierarchiæ, quòd Sacerdotibus utendum est virtutibus Hierarchicis, quomodo divinitas eos moverit. Unde si quis præter illum motum divinum, uti sua potestate præsumeret, non consequeretur effectum. D. Tho. in suppl. p. 3. q. 18. art. 4.

Et consequenter, ex Divo Thoma, quoties nullum aut parvum emendationis fructum in Pœnitente reperimus, magnum est fundamentum dubitandi, quòd invalidè acceperit absolutionem: quia, ut ait Apostolus, *Quæ secundùm Deum est tristitia*, Epist. 2. ad Cor. c. 7. 10.

Pæ-

Pœnitentiam in salutem stabilem operatur: Et ordinariè loquendo, non nisi per illam emendationem, quæ per longum tempus durat, potest cognosci vera contritio, & distingui ab illa quæ falsa est, & solùm apparens.

Synod. Spalatens. ann. 1688. tit.11.

Unde etiam in Synodo Spalatensi sic habetur: *At verò maxima diligentia adhibenda est cum duplici pœnitentium classe; nempe cum recidivis, & cum iis, qui res, aut famam restituere tenentur. Reputet secum diligentissimè Confessarius, ne, ut alios absolvat, seu veriùs magis illiget (neque enim absolutio malè collata, est absolutio) incidat ipse in laqueum diaboli, & dum cæcus cæcum ducit, ambo in infernum prolabantur.* Vide quoad restitutionem, Tom.7. Tr.8. cap.3. q.3.

Card. Denoff, in Instruct. Pastor.p.178.

I santi Padri nõ contéti di dire, che la penitenza senza emendazione è vana e frustratoria, del che i loro libri sono pieni hanno di più affermato, che simil penitenza réde i peccatori più imbrattati: Qui plãgit peccatum, dice S. Isidoro, & iterum ad-

Sed non solùm tales Confessiones sine emendatione inutiles sunt, sed etiam, ut optimè observat Cardinalis Denoff, *Præterquam quod sancti Patres* asserunt, Pœnitentiam sine emendatione, vanam esse & frustratoriam, ut videre est in illorum operibus, quæ tali doctrinâ quasi plena videntur; affirmant etiam, similem Pœnitentiam hominem sordidiorem reddere. *Qui plangit peccatum*, inquit S. Isidorus, *& iterum admittit peccatum, quasi si quis lavet laterem crudum; quia quanto magis laverit, tanto magis lutum facit.* Id omninò accidit illis qui post peccatum ad Confessionem veniunt, & post Confessionem ad peccatum redeunt, cumulantes hoc modo mensuram aliorum peccatorum, super additis sacrilegiis; & ita illorum conscientiæ semper sordidiores fiunt.

Ejusdem sententię est Sanctus Gregorius, asserens, quòd *Qui admissum plangit, nec tamen deserit, pœnæ graviori se subjicit; quia ipsam quam flendo potuit impetrare veniam* con-

contemnit, & quasi in lutosa aqua semetipsum volvit; quia dum fletibus suis vitæ munditiam subtrahit, ante Dei oculos sordidas ipsas etiam lachrymas facit.

Sed S. Augustinus mirabili planè modo miseriam illorum exponit, qui in Pœnitentiæ Tribunali aliquod externum conversionis signum dant, nec tamen mores emendant: *Pectora vestra tundere*, ait S. Doctor, *& hæc eadem facere, nihil aliud est, quàm peccata pavimentare.* Quia scilicet peccatores, dum ante Confessionem scrupulis, & conscientiæ remorsibus à peccatis provenientibus agitantur, videntur incedere velut super lapidibus, confuso planè modo, & absque ordine collocatis, qui lapides dum pedes offendunt, & vulnerant, aliquem dolorem, & sensum iisdem causant; sed post peccatorum Confessionem, & nescio quod externum doloris signum datum, de illis non ampliùs cogitant; quia scilicet, juxta S. Augustini mentem, de peccatis, seu lapidibus antea non ordinatis, planum pavimentum factum est, quod nullam ampliùs molestiam causat.

mittit peccatũ, quasi si quis lavet laterẽ crudum, quia quanto magis eluerit, tanto magis lutum facit. Il che aviene appũto a quei che dal peccare to vanno alla Confessione, e dalla Confessione ritornano di bel nuovo al peccato, cumulãdo in tal modo la misura d'altri loro peccati, con i sacrilegii; con che diventano le loro cofscienze sẽpre più fangose. Del medesimo sentimento è S. Gregorio, asserendo, che chi piange i peccati, e non gli abbandona, diventa più reo; perche essendo stato favorito da Dio sin del dono delle lagrime per fare la penitenza, e non essendosene prevalso per farla effettivamente, merita maggiore castigo: Qui admissum plangit, dice il Santo, nec tamen deserit, pœnæ gravioris culpæ se subjicit, quia & ipsam quam flendo potuit impetrare veniã contemnit. E S. Agostino mirabilmente spiega l'infelicità di quei che nel tribunale della penitenza danno qualche segno esterno del pentimẽto, senza emendare i costumi: Pectora vestra, dice egli Serm. 28. tundere, & hæc eadem facere nihil aliud est quàm peccata pavimentare. Imperciochè i peccatori provando prima della Confessione de scrupoli e de rimorsi di coscienza cagionati da i peccati, caminano come sopra delle pietre messe confusamente e senza ordine, le quali con offendere i piedi producono in essi sentimento; mà doppo essersene confessati e datone qualche segno esteriore di dolore, non vi pensano più, per haverne fatta, secondo il pensiere del Santo, una lastricata ben unita, che non dà più loro alcun fastidio.

Quæst.

Quæst. 15. Quonam tempore præceptum Ecclesiæ de Confessione debet impleri?

Resp. Illud Ecclesiæ præceptum quolibet anni tempore potest rectè observari, nec tempus in illo præscriptum est, ut in Communionis annuæ præcepto. Attamen quia Confessio Communionem præcedit, ideo ut plurimum eodem tempore duo illa præcepta adimplentur; sed quia sæpiùs contingit, quòd hi qui semel tantùm in anno confitentur, non sunt rectè dispositi ad absolutionem sacramentalem statim recipiendam, & ita ad Confessarium redire debent post aliquod tempus; aut quia nimia pœnitentium multitudo circa Pascha, unà cum aliis in Ecclesia functionibus, vix modum relinquit Confessariis, diligenter peccatorum conscientiam, variis adhibitis interrogationibus, perscrutandi, remediaque salutaria suo tempore prudenter applicandi: Ideo plures Synodi statuunt, ut moneantur fideles de Confessione faciendâ initio Quadragesimæ: id omninò observari decernit celebris Synodus Alexandrina, à piissimo Episcopo Petro Georgio Odescalco, fa: me: Innocentii XI. patruo, celebrata, his verbis: *Curati omnes in posterum primo & tertio die Dominico Quadragesimæ, sibi subditos admoneant, ut qui per annum confessi non sunt, ante diem Dominicum Palmarum omninò id præstent; quo tempore elapso, neminem admittant sine licentia in scriptis Episcopi in Civitate, & Vicariorum foraneorum in Diœcesi. Hoc autem Decretum, quo magis omnibus innotescat, curabitur, ut etiam per Concionatorem primo die Quadragesimæ promulgetur.*

Synod. Alexand. ann. 1605. Decr. 15.

Et Cardinalis Ptolomeus Comensis, in Synodo Sabinensi statuit, ut *Parochi hortentur & admoneant populum, ne in hebdoma-*

Synod. Sabinensis ann. 1590. de Pœnit.

doma-

domadam sanctam eorum Confessiones differant.

Quod idem monitum Parochis & per eos Populis insinuat Archiepiscopus Rossanensis, Lucius Sanseverinus, his verbis: *Qui semel tantùm solent in anni circulo confiteri, usque ad majorem hebdomadam Confessionem non differant peccatorum.* Synod. Rossanen. ann. 1594. de Pœnit. cap. 2.

Et in celebri Synodo Amerina statuitur, ut Parochi *in Quadragesima, quantùm cohortando monendoque efficere poterunt, suos adducere conentur, ne in ultimos hebdomadæ sanctæ dies Confessionem differant; sed præcipiant temporis aliquid, quo ad Divinam hostiam Eucharistiamque sumendam, animum religionis ac pietatis exercitationibus incitatum compositumque afferant.* Syn. Amer. ann. 1595. cap. 129.

In Synodo quoque Soranâ sic statuitur: *Hortamur omnes, ne differant peccata sua confiteri in hebdomada sancta, quo tempore Sacerdotes functionibus sacris valdè occupati sunt, & ideo Parochi, per seipsos & per concionatores, debent in prima Dominica Quadragesimæ populum monere, ut in Dominica palmarum quilibet sit confessus peccata sua, & non confessis eo die non dabuntur palmæ benedictæ.* Quod utinam ubique observaretur. Syn. Soran. ann. 1612. tit. 5. Decr. 8.

Cardinalis Tiberius Mutus in Synodo Viterbiensi statuit his verbis: *Parochorum partes erunt, populum sibi commissum monere & inducere, ut quam singulis annis, ex præcepto Ecclesiæ, facere tenentur sacramentalem Confessionem, non in majorem protrahant hebdomadam; sed in Quadragesimæ initio id potius peragat, ne temporum angustiis oppressus, in re tanti momenti ex aliqua parte deficiat.* Synod. Viterbien. ann. 1614. cap. 14.

Et Archiepiscopus Amalphitanus, Angelus Picus, statuit, ut Parochi *moneant populum, ut in hebdomadam sanctam peccata* Synod. Amalph. ann. 1640. de Pœnit. num. 13.

con-

confiteri nullo modo differant; cum enim sacris aliis plurimis ministeriis eo tempore Parochi & Confessarii sint occupati, præcipiti festinatione, cum magno animarum periculo, munus hoc obire coguntur.

Caput VII.

De Satisfactione.

Quæst. 1. Quid est Satisfactio Sacramentalis?

Resp. Ut colligitur ex Catech. Concilii Trid. de Sacramento Pœnitentiæ his verbis: Num. 88. *Illa tantùm Satisfactio Sacramenti pars censenda est, quam diximus ex præcepto Sacerdotis Deo pro peccatis dependi, hoc adjuncto, ut statutum cum animo, & deliberatum habeamus, peccata in posterum omni studio vitare.*

lib. 1. cur Deus homo cap. 11. „ Quocirca ait S. Anselmus: *Hoc quoque attendendum est*, quòd cùm aliquis quod injustè abstulit, solvit, hoc debet dare, quod ab illo non posset exigi, si alienum non rapuisset. Sic ergo debet omnis qui peccat, honorem quem rapit Deo solvere. Et hæc est satisfactio, quam omnis peccator debet Deo facere.

„ Quoniam autem debitus honor Deo reddi non potest, nisi quis peccata omninò vitare instituat, S. Augustinus relatus in Canone, ait: *Satisfactio Pœnitentiæ, est peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere.* Can. Satisfactio, de Pœnit. dist. 3.

Quæst. 2. Quænam sunt opera, quibus satisfacere Deo possumus pro peccatis, quæque Confessor in pœnitentiam peccatorum imponere debet?

Resp.

Resp. Ea ad tria præcipua reducuntur, ut in Concilio Florentino tradidit Eugenius Papa in Decreto unionis his verbis: *Tertia pars Pœnitentiæ est Satisfactio pro peccatis secundùm arbitrium Sacerdotis: quæ quidem præcipuè fit per orationem, jejunium, & eleemosynam.*

Cujus rationem affert Divus Thomas, dum ait: *Dicendum, quod* Satisfactio debet « esse talis, per quam aliquid nobis subtraha- « mus ad honorem Dei. Nos autem non ha- « bemus nisi tria bona; scilicet bona animæ, « bona corporis, & fortunæ, scilicet exte- « riora; ex bonis quidem fortunæ subtrahi- « mus aliquid nobis per eleemosynam, sed « ex bonis corporalibus per jejunium; ex bo- « nis autem animæ non oportet quòd aliquid « subtrahamus à nobis quantùm ad diminu- « tionem ipsorum, quia per ea efficimur « Deo accepti; sed per hoc quòd ea submit- « timus Deo totaliter, & hoc fit per oratio- « nem. «

S.Th. in 4. sent. dist. 15. q. 1. a. 4. quæst. 3. in corp.

Competit etiam iste numerus ex parte « illa, quia satisfactio peccatorum causas ex- « cidit; quia radices peccatorum tres ponun- « tur, 1. Joan. 2. *Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Et con- « tra concupiscentiam carnis ordinatur jeju- « nium: contra concupiscentiam oculorum, « eleemosyna; contra superbiam vitæ, ora- « tio, ut Augustinus dicit super Matth. Com- « petit etiam quantùm ad hoc quòd satisfa- « ctionis est, peccatorum suggestionibus adi- « tum non indulgere, quia omne peccatum « vel in Deum committitur: & contra hoc « ordinatur oratio, vel in proximum, & con- « tra hoc eleemosyna; vel in nosipsos, & « contra hoc ordinatur jejunium. «

Quæst. 3. Satisfactio est-ne necessaria ad validitatem Sacramenti Pœnitentiæ?

Resp.

Resp. Docet Concilium Tridentinum, intentionem satisfaciendi Deo pro peccatis, quantum per ejus gratiam possumus, omninò necessariam esse, ut eorum veniam consequamur, quoniam contritio hoc desiderium includit, ut supra ostendimus.

Certum est quoque, actualem Pœnitentiam, quæ aliquam proportionem habeat cum enormitate peccatorum commissorum, necessariam esse ad eorum consequendam veniam, tum quoad culpam, tum quoad pœnam iis debitam.

Quocirca idem Concilium Tridentinum sic habet: *Contritio, Confessio, & Satisfactio, quatenùs in Pænitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Pænitentiæ partes dicuntur.*

Concil. Trid. sess. 14. c. 5.

Idemque Concilium Tridentinum, sess. 14. cap. 2. ait: *Ad quam tamen novitatem & integritatem per Sacramentum Pænitentiæ sine magnis nostris fletibus, & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus, ut meritò Pænitentia laboriosus quidam Baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit.*

Nihilominùs actualis satisfactio, absolutè loquendo, non est necessaria ad valorem Sacramenti. Ut enim habet idem Concilium Tridentinum: *Dicendum est, Christiani hominis Pænitentiam post lapsum continere satisfactionem per jejunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia; non quidem pro pæna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto unà cum culpa remittitur; sed pro pæna temporali.*

Concil. Trid. sess. 6. cap. 14.

Quæst. 4. Prodest-ne plurimùm Pœnitentibus, adire Confessores, qui illis injungant

Pœnitentias gravitati peccatorum convenientes?

Resp. Omne studium, omnemque operam adhibere deberent Pœnitentes, ut hujusmodi Confessores invenirent; cùm enim Confessarii medici agant partes, ii quærendi sunt, qui eorum morbis congruis remediis mederi efficaciter possint. Maximè, quia, ut asserit Concilium Tridentinum: " *Procul dubio enim magnopere à peccato revocant & quasi fræno quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresque & vigilantiores in futurum Pœnitentes efficiunt; medentur quoque peccatorum reliquiis, & vitiosos habitus, malè vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. Accedit ad hæc quòd dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimam quoque inde arrham habentes, quòd si compatimur, & conglorificabimur.* " Sess. 14. cap. 8.

Quin etiam magnus sanctus Ambrosius excellenter observat, nimiam erga peccatores indulgentiam, eos pejores efficere, & in majores ignominiæ passiones procliviores. *Merito*, inquit, " *quia vulnus grande* & vetus est diù serpens, perfectioris medicinę remedia deposcit, obsecrat, ut Domini legitimâ miseratione curetur: Citò enim refricatur vulnus, quod sanatum medicinæ lege non fuerit; imò etiam seriorem curatio sentit profectum; ideoque si virus in interiora proserpit; medicamenta foris apposita non sentit. Exigit ergo medicinæ ratio ut aut sectione aut adustione curetur, nisi enim putrefacta recidantur, aut humor inutilis decoquatur, frustrà medicinæ manus adhibentur ad vulnera: ideoque bonus Medicus hujusmodi ægrum legitimè dicit " S. Ambr. in Psal. 118.

„ esse curandum, ut possit medicina proficere. Lege ergo miseretur, qui cum justitia sapientiaque miseretur, ut ea dimittat, quæ scit jure posse dimitti: ne cùm alterius miseretur, seipsum legi faciat obnoxium. Consideremus etiam, ne & ipsum deteriorem faciamus, cujus miseremur injustè; plerumque enim non coercere delinquentes majoris austeritatis est, quàm si ulciscaris. Traduntur enim in passiones ignominiæ, qui cùm aliquid inhonestum commiserint, nullum culpæ pretium ferunt.

Sed & sanctus Carolus, dignus Ambrosii successor, post Concilium Tridentinum agnovit, nimiam Confessariorum indulgentiam, Deo & Ecclesiæ spiritui planè contrariam, multorum Christianorum damnationis causam extitisse, quoniam Ecclesia sanctorum Patrum vestigiis inhærens, Pœnitentiam semper laboriosum Baptismum vocavit.

S.Carol. in orat. habit.in Concil. Prov.6.

„ *Longè absint à nobis*, inquit Sanctus Carolus, *voces istorum qui* consuunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas. *Næ isti his adulationum vocibus, vocumque blanditiis, cùm nos fallere student, tum istis etiam illecebris populos nostros decipiunt: dicunt enim bonum malum, & malum bonum.*

O popule meus! quis poterit omnia mala, quæ te undique premunt, enumerando percensere? Audent tamen isti à salutis via te adulationibus longiùs abducere. Popule meus! qui te in tanta malorum colluvie beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.

Serm. de S.Andrea, inter opera S.Bern. nu. 5.

Nec tibi blandiaris, inquit Sanctus Bernardus, aut illius discipulus, *si graviter peccanti levior pænitentia, vel à nesciente,*

vel

vel à dissimulante dictatur; cum in purgatoriis ignibus perficiendum sit, quidquid hic minus feceris, quia dignos pœnitentiæ fructus quærit Altissimus. Licèt autem non evaserit manus Omnipotentis, qui tibi non plenè consuluit, tibi tamen ratio magistra præsidet, quæ te doceat tantùm à licitis abstinere, quantùm te memineris illicita perpetrasse.

Quæst. 5. Cùm teneantur Confessores curare salutem suorum Pœnitentium, tenentur-ne indispensabiliter, ipsis convenientes satisfactiones injungere?

Resp. Concilium Tridentinum id infert ex his quæ diximus, his verbis: *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantùm* spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & Pœnitentium facultate, salutares & convenientes satisfactiones injungere: ne si fortè peccatis conniveant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio quam imponunt, non sit tantùm ad novæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem. Cõc. Trid. sess. 14. c. 8.

Hæc Sacri Concilii verba attentiùs perpendens piissimus & eruditissimus Cardinalis de Aguirre: *Rogo ego*, inquit, *Sacerdos nimium indignus, & olim ac diu, forsan minus cautè versatus in excipiendis Confessionibus multorum, & remissus satisfactionibus imponendis: rogo, inquam, per viscera misericordiæ Iesu Christi, quosvis alios Confessarios, reflectamus omnes ad prædicta verba Concilii Tridentini, imò Spiritus Sancti in ea dogmatica Sessione loquentis. Consideremus identidem illorum gravitatem; & si* Card. de Aguirre, Differt. 8. in Concil. Tolet. 3. n. 195.

fortè in ea parte deliquimus, ac peccatorum alienorum participes facti fuimus ob imbecillitatem aut desidiam nostram; faciamus dignos pœnitentiæ fructus, studeamusque de cætero, ut & alii pariter illos faciant. Alioqui & ipsi pseudo pœnitentes, ob desidiam nostram relabentur, diceturque de nobis, multò potiori jure quàm de Sacerdotibus quibusdam Hispaniæ in Canone 12. Concilii Toletani tertii: Sæpiùs laicis tribuendo desidiosè pęnitentiam, ad lamentanda rursùs facinora post acceptam pęnitentiam relabuntur.

Sanctus quoque Cyprianus agnovit, nimiam absolvendi peccatores facilitatem, non impositis pro gravitate peccatorum congruis pęnitentiis, persecutionem esse, quæ fidelibus plusquam crudelitas tyrannorum nocuit. *Emersit enim*, inquit, *fratres dilectissimi, novum genus cladis*, & quasi parũ persecutionis procella sævierit, accessit ad cumulum, sub misericordiæ titulo, malum fallens & blanda pernicies. Contra Euangelii vigorem, contra Domini ac Dei legem temeritate quorumdam laxatur incautis communicatio, irrita & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipiẽtibus profutura.

S. Cyprianus Ser. 5. de lapsis.

Non quærunt sanitatis patientiam, nec veram de satisfactione medicinam; Pœnitentia de peccatoribus exclusa est, gravissimi, extremique delicti memoria sublata est; operiuntur morientium vulnera, & plaga lethalis altis & profundis visceribus infixa, dissimulato dolore contegitur.

Hoc sunt ejusmodi lapsis, quod grando frugibus, quod turbidum sydus arboribus, quod armentis pestilẽs vastitas, quod navigiis sæva tempestas. Solatium æternæ spei adimũt, arbores à radice subvertunt, sermone morbido ad lethale cõtagiũ serpũt; navẽ ad scopulos, ne in portũ perveniat, illidunt.

Quæst.

Quæst. 6. Cùm ita necessarium sit ad salutem Confessorum & Pęnitentium, ut hujusmodi Pęnitentiæ imponantur, quare vix occurrunt, qui convenientes, & salutares Pęnitentias injungant?

Resp. Hoc provenit ex parte Pęnitentium, & ex parte Confessorum: ex parte quidem pęnitentium; nam si accersentes medicum, qui medeatur corporalibus eorum infirmitatibus, parati sunt ad omnia præstanda quæ medicus jubet, modò id conferat ad sanitatem: aliter tamen se gerunt erga Confessarium: Medicus præcipere potest vivendi rationem, & jejunium per quadraginta & quinquaginta dies & ampliùs jubere potest; ut ægroti se in cubiculo contineant, neminem videant, venæ sectiones, incisiones, & amaras præcipere potest medicinas, focique globulos & similia: si autem æger aliquando conqueratur de nimia vi aut violentia remediorum, sufficit quòd dicatur illi, non alio modo posse curari morbum, aut vitam produci: tunc lubens obtemperat medico.

Verùm si Confessarius Pęnitenti dicat, inveteratum esse morbum, eumque non nisi longa Pęnitentiâ curari posse, jejunandum esse, ab hominum societate recedendum, orationi vacandum, Pęnitentiam esse Baptismum laboriosum; occidendum eum potiùs, quàm curandum, si remediis uti nolit ejus morbo convenientibus secundùm Ecclesiæ leges: Pęnitentes ut plurimùm respondere solent eo modo, quo quondam populus Israel respondit Isaiæ Prophetæ: *Nolite aspiscere nobis ea quæ recta sunt, loquimini nobis placentia.* Isaię c. 30.

Card. de Aguirre, Dissert. 8. in Canones Conc. Toletani 3. n. 135.

Eruditissimus nostri ævi Cardinalis Joseph Saens de Aguirre apposite notat, quòd *ingentem dilationem veniæ, reconciliationis, & communionis, aut per annos plures, aut usque ad finem vitæ, in tam assiduo jejunio, austeritate, fletu & planctu, tolerabant olim patienter Christiani in aliquod gravius crimen lapsi, ut tandem Deo graviter offenso satisfacerent, & salutem animæ obtinerent.*

Nostro autem ævo (ò tempora, ò mores) multi non modò in aliquod grave crimen, sed in varia aut plurima lapsi, vix jejunio aliquo, austeritate, fletu, aut planctu præmisso, accedentes ad confitendum, statim absolvi volunt, & mitti ad Communionem. Quod si Sacerdos pius, & doctus, & versatus in disciplina Ecclesiastica ac Sacris Canonibus, illos hortetur ad jejunandum, plangendum, & orandum: non dico integris annis, non mensibus, sed aliquot hebdomadis, aut saltem diebus, antequam absolvantur, ut veram de peccatis contritionem & totius cordis conversionem impetrent, qua Deum gravissime offensum sibi concilient, seque ad veniam disponant: videbis illos impatienter omninò id ferre, & vociferari adversus Sacerdotes hujusmodi, eosque incusare veluti crudeles & carnifices conscientiarum.

Hoc novo injustissimæ accusationis & criminationis scelere jam longè nequiores effecti, adeunt quempiam alium Sacerdotem ignarum remissum, palponem, aut nullius zeli circa disciplinam ecclesiasticam; & absque ulla contritione de novo scelere commisso, ac de aliis præcedentibus, levi satisfactione imposita, statim assequuntur, aut extorquent ab eo præproperã absolutionem, & intempestivam Communionẽ: utramq; ingenti dantis & recipientis damno.

Confessariorum quoque culpâ id accidit, qui seipsos potiùs, quàm Pœnitentium salu-

tem

tem quærentes, iis potiùs placere, quàm mederi volunt. Quod quidem egregiè exponit D. August. de prædicatoribus differens, quibus id ipsum exempli loco proponit, quod Divo quondam Paulo contigit his verbis: *Testimonium perhibet Apostolus,* " quòd sicut Angelum Dei susceperint eum, " & quòd, si fieri posset, oculos suos vellent " eruere, & illi dare; & tamen accedit ad " ovem languidam, ad ovem *putridam, secare vulnus, non parcere putredini*; ergo, *inquit,* inimicus factus sum vobis verum prædicans? *Ecce & accepit de lacte ovium, sicut paulo* ante memoravimus, & indumentum ex lanis ovium, sed tamen oves non neglexit: non enim sua quærebat, sed quæ Jesu-Christi. Absit ergo, ut dicamus vobis: vivite ut vultis, securi estote, Deus neminem perdet: tantummodò fidem Christianam tenete; non perdet ille quod redemit, non perdet pro quibus sanguinem suum fudit: & si spectaculis volueritis oblectare animos vestros, ite, quid mali est? & festa ista quæ celebrantur per universas civitates, in lætitia convivantium, & publicis mensis seipsos, ut putant, jucundantium, reverà magis perdentium; ite, celebrate; magna est Dei misericordia, quæ totum ignoscat. Hæc si dixerimus, fortè congregabimus turbas ampliores, & si sint quidam qui nos sentiant hoc dicentes non recta sapere, paucos offendimus, sed multitudinem conciliamus. Quòd si fuerimus non verba Dei, non verba Christi dicentes, sed nostra, erimus Pastores nosmetipsos pascentes, non oves. "

S. Aug. lib. de Pastoribus, tomo 9.

Ille fons est, & origo indulgentiæ Confessariorum, hinc fit, ut pœnitentibus congruas non imponant Pœnitentias, seipsos quærunt, sibi consulunt, & pœnitentium saluti minimè student, de qua tamen ali-

quandò Deo reddent rationem. Perniciosa Confessariorum indulgentia sæpissimè provenit ex eo, quòd Confessores Tribunalia & Ecclesias frequentari desiderant, ideoque non audent veritates non placentes, licèt necessarias, pęnitentibus dicere, & viam arctam, quæ sola ad salutem ducit divitibus indicare, ne fastiditi alios adeant Confessores. *Omnia subversa sunt*, ait sanctus Chrysostomus, Homil. 26. ad populum Antiochenum, *omnia confusa, quòd velut in Theatris multitudinem quærimus, non verò probatam multitudinem*. Medicus qui non multùm solicitus est de sanitate ægrotantis, ei grata præscribit remedia, ut ejus voluntati placeat, cavetque sibi à majoribus incisionibus faciendis, ne ei displiceat: verùm Pater qui inservit Filio ægroto, eum etiam invitum eas sumere cogit medicinas, quas necessarias esse putat ad ejus salutem recuperandam, nec ægri voluntati placere studet, nisi in quantum sanitati recuperandæ confert, quam solam intendit: *Non respicit ad voluntatem, sed ad sanitatem*. Ita prudens zeloque fervens Confessarius, & Pęnitenti suo cum omni indulgentia, & mansuetudine applicat remedia, ut magis ægro prodesse valeant: sed postmodum vulnus ad putrescentem usque materiam aperit, nec displicere timet, quando putat, id pęnitentis saluti conferre posse: Pęnitentiam peccati magnitudini convenientem impendit, malè parta cogit restituere, vitamque agere Christianam, & à mundi illecebris & cupiditatibus alienam.

Quæst. 7. Si Confessarius non imponat satisfactionem convenientem, tenetur-ne pęnitens illam augere, ut satisfaciat divinæ justitiæ?

Resp.

Resp. Certum est, quòd cùm peccata mortalia magna satisfactionis opera exigant, indulgentia aut ignorantia Confessorum non potest penitentem ab iis dispensare; oportet, ut tunc studium, in se vindicandi injuriam Deo factam, eum excitet ad Penitentiam criminum suorum magnitudini convenientem sibi imponendam. Hæc perniciosa Confessariorum indulgentia eum non impedire debet, quominùs æqualitatem, justamque proportionem servet, quæ inter peccata, & satisfactionem esse debet, & ita dignos fructus Penitentiæ facere.

Quoniam, ut ait S. Augustinus: *Non sufficit mores* in melius commutare, & à factis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt, satisfaciat Deo per Penitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis Sacrificium, cooperantibus eleemosynis. "S. Aug. hom.ultima, lib. 50.

Pro capitalibus verò criminibus, inquit S. Cæsarius, *addendæ sunt lacrymæ, & rugitus, & gemitus, continuata, & longo tempore procrastinata jejunia; largiores eleemosynæ, etiam plusquam nos ipsi valere possimus, erogandæ.* S. Cæsarius hom. 6.

Renunciandum est sæculo, ait S. Ambrosius, *somno ipsi minùs indulgendum, quàm natura postulat, interpellandus est gemitibus, interrumpendus est suspiriis, sequestrandus orationibus, vivendum ita, ut vitali huic moriamur usui, seipsum sibi homo abneget, & totus mutetur.* S.Ambros. lib. 2. de Pœnit. c. 10.

Grandi plagæ alta & prolixa opus est medicina, ait idem Sanctus: *grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem.* S.Ambros. in Epist.ad Virg. lapsam, c.8.

Quare, ut ait S. Basilius; *Itaque attende tibi ipsi*, ut proportione, hinc quoque "

„ mutueris, ex admota tibi medela valetudi„ nis instaurandæ subsidium. Magnum est & „ grave peccatum, multâ opus habes confes„ sione, lacrymis amarulentis, peracri con„ tentione vigiliarum, indivulso & continea„ ti jejunio.

Hugo, à S. Victore, lib. 2. de Sacram. p. 14. c. 21.

Si in correctione minor est afflictio, quàm in culpa fuit delectatio, non est dignus Pœnitentiæ fructus; ait Hugo à sancto Victore.

Lib. 2. de vita contemplativa, c. 7.

Quod si ipsi judices fiant, ait S. Prosper, *& veluti suæ iniquitatis ultores, hìc in se voluntariam pœnam severissimæ animadversionis exerceant: temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia, & lacrymis ex vera cordis compunctione fluentibus restinguent æterni ignis incendia.*

Theodoretus, in Epist. divinor. Decretorum, cap. de Pœnit.

„ Et sicut expressè dicit Theodoretus: „ *Sunt ergo medicabilia*, etiam quæ post Ba„ ptismum fiunt vulnera; medicabilia autem, „ non ut olim, sed per multas lacrymas, & „ fletus, & luctus, & jejunium, & oratio„ nem, & laborem facti peccati quantitati „ respondentem.

S. Petrus Damia. Ser. 58. sive 2. de S. Andrea.

„ *Nec tibi blandiaris*, ait Petrus Damia„ ni, *si graviter peccanti levior* Pęnitentia, „ vel à nesciente, vel à dissimulante dicta„ tur, cùm in purgatoriis ignibus perficien„ dum sit, quidquid hìc minùs feceris; quia „ dignos Pęnitentiæ fructus quærit Altissi„ mus. Licèt autem non evaserit manus „ Dei viventis, qui tibi plenè non consuluit; „ tibi tamen ratio magistra præsidet, quæ „ te doceat tantùm à licitis abstinere, „ quantùm te memineris illicita perpetras„ se.

Quæst. 8. Quomodo Confessarius se gerere debet in praxi, ut convenientes satisfactiones pęnitentibus injungat?

Resp.

Resp. Sequi debet; quod sanctè præscribit Divus Carolus, dum ait: Confessarium esse debere in imponenda Pœnitentia prudentem, ita ut non tam levis sit, ut Ecclesiæ Claves contemptui exponat, & seipsum Pœnitentium suorum criminum participem efficiat; nec tam gravem & longam debet imponere, ut pœnitentes vel eam non possint acceptare, vel acceptatam planè perfectèque complere.

Quamobrem Confessarius scire debet Canones pœnitentiales, quia licèt possit, & debeat eos prudentiâ suâ moderari, spectatâ pœnitentis contritione, ac personæ ipsius habitâ ratione, aliarumque circunstantiarum; quos tamen Canones, quantum poterit, & expediens esse judicaverit observare conabitur. Et quamquam suis pœnitentibus opera satisfactionis ab antiquis canonibus præscripta non imponat, eorum tamen rigorem ipsis exhibere debet, ut ad majorem contritionem excitet, & ita faciliùs impellat ad faciendam Pœnitentiam faciliorem, & minus molestam, quam ipsis velit imponere, erga eos eâ utendo clementiâ, quam nunc exercet erga Filios suos Ecclesia, moderando ac temperando antiquæ Ecclesiæ disciplinæ rigorem.

Confessarii, ut habet idem Sanctus, satisfactionem peccatis commissis convenientem quantum possint imponant, v. g. pro peccato carnis imponendo jejunia, vigilias, peregrinationes, cilicia, & similia exercitia, quæ carnem macerare & domare possint: Pro peccatis avaritiæ, præter restitutiones necessarias, imponet eleemosynas singulorum facultatibus, & commodis convenientes.

Actorum, p. 4. de Instructione Confess.

Nell'ingiongere la satisfattione, e penitenza, deve il Confessore essere circõspetto, accio non le imponga tanto leggiere, che la potestà delle chiavi ne venga in disprezzo, e che esso non partecipi de peccati d'altri: ne meno tanto: gravi ò longhe, che li penitenti ricusino d'esseguirle, ò accettãdole non l'esseguiscano poi intieramẽte. Pertanto deve il Confessore sapere li Canoni penitenziali: percio che quantunque si possino e debbano moderare ad arbitrio di

Pro ſuperbia, & aliis animi peccatis, juvabit loco Pœnitentiæ orationem imponere, quâ mens coram Deo proſtrata vires acquirit, ut ſimilibus peccatis reſiſtat.

Iis verò qui negligentiores fuerint in addiſcendis Chriſtianæ Religionis Myſteriis, præcipiet, ut prædicationes audiant, & aliquanto tempore Chriſtianæ adſint Doctrinæ, ſeu Catechiſmo.

Minus autem devotis tepidiſque, & ſalutis ſuæ negligentioribus, Eccleſias frequentare jubebit, divinis intereſſe officiis, & ſæpiùs orare.

Blaſphemis gravem imponet Pœnitentiam, juxta criminis magnitudinem, ſecundùm ſacrorum Canonum diſpoſitionem, juxta Pontificum, Concilii Lateranenſis, & Provincialium Conciliorum Decreta.

Quocirca Confeſſario ſumma opus eſt prudentia, habitâ ratione qualitatis, & conditionis perſonæ: quare non imponet eleemoſynas pauperibus, nec jejunia iis qui opera manuum ſuarum vivunt: eandemque adhibebit cautionem in cæteris Pœnnitentiæ operibus præſcribendis.

Cavebit quoque ſibi ab abſolvendis peccatoribus publicis, aut ſcandaloſis, aliter quàm ipſis publicas imponendo Pœnitentias, juxta magnitudinem criminum eorum, ut ſe corrigendo, publicum quoque reparent ſcandalum, cui occaſionem dederunt, juxta Decreta Sacro-ſancti Concilii Tridentini, & ea quæ à nobis ſtatuta ſunt in primo & tertio Concilio Provinciali noſtro: neque præſumet ſatisfactionis, & Pœnitentiæ opera publica, in alia ſecreta, & particularia commutare, ſine expreſſa licentia à nobis conceſſa.

prudente e diſcreto Confeſſore, ſecondo la contritione del penitente, ò la qualità e diverſità delle perſone, & altre circonſtanze: nõdimeno è bene ſempre guardare li ſodetti Canoni, & a quelli come a regole conformarſi, quãto ſi giudicarà ſpediente, e quantunque il Cõfeſſore nõ imporrà la penitenza del Canone antico, doverà nõdimeno ſpeſſo manifeſtarlo al penitẽte, per indurlo a maggior contrizione, & a eſſeguire tanto piu prontamẽte la minore penitenza che li farà ſtata ingionta, cavando utilità

Scire

dalla benignità che hoggi usa seco la santa-Chiesa, in mitigar il rigore dell'antica disciplina Ecclesiastica. Procuri che le satisfattioni corrispondano a peccati commessi, come imponendo per li peccati carnali digiuni, vigilie, peregrinazioni, cilicii, & altri simili cose che possono macerare e mortificare la carne. Per il peccato dell'avaritia, oltre le debite restituzioni, imponga elemosina conforme alla facoltà di ciascuno. Alla superbia & altri peccati spirituali, conviene l'oratione, con la quale humiliandosi innanzi a Dio, s'acquistano forze e vigore di resistere a simili peccati. Alla negligenza d'imparare le cose Cristiane, gl' imponga d'ascoltare le prediche, & andare almeno per certo tempo alle scuole della dottrina Cristiana. A gl' indevoti e tepidi nelle cose della salute, gli imporrà il visitare e frequentare le Chiese, divini officii, e frequentare l'oratione. Alli bestemiatori particolarmente imponga grave penitenza, secondo la qualità della colpa, conformandosi alla dispositione de sacri Canoni, Decreti de Pontefici, Concilio Lateranense, & ordinatione de nostri Concilii Provinciali. Deve però il Confessore usar di prudenza, havendo riguardo alla qualità delle persone, non imponendo elemosina a poveri, ne ordinariamente a quelli che con le proprie fatighe si guadagnano il vivere, digiuni: & havendo il medesimo riguardo nelle altre penitenze. Avertisca di non assolvere publici ò scandalosi peccatori, senza ingionger loro publica satisfattione e penitenza proportionata al suo errore: accio che con la correttione loro sodisfaccino al scandalo dato, in conformità del Concilio di Trento, e di quello che è ordinato sopra di questo nel primo e terzo nostro Concilio Provinciale: Ne commuti le satisfattioni ò penitenze publiche in altre secrete, senza havere da noi espressa facoltà.

Scire quoque debent Confessarii, ut convenientem imponant Pęnitentiam, satisfactionem secundùm Divum Thomam, sanctum Antoninum, & communiter Doctores, esse actum justitiæ: *Satisfactio*, inquit Sanctus Antoninus, *est actus justitiæ: & ideo æqualitas quædam requiritur inter offensam & opus satisfactorium, quia justitia consistit in quadam æqualitate.* S. Th. suppl. q. 15. ar. 1. in corp. S. Ant. 3. p. tit. 14. c. 20.

Sic v. g. qui omisit jejunare tres aut quatuor dies tempore quadragesimæ, deberet ad satisfaciendum Deo, tantumdem temporis post quadragesimam jejunare. Qui carnem comedit tempore vetito, tantum-

dem temporis deberet ab ea abstinere, cùm licitum est carnem manducare; qui inebriatus est, aut peccavit contra temperantiam, abstinere à vino, aut jejunare tantumdem temporis.

Octavum Concilium Toletanum præceperat Pęnitentiam multò longiorem in
Concil. Tolet. an. 653. Can. 9. „ similibus casibus; ait enim: *Quisquis sine* „ *inevitabili* necessitate, atque fragilitate & „ evidenti languore, seu etiam impossibili„ tate ætatis, diebus quadragesimæ, esum „ carnium præsumpserit attentare, non so„ lùm reus erit resurrectionis Dominicæ, „ verùm etiam alienus ab ejus diei sancta „ Communione; & hoc illi cumuletur ad „ pęnam, ut ipsius anni tempore ab omni „ usu carnium abstineat gulam, quia sa„ cris diebus abstinentiæ oblitus est discipli„ nam.

Qui peccavit ex superbia, debet se exercere in operibus humiliantibus, quæ parem, proportione servatâ, confusionem causent; & ita de reliquis peccatis, juxta id quod dicitur Apocalypsis 18. *Quantùm glorificavit se, & in deliciis fuit: tantùm date illi tormentum & luctum.*

Quæst. 9. Confessores possunt-ne abstinere ab imponendis satisfactionibus convenientibus tempore Jubilæi? Videtur enim indulgentias fore inutiles, si peccatores semper tenerentur exequi satisfactiones peccatis convenientes & proportionatas?

Resp. In nullo legimus Concilio, in nullo Ecclesiæ Patre, quòd Jubilæum, aut quæcumque alia indulgentia eximat Confessores ab onere injungendi Pęnitentias salutares, ac qualitati criminis, & facultati Pęnitentium convenientes.

Unde

Unde semper ejusmodi satisfactiones imponi debent. Primò quia, ut diximus ex Concilio Tridentino: *Procul enim magnopere à peccato* revocant, & quasi fræno quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresque & vigilantiores in futurum pęnitentes efficiunt. Proindeque gravem Confessor injuriam facit pęnitenti suo, si non conferat illi tam salutare remedium, quo eum revocet à peccando, hoc prætextu, quòd per indulgentiam obtinet omnis Pęnitentiæ debitæ relaxationem. "Concil. Trid. sess. 14. cap. 8."

Secundò, quia Ecclesia non videtur velle ea tollere, quæ à sanctis Scripturis, Conciliorum Decretis, ac Patrum sententiis præcipiuntur, qui, ut optimè notavit S. Carolus, obligant peccatores, ut dignos Pęnitentiæ fructus faciant, & ad Deum se convertant in jejunio, fletu, & planctu: Quare ut ait idem Archiepiscopus: *Parochus videbit,* "ne pro peccatis gravibus levissimas Pęnitentias imponat: id quod & Confessoribus & pęnitentibus periculosum est: cùm id à sacris Litteris, & à Conciliorum Decretis, & à sanctorum Patrum sententia alienum sit: nam divinæ Litteræ, ab iis qui Pęnitentiam agunt, hoc efflagitant, ut fructus dignos Pęnitentiæ faciant, utque ad Dominum convertantur in jejunio, fletu & planctu. Et verò qui peccatis gravibus leves quosdam Pęnitentiæ modos imponunt, hi, Canon inquit, *consuunt pulvillos*, secundùm Propheticum sermonem, *sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis, ad capiendas animas*. Imò Concilium Tridentinum docet, alienorum peccatorum participes fieri eos Confessores, qui dum cum pęnitentibus indulgentiùs agunt, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungunt." S. Carol. Act. p. 4. de modo imponendæ Pœnitent. pag. 23.

Bonifacius VIII. in Bulla Jubilæi, quæ incipit: Antiquorum.

Ipsi etiam summi Pontifices in Bullis Jubilæi asserunt, se indulgentias conferre, *Verè pœnitentibus & confessis, vel qui verè pœnitebunt, & confitebuntur*, ut patet ex Bulla primi Jubilæi concessi à Bonifacio VIII. quæ incipit: *Antiquorum*.

Paul. II. in Bulla reduct. Jubilæi, quæ incipit: Ineffabilis.

Et Paulus II. in Bulla reductionis Jubilæi, quæ incipit *Ineffabilis*, addit: "*Ut mortis hujus & damnationis* detrimenta evitent, "his atque aliis meritoriis operibus peccata "sua omni ex parte studeant expiare, ut "saltem per hæc remedia, atque] remissionum & indulgentiarum largitionem hujusmodi, quibus Christicolas omnes veluti "datâ manu ad salutem perpetuam invitamus, ac Sanctorum meritis & intercessionibus adjuti, ad æternam mereamur beatitudinem pervenire.

S. Carol. Act. p. 7. Per il Santo Giubileo.

Ideoque fortasse S. Carolus in *Pastorali* illa Epistola, quam scripsit ad instructionem populorum Diœcesis Mediolanensis, de modo quo se gerere deberent, ut Jubilæum anni sancti consequerentur, eos monet, *ut non solùm Romam* adeant, & Ecclesias Jubilæo assignatas visitent, sanctorumque reliquias; verùm etiam ut harum Ecclesiarum visitationi veram adjungant Pœnitentiam, ita ut hoc iter conficiant in gratia Dei, tantaque cum carnis, & sensuum mortificatione, ut ea prodesse valeat in satisfactionem peccatorum.

Ne vi dovete solamente contentar, di andar a Roma e visitare quelle Chiese e reliquie de Santi; mà a questo dovete congionger vera e perfetta penitenza, di modo che facciate questo viaggio in grazia di Dio, e con tal mortificatione della carne e sensi vostri, che serva anco per la satisfattione delli vostri peccati.

Quod quidem declarat, sanctum hunc Archiepiscopum manifestare voluisse populo suo, unumquemque eniti debere misericordiam Dei promereri bonis operibus, & Ju-

& Jubilæi indulgentiam intueri, non tanquam occasionem negligendæ Pœnitentiæ, sed tanquam medium quod supplere possit impotentiæ & infirmitatis nostræ defectus, nosque juvare, ut plenam integramque pro peccatis nostris Deo satisfactionem exhibeamus.

Illi igitur, qui verè cupiunt esse dispositi ad accipiendas indulgentias, debent, ut Ecclesiæ puræ intentioni respondeant, sese excitare ad sinceros Pœnitentiæ motus, operam dare, ut ante actæ vitæ peccata purgent, secundùm vires suas, vero sinceroque studio, illius Apostoli ad Galatas dicti recordantes: *Nolite errare, Deus non irridetur:* & tunc licèt satis virium, satis constantiæ, ipsis non suppeteret, ut ex toto implerent, quod requiritur ad peccatorum satisfactionem, Ecclesia, quæ rationem habet bonæ eorum voluntatis, & fragilitatis miseretur, supplet per exhibitas indulgentias eorum defectus, ut divinæ justitiæ perfectè satisfacere valeant, quod per sua bona opera præstare minimè prævalent. Ad Gal. 6.

Id agnovit S. Cyprianus sermone de lapsis dum ait: *Pænitenti operanti, roganti potest clementer ignoscere, potest acceptum ferre, quidquid pro talibus & petierint Martyres, & fecerint Sacerdotes.*

Et legimus in Historia Ecclesiastica, quam conscripsit Cardinalis Baronius, ad annum Christi 1073. nu. 61. Gregori VII. anno 1. *Cùm autem Lincolniensis Episcopus suis litteris ab eodem summo Pontifice petiisset suorum peccatorum absolutionem, quam usitatiori voce indulgentiam appellamus, eam his verbis impendit:* Absolutionem prætereà peccatorum tuorum, sicut rogasti, authoritate principum Apostolorum Petri & Pauli fulti, quorum vice quamvis indigni fungimur, Cardinalis Baronius, Annal. To. 11. ad ann. 1073. n. 61.

tibi

tibi mittere dignum duximus; si tamen bonis operibus inhærendo, commissos excessus plangendo, quantùm valueris, corporis tui habitaculum Deo mundum templum exhibueris. *Vt appareat, sedis Apostolicæ indulgentias illis communicari, qui quantùm suppetunt vires, benè operari non prætermittunt; non autem ignavis, otiosis, ac negligentia torpescentibus.*

Cardinalis Denoff, in Instruct. pastorali. pag. 120. Guardatevi dall'abuso ch' introducono certi Confessori, i quali nel tempo di Giubileo, e nell' occasioni d'indulgenze plenarie, col pretesto che queste, adempite letteralmente le opere enũziate nelle cõcessioni de sommi Pontefici, rimettono colla colpa tutta la pena, impongono a graviffimi peccatori leggierissime penitenze; perche tale prattica è

Idcircò Eminentissimus Cardinalis Denoff desiderat, ut Confessarii vitent omninò abusum quem aliqui introducunt, dum in tempore Jubilæi, aut indulgentiæ alicujus plenariæ, sub prætextu, quòd si ad litteram adimpleantur operæ præscriptæ in Bullis Pontificiis, remittitur non solùm culpa, sed etiam pœna peccatis debita, imponunt magnis peccatoribus levissimas Pœnitentias; quia scilicet hæc praxis contraria est intentioni Ecclesiæ, quæ vult quidem adjuvare filios suos, ut per indulgentias possint satisfacere pro pœnis debitis, quas aliqui non possunt omninò persolvere, aut propter debilitatem virium, aut propter brevitatem vitæ, aut certè quia vix aliquando pœnitentias peccatis convenientes impleverunt; sed Ecclesia non intendit dispensare à lege divina, quæ ad fructus dignos Pœnitentiæ faciendos obligat, aut pigritiam seu negligentiam inspirare in exercendis operibus satisfactoriis tantoperè in sacra Scriptura, & à sanctis Patribus commendatis.

Unde in Concilio Tridentino declaratur, quòd *neque verò securior alia via in Ecclesia Dei unquam existimata fuit ad amovendam imminentem à Deo pœnam, quàm ut hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent.* Eadem Ecclesiæ mens manifestatur in multis Bullis Pontificiis, in quibus

bus summi Pontifices exprimunt, se indulgentias elargiri *verè pœnitentibus* : quæ clausula sinceram omnium peccatorum detestationem, firmum non peccandi propositum, & voluntatem congruè Deo satisfaciendi importat. Equidem si ita dispositus sit peccator, & juxta vires conetur Divinæ justitiæ satisfacere: tunc Ecclesia, veluti pia mater, eum indulgentiis adhibitis adjuvat, ut possit debita omninò persolvere, si plenariæ sunt, aut aliquam partem si limitatæ.

Quapropter aliquando fieri potest, ut indulgentias plenarias non omnes illi plenè consequantur, qui deposito peccatorum affectu, conditiones præscriptas ad litteram impleverunt; quia scilicet non omnes æqualis summæ debitores sunt, nec omnes æqualiter conati sunt debita minuere: & superior indulgentias concedens, dictas circumstantias saltem habitualiter attendit & ponderat.

Hæc est Sancti Bonaventuræ doctrina: *Indulgentiæ*, inquit, *quantùm est ex potestate dantis, tantùm valent, quantùm promittunt...... non tamen cuilibet valent tantùm, nec æqualiter omnibus; sed secundùm existimationem ejus, quam habuit vel habere debuit, qui indulgentiam fecit: quam non oportuit exprimere, quia omnes fideles debent illud in corde præsupponere, quòd dona & miserationes sancti Spiritus donentur cum æquo libramine.*

Illud etiam inferri potest ex aliquibus summorum Pontificum constitutionibus, in quibus hanc esse illorum intentionem expresse declararunt. Ita videtur in Constitutione Bonifacii VIII. in qua promulgans indulgentiam Jubilæi universalis, ita loquitur: *Vnusquisque tamen plus merebitur, & in-*

contraria alla mente della Sancta Chiesa, la quale vole bensì ajutare i suoi figli, per mezzo dell' indulgenze, a sodisfare per le pene incorse le quali alcuni non possono finire a pagare per la debolezza delle forze, altri per la brevità della vita, molti non haveranno fatte penitenze proporzionate a i loro peccati; Mà non intende già dispensarli dalla legge divina, che gli obliga a fare frutti degni della penitenza, ne rendergli pigri e negligenti nell' esercizio delle opere sodisfattorie tanto raccommandate e nelle sagre

& indulgentias efficaciùs consequetur, qui Basilicas ipsas ampliùs, & devotiùs frequentabit. Et in Constitutione, quam Innocentius IV. in Concilio Lugdunensi edidit, dum concedit indulgentiam plenariam iis, qui aliquid pro belli sacri expensis erogabunt, exprimit, quòd quisque hanc indulgentiam lucrabitur, *juxta quantitatem subsidii, & devotionis affectum*. Et ita hi Pontifices indicant, indulgentias plenarias fideles lucrari, juxta mensuram operum Pœnitentiæ, & devotionis fervorem, quibus peccatorum debita minuuntur.

Hæc est Cardinalis Cajetani opinio, qui relatâ supradictâ formulâ *verè pænitentibus*, adhibitâ à summis Pontificibus, asserit, *indulgentias non consequi pænitentes negligentes; sed pænitentes sollicitos, qui soli sunt verè pænitentes*. Deinde exponit hujus opinionis prærogativas, juxta quam, *solvuntur omnes quæstiones tam de nimis largo Dei foro, quàm de emittendis suffragiis pro plenariè absolutis in morte: quàm de admiratione sapientum, & oblocutionibus detrahentium: & excitantur fideles ad Pœnitentiæ opera. Nec aliquid adimitur efficaciæ indulgentiarum, sicut nihil adimitur efficaciæ Sacramentorum, ex hoc quod oportet accedentes ad illa esse benè dispositos, si fructuosa sibi esse volunt. Soli siquidem indigni indulgentia, ab illius fructu juxta hunc dicendi modum excluduntur*.

Ecclesia etiam nunc indulgentiarum thesauros cum eadem intentione dispensat, idcirco dum concedit Jubilæos, imponit semper opera ex natura sua satisfactoria, ut sunt jejunia, eleemosynæ, orationes, & Ecclesiarum visitationes; & dum alias indulgentias plenarias elargitur, obligat ad recipiendum Sacramentum Pœnitentiæ, & ad

Scritture, e da S. Padri. Perciò il Concilio di Trento dichiara, non essere stata mai nella Chiesa strada più sicura per sottrarsi dà i castighi de quali Iddio minaccia i peccatori, che d'esercitarsi spesso in simili opere di penitenza, accõpagnandole con sentimento di vero dolore. Dichiarano questa mẽte della Chiesa molte Bolle dell'indulgenze concesse dà sommi Pontefici, nelle quali essi dicono, concederle verè pœnitentibus; la quale clausula importa la sincera detestazione di tutti peccati, il fermo proponimẽto

d implendam operam pœnalem præscriptam, ut ita modum suggerat fidelibus lucrandi tales indulgentias, aut dando complementum cum his operibus, satisfactioni jam inceptæ, aut supplendo quod deest pœnitentiarum defectibus, exercendo opera pœnitentialia in Bullis præscripta, & dolendo de peccatis cùm extraordinario fervore.

Cùm igitur hæc opinio Ecclesiæ menti magis conformis videatur, cum S. Bonaventura concludendum est: *Ideo sanum consilium est, quòd homo semper pœniteat.* Idem sentit S. Thomas, & in praxi omninò in Confessionali sequendus est, dum dicit: *Consulendum est eis, qui indulgentiam consequuntur, ne propter hoc ab operibus Pœnitentiæ injunctis abstineant; ut etiam ex his remedium consequantur, quamvis à debitis pœnæ essent immunes; & præcipuè quia quandoque sunt plurium debitores quàm credant.* Cardinalis Bellarminus in eodem S. Thomæ sensu loquitur, dum ait: *Omninò sic accipiunt prudentes Christiani Pontificias indulgentias, ut simul etiam studeant dignos fructus ferre, ac pro suis peccatis Domino satisfacere.*

di nõ peccare, e la volontà di dare a Dio sodisfazione cõgrua: trovandosi il peccatore in tale disposizione, e facendo col fervore le sue parti per sodisfare alla divina giustizia, viene la Chiesa, quale madre pietosa, in ajuto collo sborso delle Indulgenze, acciò finisca di pagare i suoi debiti, colle plenarie tutti, colle limitate la porzione corrispondente. Onde si danno casi, che le Indulgenze plenarie non da tutti che hanno deposto l'affetto a i peccati, & adempite letteralmente le condizioni prescritte, si guadagnino pienamente; perche non tutti hanno l'istessa quantità de debiti a pagare, ne tutti hanno fatti i medesimi sforzi a diminuirgli; alle quali cose il Superiore che le concede, hà sempre riguardo habitualmente: è dottrina di San Bonaventura in 4. sent. dist. 20. quæst. 6. in fine. Cio si raccoglie da alcune Constituzioni de sommi Pontefici, nelle quali hanno espressamente dichiarato essere tale la loro intentione: l'habbiamo in quella di Bonifacio VIII. ove promulgando l'Indulgenza del Giubileo universale, così parla: Unusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficaciùs consequetur, qui Basilicas ipsas ampliùs & devotiùs frequentabit. E nella Costituzione d'Innocenzo IV. publicata nel primo Concilio di Lione, colla quale concedendo l'Indulgéza plenaria a chi contribuirà per le spese della guerra santa, dice che ogn'uno la guadagnerà, juxta quantitatem subsidii,

& de-

& devotionis affectum. Con che ci danno ad intendere, che l'Indulgenze plenarie si guadagnino col riguardo si alle opere penitenziali frequentate, come al fervore della divozione, con che si và scemando l'obligo della sodisfazione. Del medesimo sentimento è il Cardinale Gaetano, il quale dopo haver citata la gia accenata formola usata da sommi Pontefici: Verè pœnitentibus, dice, indulgentias, &c. Tract. 10. De suscipientibus Indulgentias. quæst. 1. Seguita la Chiesa anche hoggi a dispensare i tesori delle Indulgenze con l'istessa intenzione di prima; mentre concedendo i Giubilei, impone ella opere di natura sua sodisfattorie, come sono i digiuni, le limosine, l'orazione, e la visita delle Chiese; e compartendo altre indulgenze plenarie, impone l'obligo di ricevere il Sagramento della penitenza, col fare l'opera penale prescritta; per dare con ciò modo a fedeli di guadagnare tal'Indulgenze, ò col compire con esse la sodisfazione gia avanzata, ò col supplire alle passate impenitenze, pratticando le opere penitenziali ingionte dalla Bolla, e dolendo de peccati con un fervore straordinario. Dunque già che questa opinione pare piu conforme alla mente della Chiesa, concludiamo con S. Bonaventura: Ideo sanum est consilium, quòd homo semper pœniteat. Dell'istesso parere è S. Tomaso, che dovrete onninamente metter in prattica nel confessionario. La dottrina del Cardinale Bellarmino è uniforme all'accennata al Dottor Angelico. Lib. 1. De Indulgentiis. cap. 12. ad 5. Omninò afferma quel porporato, Sic accipiunt prudentes Christiani Pontificias indulgentias, ut simul etiam studeant dignos fructus ferre, ac pro suis peccatis Domino satisfacere.

Quæst. 10. Potest-ne absolvi Pœnitens, qui recusat Pœnitentiam sibi rationabiliter impositam, quamque potest implere, dicens se pro peccatis suis in Purgatorio satisfacturum?

Resp. Certum est, eum absolvi minimè posse. Primò, quia frustra Tridentina Synodus præcepisset omnibus Sacerdotibus, ut imponant satisfactiones gravitati criminis convenientes, nisi velint alienorum peccatorum participes fieri, si pœnitentes, absque justa causa, tolerabilem Pœnitentiam recusare possent.

Secundò, quia ex eodem Concilio Tridentino: *Constat enim, Sacerdotes judicium* hoc incognitâ causâ exercere non potuisse: neque æquitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, si in genere dun-

Concil. Trid. sess. 14. c. 5.

duntaxat, & non potiùs in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata declarassent. Hinc evidens est, juxta Concilium, eum absolvendum non esse, qui renuit acceptare Pœnitentiam peccatis suis convenientem; quia tunc non servaretur æquitas; cui tamē servandæ studere debent Confessarii, cùm Judices sint, ut habet dictum Concilium.

Accedit authoritas S. Gregorii, qui ait: *Quid prodest confiteri flagitia, si Confessionis vocem non sequitur afflictio Pœnitentiæ? tunc namque benè conversum peccatorem cernimus, cùm digna afflictionis austeritate delere nititur, quod loquendo confitetur;* Ac proinde cùm Confessor absolvere nequeat Pœnitentem, nisi cùm locus est credendi, ipsum verè conversum esse, sequitur eum absolvendum non esse, qui recusat Pœnitentiam sibi justè impositam; quia tunc, ex S. Gregorio, Confessarius non potest rectè judicare, eum esse verè conversum. S. Gregor. lib. 6. in cap. 11. 1. Reg.

Quod confirmari quoque potest authoritate IV. Concilii Carthaginensis relati in Canone his verbis: *Is qui Pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus advenit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit; dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat Pœnitentiam. Si supervixerit, admoneatur petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis Pœnitentiæ legibus, quamdiu Sacerdos, qui Pœnitentiam dedit, probaverit.* Quod quidem satis declarat, rem esse prorsus alienam ab Ecclesiæ consilio, pœnitentem absolvere, qui impositam sibi meritò Pęnitentiam complere negat, licèt possit; quoniam vult Ecclesia, ut pœnitens qui pro infirmitate implere non potuit Pęnitentiam, ei satisfacere teneatur, ubi primùm poterit id præstare. Canon. Is qui, 26. q. 6

His

His addere possumus authoritatem Reverendi Patris Gaspardi Loarte Societatis Jesu; quamquàm enim decisiones meas confirmare tantùm statui sanctorum Doctorum authoritate, contra promissam fidem nihil me facturum credidi, cùm doctum hunc piumque Jesuitam laudavi, qui scientia & pietate sua meruit à D. Carolo proponi tanquam exemplar Confessariorum, cujusque libros in hunc finem edi jussit Actorum part. 4. in privatis Confessariorum monitis ad Jubilæum deputatorum.

Gaspar. Loarte. De Instruct. Confess. cap. 9.

Quod si, inquit Pater Loarte, *Confessarius tolerabilem imposuisset Pœnitentiam, neque tamen eam verè pœnitens admitteret, nec justa aliqua ex causa recusaret, etsi quidam putent nihilominùs absolvendum, ne desperans abeat: ego tamen non absolvendum judicarem; quia qui sic affectus est, ad absolutionem consequendam non est dispositus, eritque melius, ut malè contentus quàm deceptus abscedat*. Quoniam ut ait Sanctus Gregorius in Synodo Romana relata in Canone: *Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundùm authoritatem sanctorum Patrum, pro qualitate criminum imponuntur*.

Can. Falsas de Pœnit. dist. 5.

Prudenter, & in spiritu lenitatis, monere posset Confessarius hujusmodi pœnitentem, Deo congruè satisfacere renuentem, quòd, ut monet S. Ambrosius, *necesse est prævaricatricem animam tartareis pœnis & gehennæ ignibus tradi; nec aliud remedium constitutum est post unum baptisma, quàm pœnitentiæ solatium: quantumvis afflictionem, quantumvis laborem subire esto contenta, dummodò ab æternalibus pœnis libereris. Talis vita, talis actio pœnitentiæ: si fuerit perseverans, audebit sperare, etsi non gloriam, certè pœnæ vacationem .... Peccator ergo si su-*

S. Ambr. de lapsu Virg. c. 8.

futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc parvo vitæ spatio compensaverit, se ipsum ab æterno judicio liberabit.

Nam, ut docet Sanctus Augustinus; *Hujus vitæ sunt quædam gravia & mortifera, quæ nisi per vehementissimam molestiam humiliationis cordis, & contritionis spiritus, & tribulationis pœnitentiæ non relaxantur... sit oportet ipse severus in se, ut in eum sit misericors Deus.* S. August. serm. 278. aliàs 34. de diversis. cap. 12.

Unde Cardinalis Franciscus Maria Brancatius, statuit in Synodo quarta Viterbiensi, quòd Confessarii, quibus datur facultas absolvendi à casibus Episcopo reservatis, hæc in casu blasphemiæ illis *conceditur, dilata absolutione vel sacra Communione per aliquot dies, & gravi pœnitentia salutarique remedio injuncto; videlicet quod linguam amarioribus cibis crucient, vel terram frequenter exosculentur.* Synod. Viterbien. ann. 1653. pag. 64.

Quæst. 11. Potest-ne Confessarius commutare Pęnitentiam impositam ab altero Confessore, quando tolerabilis, seu rationabilis est?

Resp. Certum est, primò non posse Confessorem immutare Pęnitentiam ab altero impositam, non cognitâ priùs conscientia pœnitentis, & cognitis peccatis, quibus motus est talis Confessor ad illam Pęnitentiam injungendam; quia, ut ait Concilium Tridentinum: *Constat enim Sacerdotes judicium hoc, incognita causa, exercere non potuisse; neque æquitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, ut de facto tenentur.* Sess. 14. c. 5.

Secundò, si Confessarius causâ cognitâ Pęnitentiam mutet, id cautè admodum, & prudenter facere debet, & propter graves causas. Ut enim ait Sanctus Raymundus: *Ad illud quod quæritur, utrum Sacerdotes* S. Raym. lib. 3. §. 66.

tes possint facere commutationes jejuniorum, vel alterius satisfactionis, ad petitiones ipsorum pœnitentium : Credo breviter quod sic, dum tamen discretè, & propter causam, & circa subditos suos; aliàs non. Quod tamen fieri debet in Pœnitentiæ Tribunali, postquam Confessionem pœnitentis audivit.

Quæst. 12. Quomodo se gerere debet Confessarius in impositione satisfactionum erga illos, qui lapsi in ingentia crimina, ferè nullam de iis Pœnitentiam egerunt, quia Confessores, quos adierunt, numquam injunxerunt satisfactiones gravitati criminum convenientes, sed tantùm preces aliquas recitandas imposuerunt?

Resp. Cùm mollis indulgentia, aut ignorantia Confessorum, qui non imponunt pœnitentias congruas, & salutares, non eximat pœnitentes, quominùs sibimetipsis convenientes imponant, ut supra probavimus, sequitur, quòd Confessarius, qui tenetur saluti pœnitentis studere, debet satisfactiones convenientes imponere, non solùm peccatis, quæ post ultimam confessionem admisit, sed etiam illis, quæ jam confessus fuerat, quando ex ejus confessione novit ab illo, licèt in immania lapso flagitia, convenientem Pœnitentiam peractam non fuisse.

S. Greg. in Past. p. 3. admon. 31. „ Ratio est, quia, ut ait S. Gregorius: „ *Peccatores, qui admissa deserunt*, nec tamen „ plangunt, non jam sibi relaxatas æstimare „ debent culpas; quas etsi agendo non mul„ tiplicant, nullis tamen fletibus mundant: „ neque enim qui contumelias irrogat, si „ solummodò tacuerit, satisfecit; cùm pro„ fectò necesse sit, ut verba præmissæ super„ biæ verbis subjunctæ humilitatis impugnet. „ Ita & cùm Deo delinquimus, nequaquam „ satisfacimus, si ab iniquitate cessamus, nisi

yo-

voluptates quoque, quas dileximus, è "
contrariò lamentis appositis insequamur. "
Hinc Paulus ait: *Et hæc quidem fuistis, sed* "
abluti estis, sed sanctificati estis. Nimirùm "
illos emendatior vita sanctificat, quos per "
pęnitentiam abluens afflitio fletuum mun- "
dat. Hinc Petrus, cùm quosdam territos "
malorum suorum consideratione conspi- "
ceret, admonuit, dicens: *Pænitentiam agi-* "
te, & baptizetur unusquisque vestrùm. "
Dicturus enim baptisma, præmisit Pęni- "
tentiæ lamenta: ut priùs aquâ se suæ affli- "
ctionis infunderent, & postmodum Sacra- "
mento Baptismatis sanarent: quâ igitur "
mente, qui transactas culpas flere negli- "
gunt, securi vivunt de venia? quando "
ipse summus Pastor Ecclesiæ, huic Sa- "
cramento Pęnitentiam addendam credi- "
dit, quod peccata principaliter extin- "
guit. "

Quæst. 13. Quænam injungenda est Pęnitentia iis, qui mundi pompas sectantur, qui choreas frequentant, & aliis satanæ operibus delectantur?

Resp. Ex Sancto Carolo, *Mundi pompas, choręas, aliaque opera satanæ consectantibus eam Pænitentiam imponet, ut in hebdomada manè certis diebus (id quod in singulos dies etiam faciendum esse gravissimè beatus Chrysostomus monet) sancta meditatione sibi proposita, solemnem illam sponsionem, quam compatres in Baptismo sanctè fecerunt, redintegrent, intimè DEUM precando: in qua precatione firmo stabilique animi proposito statuant, se CHRISTO Domino adhærere, renuntiareque iterum atque iterum sæculi pompis, operibus tenebrarum, & diabolo imprimis, cui se adversarios esse, & professi sunt, & profitentur perpetuò.* S. Carol. Act. p. 4. De modo imponẽdæ Pœnit.

Plurima quæ ex choreis proveniunt mala, ut etiam ex amatoriis conversationibus, egregiè solidèque exposita reperiuntur in Decisionibus prudentialibus casuum conscientiæ, à Reverendo Padre Prospero Dominico Marono, Ordinis Prædicatorum, exaratis, sub umbra & moderamine singularis prudentiæ & charitatis Illustr. & Reverendissimi D. Benedicti Luperti, Episcopi nitidæ elegantisque Civitatis Galliensis, in Umbria & Ducatu Urbinatensi, Casu 24. & 69.

Quæst. 14. Quænam injungenda est Pœnitentia iis, qui in prava mortalis peccati consuetudine versantur, cujusmodi sunt blasphemiæ, imprecationes, obscœnitates, & similia?

S. Ant. 1. p. tit. 9. c. 2. §. 5. *Resp.* Cùm, ut ait sanctus Antoninus: *Ex perversa assuefactione vitiosus quasi repentè præcipitetur*, oportet, ut prudens Confessarius de salute pœnitentis solicitus, ipsi imponat aliquam Pœnitentiam, quâ redire possit ad cor, & reflectere ad id quod facit, statim admisso peccato: v. g. blasphematoribus, ut osculentur terram, aut erogent aliquam eleemosynam, aut brevem aliquam recitent orationem, ut ait S. Carolus Actorum, p. 4. vel ut sibi linguam mordeant, & similia, quoties incidunt in peccata. Juvat etiam monere, ut peccator notet aliquo signo, quoties blasphemaverit, v. g. calculum in peram injiciendo, nodum sudario nectendo, aut spingulam conspicuo in loco ponendo, ut ita animadvertere possit in privato conscientiæ examine, quod singulis noctibus, priusquam decumbat, facere tenebitur, quoties in peccatum inciderit, & toties Pœnitentiam sibi injungere debet, v. g. digitum lucernæ seu candelæ accensæ imponere debet,

ut ita pœnarum inferni recordetur, ad quas innumeri fuerunt damnati, qui vel semel inciderunt in illud peccatum toties ab ipso commissum, & pro quo ne digitum quidem supra candelam tenere vellet, dum *Ave Maria* recitaret.

Quia si ejusmodi peccatores non anxiè sibi ipsis attendant, & recidivum vehementer vitent, ut plurimùm in peccata relabentur; nam, ut ait Sanctus Bernardus, *Quotidianis experimentis discimus, eos qui converti deliberant, tentari acriùs à concupiscentia carnis, & urgeri graviùs in operibus luti & lateris, qui Ægyptum egredi, & Pharaonis impetium effugere moliuntur.* S. Bernar. De Convers. ad Clericos. c. 11.

Unde etiam Eminentissimus quondam Cosmus Cardinalis de Torres, in Synodo Perusina sic loquitur: *Attenda, se il penitente habbia consuetudine di commettere qualche peccato, quale trovando, non l'assolva, se per ragione della consuetudine sarà il peccato riservato, come la bestemia; e ancorche n'havesse l'autorità, per lo più lo licentii, commettendogli, che torni frà certo tempo, protestando che se trà tanto caderà nell' istesso errore, non sarà assoluto.* Synod. Perusina, an. 1632. p. 278. in Additionib.

Iste modus procedendi, utile est ad hoc ut pœnitentes magis ad sua opera attendant, & peccatorum suorum gravitatem agnoscant, & periculum cui se exposuerunt ex prava mortalis peccati consuetudine; quia alioquin peccata consuetudinis non multùm afficiunt; præsertim cùm multi alii cernantur, qui in hujusmodi peccatis versantur: *Peccata autem*, inquit Sanctus Augustinus, *quamvis magna & horrenda, cùm in consuetudinem venerint, parva aut nulla esse creduntur: usque adeo, ut non* S. Aug. in Enchiridio, c. 80.

solùm non occultanda, verùm etiam jam prædicanda ac diffamanda videantur, quia ut alibi dicit idem Sanctus Doctor: *Omne peccatum consuetudine vilescit, & fit homini, quasi nullum sit: obduruit, jam dolorem perdidit. Quod valdè putre est, nec dolet; quod non dolet, non pro sano habendum, sed pro mortuo computandum est.* Vide quæ diximus Tomo 1. Tract. 1. cap. 15. de habitu, & Tomo 4. Tract. 6. cap. 12. qu. 2.

S. Aug. ser. 17. nu. 3. in editione nova Parisiensi.

Tenentur præterea Confessarii illis imponere satisfactionem gravitati criminis convenientem, juxta id quod adduximus supra ex Concilio Tridentino: *Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantùm ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem.*

Sess. 14. c. 8.

Confessarius debet etiam interrogare pęnitentem, ut peccati causam investiget, quò faciliùs possit ab eo recedere, v. g. si noverit pęnitentem propensum ad blasphemiam, quia frequentat tabernas, aut ludum; ipsi imponere debet, ut prædicta absolutè dimittat; neque enim, juxta leges Ecclesiæ à nobis superiùs expositas, ac sacris Scripturis & Canonibus comprobatas, absolvi potest is qui à proximis peccandi occasionibus non vult penitùs recedere.

Utilissimum quoque est injungere peccatoribus ex habitu, cujuscumque sint status, seu conditionis, & iis præcipuè qui delicatiores sunt, aut aliàs parùm dispositi ad exercenda opera corpori laboriosa, & ad acceptandam Pęnitentiam gravitati, & numero peccatorum convenientem, ut petant à Deo misericordiam per semihoram

ram singulis diebus genibus flexis, quindecim dierum, aut mensis spatio; aut ut eo tempore recogitent pęnas inferni, quas pro peccatis suis meruerunt; aut ut Deum rogent, ut sibi manifestet, quam Pęnitentiam facere debeant, ut se à pęnis futuri sæculi liberent. Hæc pęnarum seu satisfactionum genera imponi possunt rudioribus, & idiotis, quas aliquando teneantur implere ante absolutionis beneficium.

Quæst. 15. Quomodò se gerere debet Confessarius erga pęnitentem, quem dimiserat propter peccatum ex habitu, aut prava consuetudine, quando iterùm redit ad Pęnitentiæ tribunal?

Resp. Debet illum interrogare, utrum inciderit in eadem peccata? si cecidit, scire debet, an remedia adhibuerit, quæ illi præscripserat, quoties idem peccatum admitteret? quòd si pęnitens non adhibuerit illud remedium, quoties peccavit, debet ipsum dimittere absque absolutione, illi interim repræsentans, in Spiritu lenitatis & charitatis, injuriam quam facit animæ suæ, nolens seriam operam dare, ut eam liberet à morte æterna, ad quam damnatur per peccatum, cùm id tam facilè possit.

Si verò pęnitens diligenter applicuit remedium, & tamen in peccatum inciderit, quamvis minùs frequenter, debet Confessarius illi animum facere, ostendens, quòd, Dei aspirante gratiâ, incipit peccatum dimittere, in quod non cecidit nisi semel aut bis qualibet hebdomada, cùm assueverit priùs illud committere sæpiùs in die; deinde illi repræsentare debet, eodem semper charitatis Spiritu, quòd cùm peccatum altas egerit in ejus anima radices, nequit ipsum

omninò evellere, nisi sibi magnam vim inferat.

S. Anselm. De Simil. c. 189. Nam consuetudinariis, ut ait S. Anselmus, *contingit aliquando, ut sua facta considerantes, fleant, seque amodò à talibus cessaturos ore promittant, & more avis irretitæ liberos se volare autument; sed quia pravo usu irretiti ab hoste tenentur, nolentes in eadem vitia dejiciuntur; fitque hoc sæpius; nec omnimodè liberantur, nisi magno conatu & gratia Dei funis rumpatur pravæ consuetudinis.*

S. Laurent. Justin. de casto connubio verbi & animæ, c. 7. Et in eodem planè sensu loquens Sanctus Laurentius Justinianus: *Gratia*, inquit, *indigent non mediocri, qui inveteratos cupiunt & volunt abolere mores: huic rei difficilis seniorum impudicæ vitæ conversio perhibet testimonium: rarus quis eorum invenitur, qui realiter convertatur ad Dominum, obruti pessima consuetudine tanquam quodam arenæ aggere, nisi grandi ac terribili voce excitentur, è monumento resurgere nequeunt.*

Et quia Confessarius non parùm authoritatis sibi comparat in pœnitentis animum, posset ab ipso petere, vellet-ne aliam exequi pœnitentiam præter jam impositam, quam expertus est sibi salutarem admodum fuisse; & ita suaviter eniti pœnitentem graviori quidem Pœnitentiæ subjicere, quia prima, peccandi habitum penitùs extirpare non potuit, & quia pœnitens ipse majores vires acquisivit vim sibi inferendo, fortius & efficacius remedium

S. Aug. in Euã. Joan. Expositio. Tract. 49. potest sustinere: *Ut*, juxta S. Augustini mentem, *violentiæ pœnitendi cedat consuetudo peccandi.*

Videtur tamen, quòd nondum deberet illum absolvere, cùm non deprehendat in penitente unam ex dispositionibus necessariis,

fariis, juxta Concilium Tridentinum, nempè cessationem à peccato; neque enim dici potest, quòd ille cessavit à peccando, qui cecidit in idem peccatum, quamvis rariùs: quemadmodum nec Medicus diceret, eum febri omninò carere, qui continua febri laboraret, quando commutata est in tertianam seu quartanam, sed tantùm eum minùs frequenter laborare.

Æquum sæpiùs foret, ut absolutionem differret, donec per tempus notabile à peccando abstinuisset; quod tempus diuturnius esse debet, prout consuetudo diuturnior fuerit. Hoc autem solùm intelligendum est de peccatis gravioribus quæ committuntur cum plena deliberatione, non verò de iis, ad quæ quis impellitur ex impetu inconsiderato.

Sed ut ait Eminentissimus Denoff, majus damnum oritur ex Confessariis, aut ignaris, aut certè negligentibus; qui scilicet non curantes procurare, & exigere à pœnitentibus veram morum emendationem, illos in peccatis vivere sinunt, cum ipsius etiam Religionis Christianæ dedecore, & evidenti damnationis periculo.

Cardinalis Denoff, in Instruct. Pastorali, in princ. Siamo rimasti persuasi, ch'il maggior male provenga dai Confessori, ò ignoranti, ò negligenti: i quali non curandosi d'esiggere dai loro penitenti con Sacerdotale fortezza l'effettiva emendazione de costumi, gli lasciano vivere trà peccati, col discredito della Religione cristiana, e coll'evidente pericolo di dannarsi.

Quæst. 16. Quomodo se gerere debet Confessarius, quando pœnitens aliquod commisit peccatum publicum?

Resp. Tenetur omninò Pœnitentiam publicam peccato convenientem imponere, eamque solus Episcopus in privatam

commutare potest propter aliquam justam causam. Hæc disciplina omnibus retrò sæculis in Ecclesia viguit, ut habet Catechismus Concilii Tridentini his

Catech. Concil. Trid. p. 2. De Sacram. Pœnit. n. 93.

„verbis: *Sapientissimè illud ab Ecclesia* observatum est, ut cùm ab aliquo publicè „flagitium commissum esset, publica etiam „Penitentia ei indiceretur, ut cæteri timore perterriti, deinceps peccata diligentiùs vitarent: quod etiam in occultis „criminibus, quæ graviora essent, interdùm fieri solebat. Sed, ut diximus, „in publicis hoc perpetuum fuit, ut qui „ea commiserant, antequam publicam „Penitentiam suscepissent, non absolverentur.

Id perpetua constat traditione, ejusque usum Concilium Tridentinum solemniter confirmavit his verbis.

Cōc. Trid. sess. 24. de Reform. c. 8.

Apostolus monet, publicè peccantes, palam esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publicè & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos commotosque fuisse non sit dubitandum, huic condignam pro modo culpæ Pænitentiam publicè injungi oportet, ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit, suæ emendationis testimonio ad rectam revocet vitam; Episcopus tamen publicæ hoc Pænitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis judicaverit expedire.

Conc. Mediol. 1. tit. De Pœnitentia.

Idem decrevit S. Carolus in Concilio Mediolanensi 1. his verbis: *Idem Confessores, quemadmodum à sancta Tridentina Synodo jussum est, publicè peccantibus, publicam Pænitentiam imponant: neque illud Pænitentiæ genus, nisi data ab Episcopo facultate secreta alia pœna commutare audeant.*

San-

Sanctissimus hic Cardinalis idem renovavit salutare Decretum multis aliis in locis Conciliorum, & Actorum suorum. In Concilio Mediolanensi 3. & 5. Actorum p. 3. tit. *capita in quibus*, *si opus erit*, *cogendi Regulares*. *Ne relaxent*, inquit, *publicam Pœnitentiam sine Episcopi consensu*. Actorum p. 4. prohibet Parochis in sua Diœcesi, ne quemcumque ad Sacram Communionem, qui in publicum aliquod insigne peccatum inciderit, priusquam publicè scandalum reparaverit, malumque quod dedit exemplum publicè correxerit, licèt afferat certa testimonia, quæ fidem facerent, eum à pœnitentiariis nostris esse absolutum, aut à quocumque alio Confessario etiam regulari, nisi Parocho constet, Episcopum publicam Pœnitentiam in secretam commutasse.

S. Carol. Actor. p. 4. Non ammetta alla Communione alcuno c' habbia commesso peccati publici ò notorii, prima che habbia publicamente satisfatto allo scandalo ò mal esempio dato publicamente: ancor che habbia fede legitima d'essere assoluto da Penitenzieri nostri ò altri Confessori, etiam Regolari: ne meno ammetta quelli che fossero obligati, secondo gli ordini del Concilio di Trento, ò de nostri Sinodi Provinciali, ò de sacri Canoni, a far penitenza publica, overo anco solemne, per qualche delitto commesso publicamente in conspetto di molti, donde altri fossero commossi e offesi per il scandalo: dovendo simil persone fare publicamente condegna penitenza secondo la qualità della colpa, accio che rivochino alla retta via quelli, che col suo esempio hanno provocati al male: eccetto però se gli constasse, che questa sorte di penitenza gli fosse stata commutata da noi in altra.

Idem quoque constitutum fuit à Concilio Provinciali Genuensi anno 1574. tit. *De Pœnitentia*; Et in Concilio Sypontino Manfredoniæ habito anno 1576. tit. *De Pœnitentia*: ubi hæc habentur: *Et quoniam sacro Concilio Tridentino cautum est, publicis peccatis publicam infligi pœnam, ea propter publicam in privatam convertere non*

audeant: id quod Episcopis tantùm, aut eorum permissu licere volumus.

Denique id ipsum præscribit Concilium Burdigalense tit. 12. *De Pœnitentia:* Concilium Bituricense tit. 2. Can. 2. Concilium Rothomagense anno 1581. Rhemense anno 1583. Concilium Turonense anno 1543. Concilium Aquense anno 1585. Hæc inquam omnia Concilia publicam præcipiunt Pœnitentiam pro peccatis publicis, caventque, ne Confessarii eam in secretam commutent; adeo ut asserere possimus, vix ullam esse partem disciplinæ Ecclesiasticæ, aut fortiùs, aut solidiùs stabilitam.

Unde Rituale Romanum de Sacramento Pœnitentiæ, ait: *Ne absolvat eos, qui publicum scandalum dederunt, nisi publicè satisfaciant, & scandalum tollant.* Idem etiam Rituale Romanum de Sacramento Eucharistiæ loquens, hæc habet: *Arcendi autem sunt à sacra Communione publicè indigni, quales sunt excommunicati, interdicti, manifestèque infames, ut meretrices, concubinarii, fœneratores, magi, blasphemi, & alii ejus generis publici peccatores, nisi de eorum Pœnitentia, & emendatione constet, & publico scandalo prius satisfecerint.*

Synod. Farfensis, ann. 1685. c. 11. n. 19. pag. 117.

Et in Synodo Farfensi sic habetur: *Si publicè peccantes, quos absolvendi facultatem Confessarius habuerit, ad hoc sacramentum recurrant: jubemus, publicas eis pœnitentias, antequam absolvantur, peragendas, injungi, ut cæteri fideles timore deterriti, peccata sibi diligentiùs vitanda, & pristinos mores, si quidem pravi fuerint, corrigendos esse intelligant.* Videatur Instructio vulgari linguâ exarata, in fine hujus Tomi IV.

Et eruditissimus Episcopus Amerinus statuit his verbis: *Instituit Oecumenica Tridentina Synodus, priscorum Patrum secuta morem, ut palam & in multorum conspectu ac veluti publicè peccantibus, publica etiam, pro facinoris atrocitate, pœnitentia imperetur; ut quorum animos audaciæ ac sceleris exemplo offenderunt, aut ad idem audendum provocarunt, eos emendationis ac pœnitentiæ specimine placent, & ad rectæ mentis consilium revocent. Nec confessorum quisquam hanc meritos pœnam aliter absolvere, aut publicam pœnitentiam in privatam occultamque commutare sine authoritate nostra audeat. Qui secùs fecerit, graviter à Nobis punietur. Cupimus enim, si ita ratio & utilitas Ecclesiæ nostræ postulare videbitur, rem priscæ disciplinæ exemplum referentem, in morem usumque reducere. Si qui igitur erunt, quos ita pœnitere oporteat, Confessores ea de re nos certiores facient; qui, si ita expedire videbitur, rei executionem ad ineuntem Quadragesimam rejiciemus, quo maximè tempore has peragi pœnitentias, & pœnitentes ipsos in die Cœnæ Domini solemni cerimonia rituque Ecclesiæ reconciliari usitatum apud veteres fuisse comperimus.* Synod. Amerina, ann. 1595. c. 147.

Quapropter celebris Episcopus Novariensis in Monitis ad Vicarios Foraneos, sic vulgari linguâ scribit, juxta doctrinam Sancti Caroli sibi amicissimi: *Tutti i Curati avisino publicamente i suoi popoli, che li peccatori publici non saranno ammessi alla Santissima Communione, con la fede di qualsivoglia Confessore; se non si vede prima emendatione tale, e con tale perseveranza, che secondo la qualità delle persone e de peccati, si possa credere vera e non finta; massime quando il peccato è gia passato in uso e consuetudine. E siano auvisati tutti i Confessori a non dare* Carolus Bascape, Episc. Novar. in Monitis ad Vicarios Foraneos, Epist. 27.

l'assolutione a quelli che hanno uso e perseveranza ne peccati; se, conforme alle sacre dottrine, non hanno la debita prova dell' emendatione. Se qualche peccatore publico portarà la fede della Confessione, si trattenghi, e mandi a Noi, & insieme ci si mandi nota di tutti i peccatori publici di cura in cura.

Auviserete per tempo i Confessori regolari, ò altri che non siano Curati, di tutti i medesimi peccatori publici che sono per le Cure; accio che non pretendano ignoranza di non gli haver conosciuti; e se con tutto ciò trasgrediranno, fate che siamo auvisati di ciascun particolare: e così ancora se vederete, che i Curati istessi ò Vicecurati trasgrediranno, assolvendo nella sua Cura chi non deono. Hìc notandum, quòd hic Illustrissimus author vocabatur antea Joannes Franciscus à Basilica Petri; sed factus Episcopus Novariensis, vocari voluit Carolus, sine ullo cognomine, ut videre est in Vita Sancti Caroli à Giussano conscripta.

Et eruditissimus Episcopus Veronensis, Joannes Matthæus Gibertus, in Synodo sic statuit: *Quum multi reperiantur, qui aut in concubinatu, usuris, & aliis notoriis peccatis perseverantes & scandalosi: aut obligati ad restitutionem bonorum, promittant se omninò ad meliorem vitæ frugem reducere, aut infra terminum competentem sibi assignatum, juxta facultates suas satisfacere velle; & cum post unum vel duos, & deinceps multos annos, promissa non exequantur: dubitantes, quod si eisdem Parochianis suis singulis annis confiterentur, nullo pacto absolverentur; in grave animarum suarum præjudicium, à Diabolo obcæcati, Confessores mutant malitiosè, à quibus, cum aut eis veritas non sit dicta, aut cum tales Sacerdotes, sive ex*

Synod, Veronen. an. 1542. ti. 5. c. 9.

igno-

ignorantia, sive ex alia causa, non Confessores sed confusores sint: credentes se absolutos, à Parochianis suis, eorum quasi invitis dentibus, ad sacram Communionem admitti volunt, interceptis litteris officii aut sigilli nostrorum Pœnitentiariorum. Mandamus, quòd Sacerdotes curati nullo modo admittant istos tales concubinarios, fures, & usurarios, ac alios adhuc in peccato perseverantes, ad sacramentum, etiam cum dictis sigillis seu bulletis; cum impossibile esset, quòd tales potuerint absolvi si veritatem dixissent, cum adhuc in peccato perseverent, & sint scandalosi, & nullam satisfactionis aut pænitentiæ partem præmiserint.

Quæst. 17. Possunt-ne simplices Confessarii propria authoritate imponere pœnitentias publicas, non consulto Episcopo Diœcesano?

Resp. Ut huic quæstioni satisfaciamus, supponendum est, dividi posse pœnitentias publicas in solemnes, & simpliciter publicas. Pœnitentia solemnis ea dicitur, quæ solemniter ab Episcopo indicitur die Cinerum, quo die de Ecclesia pœnitentes ejiciuntur, usque in diem in Cœna Domini, ut præscribitur in Rituali Romano publicato à Clemente VIII. anno 1595. p.3. tit. *De Expulsione publicè pænitentium ab Ecclesia, in feria 4. Cinerum.* Cùm hæc Pœnitentia solemnis imponi possit à solo Episcopo, simplices Confessores eam injungere facultatem non debent: verumtamen pęnitentes hortari possent, ut se Episcopo sistant, ad eam ab ipso recipiendam, si compertum haberent, Episcopum eam aliis pœnitentibus imponere velle, ineunte Quadragesimâ.

Quantùm verò ad Pęnitentiam publicam, sed non solemnem, constat non mo-

dò, ab omnibus Confessariis imponi eam posse suis pęnitentibus, iis in Diœcesibus, in quibus impositio hujusmodi satisfactionum publicarum expresse non est Episcopo reservata, verùm etiam præceptam esse à Concilio Tridentino; ut vidimus in quæstione præcedente. Nihilominùs tamen in casu quodam extraordinario, ubi Confessarius dubitat de publica Pœnitentia à se imponenda, seu qualem publicam Pœnitentiam possit imponere, consulat prudenter Episcopum necesse est, ut egregiè traditum est in excellenti Instructione typis edita anno 1661. Gallico idiomate ab Illustrissimo Præsule Felici Vialard Episcopo Catalaunensi super Marnam.

„ *Ecclesiastica disciplina*, inquit, *quæ peccatores* publicos publicæ subjicit Pœnitentiæ, ut sanctissimè fuit ab Apostolis stabilita, ita à Patribus omnibus & Conciliis recepta, etiam in sæculo præterito à Concilio Tridentino instaurata, à summis Pontificibus sanctisque deinceps sequentibus Præsulibus, & præsertim à S. Carolo cum insigni utilitate populorum sibi commissorum, & denique à Clero Gallicano in usu revocata, per Instructiones Confessariis datas, ab eodem S. Carolo, de quibus superiùs diximus, quasque idem Clerus Gallicanus, vertendas imprimendasque, & publicandas curavit, non ita pridem linguâ vulgari, authoritate suâ illas omnibus hujus regni Præsulibus commendando, ut eas tanquam certas regulas, in administratione Sacramenti Pęnitentiæ, omnes Confessarii sequantur.

„ Cùm inquam hæc disciplina tantoperè comprobata, tam sancta & Apostolica, tam justa & utilis, non minùs sit necessaria, hòc corrupto quo vivimus sæculo, quàm

quàm in præcedentibus, ut ſcandala, quæ "
Chriſtianam deturpant religionem, cum "
bonorum omnium gemitu, penitùs expel- "
lant, quippè quæ infinitam malorum Chri- "
ſtianorum multitudinem in inferos præci- "
pitant. "

Rogamus & obteſtamur Decanos, Pro- "
motores, per charitatem Chriſti Domini "
noſtri, per gloriam ejus, & animarum ſa- "
lutem, quibus ſalvandis debent incumbe- "
re, per adventum ejus, ultimumque judi- "
cium, ut omni modo eam introducere, & "
in Diœceſi noſtra fovere conentur: quocir- "
cà quoties ad ipſos acceſſerint publicè blaſ- "
phemantes, concubinarii omnibus noti, "
meretrices, ebrioſi, ſcandaloſi, Feſtorum "
& Dominicarum dierum violatores, qui "
manifeſtas exercent inimicitias, & alii "
ſimiles peccatores, iis abſolutionem non "
impertiantur, neque ad Sacramentorum "
participationem admittant, niſi priùs ſcan- "
dalum ſuſtulerint, & publicam ſatisfactio- "
nem peccati gravitati aliquo modo conve- "
nientem præſtiterint, ſive peccatum ſuum "
cum dolore confitendo, coram iis, quos "
ſcandalo affecerunt, vel etiam coram aliis "
viris honore dignis: ſive aliquid tribuendo "
ad Eccleſiæ ornatum, ut ita ſcandalum "
aliquo modo reparare valeant, ut illis "
præſcriptum fuerit: ſive aliquo demùm "
alio modo ſcandali magnitudini congruo. "
Prætereà Curatos omnes & Confeſſarios à "
nobis approbatos, hortamur, ut eodem "
modo ſe gerant erga peccatores publicos, "
neque his indulgentiores ſint propter ra- "
tiones aliquas mundanas, aut infirmitatem "
aliquam ſuo munere minùs dignam. "

Ubi verò ſcandalum modum exceſſerit, "
nec ſatis compertum habuerint tunc Paro- "
chi, qualem Pœnitentiam imponere de- "
beant,

„ beant, aut qualem pœnitentes ſubire poſ-
„ ſint, quemadmodum accidere ſolet in ſin-
„ gularibus certaminibus, divortiis, cogna-
„ torum inimicitiis, & aliis hujuſcemodi
„ peccatis; iis ſignificabunt Decani, nos id
„ velle priùs ſcire, quàm quidquam ſtatuant,
„ aut exequantur: idque ipſum à Decanis in
„ ſimilibus caſibus ſervari volumus.

Quæſt. 18. Quaſnam pęnitentias publicas poſſet Confeſſarius injungere in praxi peccatoribus publicis?

Reſp. Cum præcipua ratio, propter quam imponitur Pęnitentia publica, ſit ad medendum ſcandalo, ut ait Concilium Tridentinum; oportet ut Confeſſores rationem habentes, & qualitatis perſonarum, & peccati commiſſi, præſcribant pęnitentias, quæ clarè oſtendant, peccatorem ſui criminis pœnitere, & curare, ut Deo, & Eccleſiæ, per Pęnitentiam à Confeſſario impoſitam, ſatisfaciat. Sic v. g. injungere poſſet Confeſſarius, ut qui publicè peccavit, genibus flexis, oculis demiſſis, & ſummâ cum modeſtiâ veſtitus, cereum in manu tenens, aut etiam ſine cereo in veſtibulo Eccleſiæ; aut ante januam per Miſſam Parochialem interſit. Ut cuidam proceſſioni nudis pedibus incedat. Ut comitetur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cùm defertur ad infirmos, accenſo cereo præ manibus per annum. Ut genuflectat per aliquot horas ante fores Eccleſiæ, & interim hoc corporis habitu recitet Pſalmos pęnitentiales die Feſto. Poſſet etiam in Pęnitentiam injungi blaſphematori publico, ut coram illis, quos ſcandalo offendit, dicat ſe ſuorum exceſſuum pęnitere, etiam atque etiam eos deprecans, ut orent Deum pro eo ad obtinendam ſuorum peccatorum veniam.

Parochus poſſet etiam præſcribere peccatori publico, ut genufleêteret in extrema Eccleſiæ parte tempore Catechiſmi, ſeu inſtructionis familiaris, quam ſingulis Dominicis inter Miſſarum ſolemnia habere debet ad populum juxta mentem Concilii Tridentini: quâ functione peractâ, Parochus, qui de hoc priùs cum pęnitente convenerit, poſſet adſtantibus dicere, talem, v. g. Petrum veniam petere à Deo, & ab Eccleſia pro ſcandalo dato, & in Pęnitentiam ſuſcepturum talem peregrinationem pedibus; & ſic de cæteris, quæ Chriſtiana prudentia ſuggeret Confeſſori, qui tamen ſemper rationem habere debet qualitatis criminis commiſſi, ætatis, ſexus, conditionis, infirmitatis, aut conſtantiæ pęnitentis.

Sic aliquando fecit D. Auguſtinus in ſermone quem habuit ad populum, in quo injunxit Pęnitentiam publicam cuidam Chriſtiano qui aſtrologiam judicialem exercebat. *Cùm Mathematicus in populo monſtraretur*, ait D. Auguſtinus, *iſte ſeductus ab inimico, cùm eſſet fidelis, diu Mathematicus fuit, ſeductus ſeducens, deceptus decipiens, illexit, fefellit, multa mendacia locutus eſt contra Deum . . . . modò ſicut de illo credendum eſt, horruit mendacium, & multorum hominum interitum: ſe aliquando à diabolo ſenſit illectum, convertitur ad Deum pænitens. Putamus, Fratres, de magno timore cordis accidiſſe . . . . . Pænitens eſt, non quærit niſi ſolam miſericordiam . . . . . ſciatis eum tamen Fratres, olim pulſare ad Eccleſiam ante Paſcha. Ante Paſcha enim cæpit petere de Eccleſia Chriſti medicinam; ſed quia talis eſt ars, in qua exercitatus erat, quæ ſuſpecta eſſet de mendacio atque fallacia, dilatus eſt ne tentaret, & aliquando tamen admiſſus eſt ne* S. Auguſt. in Pſ. 61. in fine.

pe-

periculosiùs tentaretur. Orate pro illo Christum, prorsus hodiernam precem pro illo fundite Domino Deo nostro.

Considerare etiam debet Confessarius, Pęnitentiam quæ levior foret, si privata esset, gravem fieri, quando publicè fit.

Quæst. 19. Quænam præterea habere debet præ oculis Confessarius, ut imponat pęnitentias convenientes?

S. Carol. Act. p. 4.

Resp. Debent Confessarii secundùm consilium D. Caroli pluribus Actorum suorum locis, & præsertim part. 4. pag. 769. Pęnitentiales Canones scire; licèt enim eos possint, & debeant prudentiâ suâ moderari, juxta contritionem pœnitentis, habitâ semper ratione qualitatis personæ, & aliarum circumstantiarum: nihilominùs tamen utile est eos servare, & tanquam certas regulas sequi, quantùm liceat, & expediens fuerit. Licèt autem Confessarius non imponat Pęnitentiam juxta antiquos Canones, utile tamen sæpiùs erit eos manifestare Pęnitenti, ut ita Ecclesiæ judicio, peccatorum suorum gravitatem, & quas pro illis merentur pęnas, possit percipere, & ita ad majorem contritionem excitari possit, & ad impositam Pęnitentiam faciliùs & promptiùs exequendam.

Deve il Confessore sapere li Canoni penitéziali percio che quantunque si possino e debbino moderare ad arbitrio di prudéte e discreto Cõfessore, secondo la cõtritione del penitente, ò la qualità e diversità delle circostanze; nõdimeno è bene sépre guardare li sodetti Canoni, & a quelli come a regole conformarsi quanto si giudicarà spediente: e quantunque il Confessore non imporrà la penitenza del Canone antico, doverà nondimeno spesse volte manifestarlo al penitente, per indurlo a maggior contritione, & al esseguire tanto più prontamente la minore penitenza che gli sarà stata ingionta, cavando utilità dalla benignità che hoggi usa seco la S. Chiesa in mitigar il rigore dell'antica disciplina Ecclesiastica.

COM-

COMPENDIUM CANONUM POENITENTIALIUM

Ex Instructione S. Caroli ad Confessores desumptorum, quorum cognitio Parochis & Confessoribus necessaria est.

Contra primum Praeceptum.

QUi Fidem Catholicam deseruerit, Penitentiam aget annis decem.

Qui diabolo immolaverit, in Penitentia erit annis decem.

Qui aliquam Gentilium superstitionem sequutus fuerit, Penitentiam aget annos duos.

Qui comederit ex sacrificio Paganorum, penitens victitabit pane & aquâ dies triginta.

Qui cum Judaeo cibum sumpserit, penitens erit dies decem, pane & aquâ victitans.

Qui auguriis, & divinationibus servierit, quive incantationes diabolicas fecerit, penitens erit annos septem.

Qui Magos consuluerit, in Penitentia erit annis quinque.

Qui herbas Medicinales cum incantatio-ni-

nibus collegerit, Pęnitentiam aget dies viginti.

Si quis ligaturas, aut fascinationes fecerit, pęnitens erit annos duos per ferias legitimas.

Contra secundum Præceptum.

Si quis, postquam Deo voverit, ad sæculum redierit, Pęnitentiam aget annos decem, quorum tres in pane, & aquâ.

Quicumque sciens pejeraverit, quadraginta dies in pane, & aqua, & septem sequentes annos pęniteat, & nunquam in testimonium recipiatur.

Qui perjurium in Ecclesia fecerit, Pęnitentiam aget annos decem.

Qui sciens pejerat domini impulsu, pęnitens erit Quadragesimas tres, & ferias legitimas. Dominus autem, quia pręcepit, quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequentes annos.

Si quis per cupiditatem perjurium fecerit, Quadragesimam in pane & aqua jejunet, & quamdiu vivit, omnes sextas ferias; aut Monasterium ingressus, jugi se Pęnitentiæ subdat.

Si quis coactus, & necessitate aliqua impulsus perjurium commiserit, erit in Pęnitentia Quadragesimas tres.

Qui compellit alium, ut falsum juret; quadraginta dies in pane & aqua, & septem annis in Pęnitentia erit.

Si quis jusjurandum, quo se Regi, & Domino astrinxerit, violaverit, in Monasterio Pęnitentiam aget omnibus diebus vitæ suæ.

Si quis jurejurando astrinxerit, ut cum aliquo litiget, nec pacem cum eo habeat; Pęnitentiam aget dies quadraginta in pane,

& aqua,

& aqua, per annum à Sacra Communione ſegregatus, ad Charitatem verò celeriter redeat.

Si quis Deum vel Beatam Virginem, vel aliquem Sanctorum publicè blaſphemaverit, præ foribus Eccleſiæ diebus Dominicis ſeptem, in manifeſto dum Miſſarum ſolemnia agantur ſtet, & ultimo ex illis diebus, ſine pallio & calceamentis ligatus corrigia circa collum, ſeptemque præcedentibus feriis ſextis, in pane & aqua jejunet: Eccleſiam nullo modo tunc ingreſſurus: recuſans, Eccleſiæ ingreſſu interdicatur: in obitu, Eccleſiaſtica ſepulturâ careat.

Contra tertium Præceptum.

Qui opus aliquod ſervile, die Dominico, feſto ve fecerit; Pęnitentiam aget tres dies in pane, & aqua.

Qui die Dominico opus terrenum fecerit, dies ſeptem Pęnitentiam aget.

Si quis ante Eccleſiam ſaltationes fecerit, Pęnitentiam aget diebus tribus.

Si quis pranſus Miſſæ interfuerit, pęnitens erit dies tres in pane, & aqua.

Si quis Sacram Communionem ſumpſerit poſt aliquam vel minimam deguſtationem, Pęnitentiam aget dies decem in pane, & aqua.

Si quis in Eccleſia confabuletur, cùm divina ſiunt, pęnitens erit dies decem in pane, & aqua.

Si quis jejunia à ſancta Eccleſia indicta violaverit, Pęnitentiam aget dies viginti in pane, & aqua.

Qui in Quadrageſima jejunium violaverit, pro uno die, Pęnitentiam aget dies ſeptem.

In Quadragesima, carne sine inevitabili necessitate vescens, in Pascha non communicet, ac prætereà à carne abstineat.

Si quis jejunium quatuor temporum non custodierit, Pęnitens erit dies quadraginta in pane, & aqua.

Contra quartum Præceptum.

Qui Parentibus maledixerit, quadraginta dies pęnitens erit in pane, & aqua.

Qui Parentes injuriâ affecerit, tres annos.

Qui percusserit, annos septem.

Si quis contra Episcopum, & Pastorem insurrexerit, in Monasterio Pęnitentiam aget omnibus diebus vitæ suæ, & omnia bona ejus proscriptione publicentur.

Si quis Episcopi, vel Parochi doctrinam, vel præcepta irrideat, vel subsannet, aget in pane, & aqua Pęnitentiam dies quadraginta.

Contra quintum Præceptum.

Qui Sacerdotem voluntariè occiderit, carne, & vino abstineat cunctis diebus vitæ suæ; quotidie, exceptis Festis, Dominicisque, jejunet, non ingrediatur Ecclesiam quinque annis: sed præ ejus foribus stet, & per annos decem non communicet.

Si quis Presbyter, Presbyterum occiderit, Pęnitentiam aget annos viginti octo.

Si quis Patrem, aut Matrem, fratrem, aut sororem occiderit, toto vitæ suæ tempore non suscipiat Corpus Domini, nisi in obitu: abstineat à carne & vino, dum vixerit, & jejunet feriis legitimis.

Qui

Qui filium suum, vel filiam voluntariè occiderit, extra patriam quinque annis exul fiat, deinceps viginti annis pęniteat.

Si qua mulier spontè abortum fecerit, Pęnitentiam aget tres annos: si nolens, quadragesimas tres.

Qui sceleris occultandi causâ filium necaverit, Pęnitentiam aget annos decem.

Qui nolens filium oppresserit, Pęnitentiam aget dies quadraginta: deindè pęnitens erit tres annos per legitimas ferias.

Cujus parvulus sine Baptismo per negligentiam moritur, tres annos pęniteat.

Qui mortem sibi consciverit, pro eo nulla in Missa commemoratio fiat, & Ecclesiasticâ sepulturâ careat.

Quæ veneno, aut alio quovis modo, maritum peremerit, Monasterium ingredietur.

Si quis spontè hominem occiderit, ad januam Ecclesiæ semper ęrit, & in obitu solùm Communionem recipiat.

Si quis per iram subitam, aut per rixam, hominem necaverit, Pęnitentiam aget annos tres.

Si casu homicidium fecerit, Pęnitens erit quadraginta dies, & post quinquennium ad Communionem recipiatur.

Si homicidii auctor fuit ob consilium quod dedit, Pęnitentiam aget annos septem.

Si quis aliquem calumniaverit, vel ei aliquod membrum præciderit, Pęnitentiam aget uno anno per legitimas ferias.

Si quis ictum proximo dederit, nec nocuerit, id est, absque vulnere, tres dies Pęnitentiam aget in pane, & aqua.

Si

Si quis fratri suo, quem oderit, reconciliari non vult: tamdiu in pane, & aqua Pœnitentiam aget, quoad reconcilietur.

Contra sextum Præceptum.

Si solutus cum soluta concubuerit, pęnitens erit annos tres: & quantò sæpiùs, tantò majori Pęnitentiâ afficietur.

Uxor, conscio viro, męchata, in obitu solùm communicabitur; si dignam Pęnitentiam egerit, post decem annos Sacram Communionem sumat.

Si quis conjugem fornicari consenserit, diebus omnibus vitæ in Pęnitentia erit.

Vir solutus si cum alterius uxore adulterium commiserit, Pęnitentiam aget annos quinque, mulier septem.

Si quis maritus semel lapsus est, Pęnitentiam aget annos quinque: Si sæpiùs, omnibus diebus vitæ suæ.

Si quis adolescens cum Virgine peccaverit, Pęnitentiam aget annum unum.

Qui balneum cum fęmina ingressus est, Pęnitentiam aget annos tres: qui concupierit Virginem, quam postea uxorem duxit, Pęnitentiam aget annum unum: si verò non duxit, annos duos.

Vidua quæ stuprum admiserit, Pęnitentiam aget annum totum, & præterea in altero anno dies jejuniorum.

Cum duabus sororibus fornicatus, Pęnitentiam aget toto vitæ tempore.

Qui incestum minus fecerit, Pęnitens erit annos duodecim.

Quicumque Sacerdos spiritualem filiam violaverit, dignitatis honorem amittet, & perpetuam Pęnitentiam aget.

Qui Monialem violaverit. Pęnitens sit annos decem.

Qui cum brutis coierit, Pęnitentia afficietur annorum decem, & diuturniori etiam pro personæ conditione.

Qui contra naturam cojerit, si servus est, scopis castigabitur, & pęnitebit annos duos; si liber est, & matrimonio junctus, annos decem: si solutus, annos septem: pueri, dies centum.

Quicumque lenocinium exercuerit, Pęnitentiam aget annos duos, & Sacram Communionem non accipiet, nisi in fine vitæ.

Si quæ mulier, cerussa, aliove pigmento se oblinit, ut aliis viris placeat, Pęnitentiâ afficietur annorum trium.

Qui polluitur ob prava noctu desideria, septem Psalmos recitabit, & dies triginta Pęnitentiam aget.

Contra septimum Præceptum.

Qui furatus est aliquid Ecclesiæ supellectili, tres quadragesimas cum septem sequentibus annis pęnitebit.

Qui sacras reliquias furatus est, septem quadragesimas jejunabit.

Qui pecuniam Ecclesiasticam furatus est, quadruplum reddet, & pęnitens erit annos septem.

Qui Ecclesiam incenderit, Pęnitentiam aget annos quindecim: similiter qui incendio consenserit.

Si quis sepulchrum violaverit malâ intentione, pęnitens erit annos septem.

Qui decimam sibi retinuerit, aut dare neglexerit, quadruplum restituet, & Pęnitentiam aget dies viginti in pane & aqua.

Qui hospitalis domus administrator, aliquid de administratione subtraxerit, pęnitens erit annos tres.

Qui fregerit noctu alicujus domum, & aliquid ceperit, Pęnitentiam aget annum unum in pane, & aqua.

Si quis furtum de re minori semel, aut bis fecerit, restitutâ re, Pęnitentiam aget annum unum.

Qui rem inventam non reddit, furtum committit, idcircò tanquam de furto Pęnitentiam aget.

Si quis usuras accipit, rapinam facit; ideoque Pęnitentiam aget annis tribus, uno in pane, & aqua.

Omnes hæ Pęnitentiæ pro furto datæ, semper præter restitutionem intelligendæ sunt.

Contra octavum Preceptum.

Qui fallum testimonium præstiterit, toto vitæ tempore Communionem non suscipiet.

Qui falso testimonio consenserit, pęnitens erit annos quinque.

Qui proximo falsum crimen objicit; pœnitentia afficietur, ut falsus testis.

Qui proximo detraxerit, pęnitentiam aget dies tres.

Qui falsam stateram, mensuramque adhibuerit, pœnitens erit in pane, & aqua dies viginti, præter restitutionem.

Falsarius, in pane, & aqua pęnitentiam agat, quamdiu vivit.

Si quis facilè detraxerit, falsumque in hoc dixerit, septem diebus jejunabit in pane, & aqua.

Cano-

Canones Pœnitentiales pro ſeptem peccatis Capitalibus.

Capitalia peccata, quę principalia etiam vocantur, utpotè è quibus omnia vitia principium habent, ſunt Superbia, Vana gloria, Avaritia, Luxuria, Invidia, Ira, Gula, & Acedia ſeu Pigritia.

Pro Capitali, mortalique crimine, pęnitentia ſeptem annorum indicitur, niſi peccati gravitas, & perſonæ ſtatus, graviorem, & diuturniorem pęnitentiam requirat.

Pro Capitali crimine, pęnitentiam aget Laicus annos quatuor; Clericus, quinque; Subdiaconus, ſex; Diaconus, ſeptem; Præsbyter, decem; Epiſcopus, duodecim.

Sacerdos imprudenter ebrius factus, pane & aquâ Pęnitentiam agat dies ſeptem; ſi per negligentiam, dies quindecim jejunabit; ſi per contemptum, dies quadraginta.

Diaconus & alii Clerici pro Acedia, pęnitentiam agent ſecundùm judicium Preſbyteri; Monachus jejunabit menſes tres in pane, & aqua: Clericus, viginti dies: Laicus graviter redarguetur, & ad Pœnitentiam cogetur per Preſbyterum.

Qui humanitatis gratiâ, alium inebriare impulerit, eum ad bibendum excitando, pęnitentiam aget dies ſeptem: Si per contemptum prohibitionis, dies triginta.

Qui præ ebrietate & crapula, vomitum fecerit: Si Presbyter aut Diaconus, pœnitentiam agat dies quadraginta. Si Monachus ſit aut Clericus, dies triginta. Si Laicus, dies quindecim, aut ut legitur in

alio Canone, à vino, & carne abstineat dies tres.

Si quis Gulæ causâ, ante horam legitimam jejunium fregerit, duos dies pęnitentiam aget in pane, & aqua.

Canones Pœnitentiales pro aliis peccatis.

Sacerdos excommunicatus si celebrat, tribus annis pęnitens sit, per quos in singulis hebdomadis abstinebit à carne & vino secunda, quarta, & sexta feria.

Si Presbyter in perpetuum depositus celebrare audeat, privetur Communione, usque ad ultimum diem, & in excommunicatione est, Viaticum tantùm in fine vitæ sumens.

Si Presbyter Guttam sanguinis Jesu-Christi cadere sinat in terram, pęnitentiam aget dies quinginta. Si ceciderit in primam Altaris mappam, dies duos. Si ad secundam pervenerit, dies quatuor; si ad tertiam, dies novem; si ad quartam, dies viginti. Si per inadvertentiam id fecerit, licèt nullum inde malum, aut scandalum ortum sit, tribus mensibus à sui muneris administratione amovetur.

Qui sciens se rebaptizandum curaverit, si quidem per hæresim tale flagitium perpètrarit, Pęnitentiam agat annos septem, tres quadragesimas primi anni jejunet in pane & aqua, & quarta & sexta feria aliorum annorum.

Si propter purificationem se rebaptizandum curaverit, Pęnitentiam aget annos tres: si per ignorantiam, non peccat quidem; nihilominùs non promoveatur ad sacros Ordines, licèt excellens, & eximius videatur.

Si

Si Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus se rebaptizandum curaverit, per totam vitam Pęnitentiam aget.

Clerici, Monachi, & Monachæ sponte sua per hæreticos rebaptizati, Pęnitentiam agent per annos duodecim.

Presbyter qui clandestinis sponsalibus interfuerit, suspendatur ab officio suo annos tres.

Presbyter qui mortuum Corpus, Altaris Mappis involverit, Pęnitentiam aget annos decem, & menses quinque: Diaconus autem, annos tres, & menses sex.

Qui legata pia Ecclesiæ non solvit, uno anno Pęnitens sit, & per legitimas ferias jejunet.

Qui sui sexus habitum mutaverit, Pęnitentiam aget annos tres, promittens emendationem.

Infirmos & in carcere detentos visitare negligens, Pęnitentiam aget dies decem, pane, & aqua victitans.

Ut intelligantur hæ Pęnitentiæ per Canones Pęnitentiales impositæ, scire juvat, ut ait S. Carolus, qui Canones Pęnitentiales collegit in instructionibus datis Confessariis, & à quo eas hausimus, quòd tempus Pęnitentiæ antiquitùs exprimebatur per certum dierum numerum, aliquando per quadragesimas, & aliquando per annos.

Cùm Pęnitentia indicebatur per certum dierum numerum, v. g. decem, viginti, aut triginta, jejunari solebat illis diebus sine intermissione in pane & aqua.

Cùm verò indicebatur per quadragesimam, jejunabatur pariter per spatium dierum quadraginta in pane & aqua, & præter id jejunii tempus, sæpè ibant nudis pedibus, non armis, non matrimonio ute-

bantur, nec lineis vestibus, & soli cibum sumebant.

Quòd si plures quadragesimæ intra eundem annum indicerentur, redigi solebant ad tres; quarum prima erat ante diem Nativitatis Domini; altera ante Pascha Resurrectionis; tertia ante diem Festum S. Joannis Baptistæ. Per has quadragesimas jejunabat pœnitens pane & aqua feriis tantùm legitimis, quo nomine intelliguntur feria secunda, quarta, & sexta.

Denique quando Pęnitentia imponebatur ad unum aut plures annos, in unaquaque hebdomada tres dies, id est, secunda feria, quarta, & sexta in pane & aqua pęnitens jejunabat primo anno; feria verò tertia, quinta, & Sabbatho, uti poterat pisciculis, fructibus, oleribus, & leguminibus, & cervisiam bibere. Diebus autem Dominicis, & Festis Nativitatis, Epiphaniæ, & per totam octavam Paschæ jejunare non tenebatur.

Pœnitentia secundi anni talis erat, ut hos duos dies, id est, secunda & quarta feria eodem modo viveret, ac reliquis diebus; sed feria sexta jejunabat in pane, & aqua, & tres servabat quadragesimas. Si plures præterea essent anni Penitentiæ, tres tantùm servabantur quadragesimæ.

Quæst. 20. Numquid dici posset, per contrariam consuetudinem abrogatos esse prædictos Canones Pęnitentiales, ac proinde à Confessoribus rationem non habendam hujusmodi Canonum in imponendis Pęnitentiis?

Resp. S. Carolus oppositum sentit: *Sunt enim*, inquit, *hujusmodi Canones* quasi regulæ quædam, à quibus cum ad culpæ commissæ gravitatem rectè dignoscendam,

tum

tum ad imponendam pro illius ratione veram Pœnitētiam Sacerdotes Confessarii ita diriguntur, ut ubi singula, & quæ ad peccati magnitudinem, & quæ ad pœnitentis statum, conditionem, ætatem, intimumque cordis contriti dolorem pertinent, accuratè perpenderint, tum demùm Pœnitentiam judicio, ac prudentia sua moderentur.

Ratio est, quia cùm dici nullatenùs possit, quòd Ecclesia à Spiritu sancto directa & gubernata, aliquid statuere queat absque summa prudentia, nec proinde dici poterit, quòd nimiâ usa fuerit severitate erga priorum sæculorum Fideles, quando Canones Pęnitentiales statuit. Cùm igitur hujus temporis Fideles sanctiores non sint primis Christianis, cùm idem sit Deus qui offenditur, & idem crimen quod admittitur, æquum est, ut idem homo satisfaciat eidem Deo, pro eodem crimine, in eadem Ecclesia, eodem modo.

Tolerat quidem gemens Ecclesia usum à laxitate invectum, quem nimia præsentium Christianorum introduxit vivendi licentia, & tacet: Mater est dolens & afflicta, quæ suos gemitus, & suspiria comprimere cogitur, quia profutura non videt, quoniam vix, ac ne vix quidem, præsentes peccatores pęnitentiis antiquis subjici possunt.

Ex quibus inferre solummodò licet cum D. Carolo, quem in initio responsionis superioris laudavimus, & cum S. Francisco Salesio in suis admonitionibus ad Confessores, cap. 8. Confessarium non debere quidem Pęnitentiam ab antiquis Canonibus præscriptam imponere, ubi videt Pœnitentem minimè paratum, & dispositum ad eam suscipiendam, & tunc satiùs qui-

dem fuerit faciliorem imponere, cùm meliùs sit ut plurimùm Pęnitentes cum amore, & benignitate, sine ulla tamen adulatione, quàm cum rigore tractare; nihilominùs tamen antiquos Canones inculcandos esse, monendumque Pęnitentem, pro gravitate criminum suorum, majorem & severiorem Pęnitentiam se mereri, ut impositam cum majori humilitate & devotione suscipiat.

Synod. Veliterna, ann. 1698. tit. 13. Et in celebri Synodo Veliterna, ab Eminentissimo quondam Alderano Cardinali Cibò, sacri Collegii Decano, congregata, sic expressè habetur: *Etiamsi rigor Canonum pænitentialium, fervore fidelium refrigescente, remissus sit; studeant nihilominus Confessarii se illis in injungendis pænitentiis, quantùm licuerit, conformare, tum quoad illarum quantitatem, ut gravitati culpæ, & possibilitati confitentis suo modo respondeant; tum quoad qualitatem, ut non solùm satisfactionis, sed etiam medicinæ vim habeant. Erunt autem hujusmodi, si contraria peccatis opera, ut si lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis humilitatem præcipiant.*

Synod. Bononiensis ann. 1698. lib. 2. c. 5. Unde etiam Eminentissimus Jacobus Cardinalis Boncompagnus, in recentiori Synodo Bononiensi, vult, ut *quò faciliùs commissa facinora detestentur pænitentes, de veteri Ecclesiæ severitate in pænitentiis imponendis doceantur; ut hinc horrore concepto, à perpetrandis sceleribus deterreantur. Quapropter Confessarios tam Civitatis quàm Diœcesis hortamur, ut pænitentiales recurrant Canones, reprimantque peccandi licentiam, primævos rigores alioquin piæ Matris Ecclesiæ obtrudendo.*

Idem

Idem planè statuitur à Cosmo Cardinali de Torres in Synodo Perusina his verbis: *Caveant Confessarii, juxta Tridentini Concilii Decretum, ne cum pœnitentibus indulgentiùs quàm par est, agant, pro gravissimis videlicet delictis levissimas satisfactiones injungendo; sed ad peccatorum vindictam & castigationem, pro delicti gravitate & personarum qualitate, quantum præsentium temporum ratio & hominum infirmitas patitur, proximè ad antiquorum Canonum normam, prudenter & discretè accedant; admonitis pœnitentibus, quam cuique peccato Canones illi pœnitentiam statuerint, ut cognoscant quanto benigniùs cum peccatoribus Sancta Mater Ecclesia his temporibus, ad eos Deo reconciliandos agat, atque ita libentiùs injunctas sibi pœnitentias suscipiant, & majorem in futurum ad fugienda peccata diligentiam adhibeant.* Synod. Perusina, an. 1632. de Pœnit. c. 5.

Concilium Provinciale Beneventanum à Cardinali Jacobo Sabello congregatum, decernit, *ut confitentes admoneantur de rigore pœnarum canonicarum, de quibus Canones pœnitentiales extant. Mandamus & injungimus, ut Confessarii confitentes de eo quàm sæpissimè inter confitendum admoneant; horum autem pœnitentialium Canonum severitatem, pro recepta posteriorum temporum consuetudine, ex catholicæ Ecclesiæ indulgentia, aliis bonis operibus pro satisfactione mitigent, quod prudenti judicio, pro peccatorum qualitate pœnitentiumque viribus, consolando arguendoque præstent.* Conc. Benevent. an. 1567. de Pœnit. c. 1.

Et Concilium Florentinum Provinciale ab Archiepiscopo Antonio Altovita convocatum, statuit, ut *Confessarii Canones pœnitentiarios non ignorent, ut confitentes ex eis peccatorum gravitatem conjicere & cognoscere possint, atque inde faciliùs ad anti-* Concil. Prov. Florent. ann. 1573. De Pœnit. c. 4.

quarum satisfactionum severitatem, quoad fieri potest, opere, aut saltem animo, se transferant.

Synod. Ferrarien. an. 1612. De Pœnit. nu. 20.

Cardinalis Jo: Baptista Lenius, in Synodo Ferrariensi: *Noverint*, inquit, *Confessarii pœnas à Sacris Canonibus singulis criminibus impositas, ut quasi comparatione facta, intelligant pœnitentes, quàm se mitiorem Ecclesia cum illis præbeat, quàm gravitas peccatorum requirat.* Unde etiam in eadem Synodo inserti sunt Canones Pœnitentiales, cum eorum distinctâ explicatione, ex Pœnitentiali Romano.

Synod. Placentina, ann. 1570. de Pœnit.

Cardinalis Paulus de Aretio, in Synodo Placentina statuit his verbis: *Et quoniam universæ satisfactionis modum, culpæ ratio temperare debet: nosse studeant Canones, qui ad satisfactionis & pœnitentiæ modum pertinent. Ita tamen hac ipsa in re se gerant, ut eum norint, quanta & cura & diligentia pœnitentiæ olim præscriberentur, id etiam pœnitentes ipsos, prout culpæ gravitas postulabit, aliquando moneant; quo diligentiùs illi & in posterum peccata vitent, & præterita vehementiùs defleant.*

Synod. Tarentina, ann. 1614. tit. 24. c. 1.

Cardinalis Bonifacius Caetanus, in Synodo Tarentina: *Confessarios*, inquit, *omnes antiquos Pœnitentiales Canones optimè callere oporteret; ut ex veteri Ecclesiæ more, publicas pœnitentias, si quando injungendæ forent, & privatas etiam ad instar illorum, quantùm fieri potest, accomodare procurarent.*

Quæst. 21. Quænam prætereà observanda sunt à Confessore in imponendis pœnitentiis?

Resp. Cavere debet, ut ait S. Franciscus Salesius in admonitione sua ad Confessarios loco citato, ne imponat Pœnitentias confusas, & intricatas variis orationum, alia-

aliarumque rerum generibus, v. g. ut recitet pęnitens ter orationem Dominicam, Hymnum aliquem, Preces, Collectas, Antiphonas, Psalmos; neque varias diversasque debet præscribere actiones, v.g. ut per tres dies eleemosynas largiatur, tribus feriis sextis jejunet, Missam unam celebrari curet, sese quinquies disciplinâ percutiat. Ex hac confusione actionum, & orationum, duo sequuntur incommoda; alterum, quòd pęnitens eorum obliviscitur, & postea scrupulis angitur; alterum, quòd plus cogitat quid dicendum, faciendumque sit, quàm de iis ipsis quæ dicit, & facit; & dum in memoria sua quærit quid faciendum sit, aut in horis quid dicendum, devotionis fervor tepescit, & friget.

Caput VIII.

De Ministro Sacramenti Pœnitentiæ.

Quæst. I. QUisnam est legitimus Sacramenti Pœnitentiæ Minister?

Resp. De Fide est definitum in Concilio Tridentino, solum Sacerdotem habere authoritatem absolvendi, ut habetur in Decreto Eugenii in Concilio Florentino, ubi sic dicitur: *Minister hujus Sacramenti est Sacerdos, habens authoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione Superioris.* Verba verò Concilii Tridentini hæc sunt: *Circa Ministrum autem hujus Sacramenti, declarat sancta Synodus, falsas esse, &* Sess.14.c.6. *à veritate Evangelii penitus alienas doctri-*

nas omnes, quæ ad alios quosvis homines præter Episcopos, & Sacerdotes, Clavium Ministerium perniciosè extendunt.

Quæst. 2. Sufficit-ne, ut quis sit Sacerdos, ad audiendum validè Confessiones?

Resp. Non sufficit, sed ut possit validè absolvere, præter potestatem Ordinis, quam universi Sacerdotes habent, requiritur potestas Jurisdictionis; ut definivit idem Concilium Tridentinum his

Ses.14.c.7. verbis: *Hæc Synodus confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet Iurisdictionem.*

Quæst. 3. Quinam habent Jurisdictionem in Pœnitentem?

Resp. Episcopi in tota Diœcesi, & Parochi in propria Parochia; sed in aliis Sacerdotibus requiritur expressa Episcopi approbatio ad audiendas Confessiones, ut definivit Concilium Tridentinum his verbis:

Cõc. Trid. sess. 23. c. 15. *Decernit sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem obtineat, Privilegiis & consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus.*

Et si Episcopi eos approbent ad certum tempus, aut ad quædam loca, & quasdam tantùm personas; hujusmodi Sacerdotes nullatenùs transire possunt statutos limites: ut enim ait S. Carolus in Concilio Mediolanensi 6. *Episcopus à Confessionibus audiendis suspendat, aut omninò amoveat Confessarios etiam Regulares jam approbatos,*

S. Carol. Conc. Mediol. 6. tit. Quæ ad Pœnit. Sacramentũ pertinent.

batos, quos pro sua timoratæ conscientiæ religione viderit in eo munere, non ita sincerè integrèque, & cum ædificatione se gerere, quemadmodum & tanti Ministerii illis commissi sanctitas postulat, & animarum salus deposcit, quæ suæ Fidei concreditæ sunt.

Quod probari quoque potest Bullâ Clementis X. quæ incipit: *Superna magni*, in qua hæc habentur: *Illos autem Religiosos* « Bulla Clem. X. an. 1670.
qui ad Confessiones audiendas idonei genera- «
liter reperti fuerint, ab Episcopis, genera- «
liter quoque & indistinctè, absque aliqua li- «
mitatione temporis cæterorumque loco- «
rum, aut generis personarum, in Diœcesi «
propria admittendos. Quoad cæteros verò, «
rò, qui non adeò idonei reperientur, si pe- «
tierint se admitti, arbitrio Ordinariorum «
relinqui ipsos cum limitatâ facultate, prout «
eisdem Ordinariis magis expedire videbi- «
tur, probare & admittere: Approbatos non «
posse ab eodem qui sic approbavit iterùm «
examinari, aut ab eisdem Confessionibus «
audiendis suspendi, seu licentias illis con- «
cessas revocari, nisi novâ superveniente «
causâ quæ ipsas Confessiones concernat; «
de qua tamen haud necessarium esse, ut in «
actis constet; nec eam teneri Episcopum «
ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apo- «
stolicæ duntaxat, ubi eam sibi aperiri postu- «
laverit. Porrò si Regulares cum scandalo «
aut aliàs inhonestè vivant, vel aliquod de- «
lictum committant, per quod rationabili «
Episcopi judicio videantur à Confessioni- «
bus suspendendi (in quo ipsius Episcopi «
conscientiam oneratam esse volumus) nihil «
obstare, quominùs Episcopus ob eam cau- «
sam possit Regulares à semetipso approba- «
tos suspendere, aut repellere à Confessio- «
nibus audiendis. Summarium illius Bullæ «
reperitur in fine hujus Tomi quarti. «

Ob-

Concil. Mediol. 7. an. 1609. de Sacram. Pœnit.

Obſervandum autem eſt, quod in Concilio Mediolanenſi 7. decernitur his verbis: *Ne inſcio Parocho fideles ſuæ fidei commendati, vel ægrotent graviter, vel etiam non ſine periculo animarum decedant, quod interdùm evenire compertum eſt: Decernimus, ut quotieſcumque Confeſſarii ad audiendas confeſſiones ægrotorum accedunt, moneant prius ea de re Parochum ægrotantis; niſi aut ſubita morbi vis, aut mortis periculum tantam celeritatem requirat, ut id fieri non permittat; tunc enim, ipſo etiam non monito, audire confeſſiones ægrotantium liceat; ita tamen ut ſtatim poſt eas auditas, certiorem Parochum faciant: id qui facere recuſaverint, aut ex culpa neglexerint, munere audiendi confeſſiones, vel ad tempus, vel perpetuò, Epiſcopi arbitrio, priventur.* Et in Concilio Neapolitano decernitur, ut *qui hoc ſacramentum infirmis contulerit, Parocho id per ſchedulam ſignificet.*

Concil. Neapol. ann. 1699. tit. 3. cap. 5 num. 14.

Examen autem Confeſſariorum diligenter fieri debet, & prout miniſterium adeò excellens, & arduum in praxi, exigere videtur: hujuſmodi examinis formula reperitur in eruditâ Synodo Lycienſi, his verbis:

Synod. Lycienſis an. 1663. in Addition. pag. 104.

Examen Confeſſariorum, circa quæ verſari poteſt.

Interrogentur de neceſſitate Sacramenti Pœnitentiæ.

Quare, & à quo ſit idem Sacramentum inſtitutum?

Quæ ſint illius partes eſſentiales?

Quæ earum partium ratio?

Quæ ejuſdem Sacramenti materia?

Quæ forma?

Qui ejus effectus?

Qui Miniſter?

Quæ conditiones in eo requirantur?

Quæ

Quæ ſint regulæ ad cognoſcendum, & diſtinguendum peccatum mortale à veniali?

Quid ſit Contritio?

Quæ ad veram Contritionem ſint neceſſaria?

Quis contritionis fructus, & quæ utilitas?

Quâ ratione quis ſe ad contritionem excitare poſſit?

Quæ ſint veræ contritionis ſigna?

Quid ſit attritio?

Quod diſcrimen inter contritionem, & attritionem?

An per contritionem quis ſalvari poſſit abſque Sacramento pœnitentiæ?

An per attritionem ſalvari quoque poſſit abſque eodem Sacramento?

Quæ Confeſſionis natura ſit, atque ſubſtantia?

An diligenter ſciant inquirere peccatoris & peccati circumſtantias?

Quę ſint circumſtantiæ aggravantes peccatum? Et an neceſſariò aperiendæ ſint in Confeſſione?

Quæ circumſtantiæ mutent ſpeciem peccati, & an in Confeſſione ſint explicandæ?

Quę peccata reſtitutionem expoſtulent? Quæ ſunt radices ac cauſæ reſtitutionis?

An notitiam habeant dubiorum ſuſpectorumque contractuum? & an ſaltem de iis dubitationes & quæſtiones inire ſciant?

Quando & quomodo fama detracta alicui, ſit ei reſtituenda?

Quibus criminibus annexæ ſint cenſuræ?

An earum peritiam habeant, earumque vim ſciant?

An casus, quibus irregularitas contrahitur, sciant?

Quotuplex sit irregularitas?

An saltem super præmissis, & aliis quæ ad perfectum hujus Sacramenti ministrum pertinent, sciant dubitare? & quomodo super dubitationibus se gerere debent, consulendo peritos?

Qui sint ritus & sacræ ceremoniæ Confessionis?

Quæ conditiones sint necessariæ ad Confessionem verè pœnitentis?

Quis sit ordo confitendi?

Quando quis statim confiteri teneatur?

Quando Confessio reiterari debet?

Quæ sint satisfactionis partes?

Quis sit satisfactionis finis?

Qui sint fructus, quæve utilitas satisfactionis?

Quæ in satisfactione requirantur?

Qualis & quanta pœnitentia pœnitenti imponenda est?

An salutares & convenientes satisfactiones, pro criminum gravitate, & pœnitentium facultate, imponere sciant?

An etiam, ex Innocentii III. præscripto, more peritorum medicorum, sciant infundere vinum & oleum vulneribus sauciatorum? ac quale pęnitentibus debeant præbere remedium ac consilium?

An Canonum pœnitentialium periti sint?

Quæ verborum forma requiratur in absolutione?

Quæ preces & orationes in ea adhibeantur?

Quis ordo sit servandus in absolvendo à peccatis, & ab excommunicatione, aliisve censuris?

Quot

Quot sint censuræ?

Quæ & quanta sit vis sigilli Confessionis?

Quæ sub illo cadant?

An Confessio possit dimidiari in aliquo casu?

An simplex Confessarius possit absolvere pœnitentem à peccatis non reservatis, & remittere postea illum ad Episcopum vel Ordinarium, ut ab eis absolvatur à peccatis reservatis?

An valeat absolutio peccatorum reservatorum habita à Confessario alterius Diœcesis, ad quam se contulit pęnitens fraudulenter, ex eo quia in illâ non sunt reservata?

An cognitionem habeant eorum, quæ sunt constituta in Sanctionibus Ecclesiasticis, Sacro Concilio Tridentino, & Synodis Diœcesano ac Provinciali, circa Sacramentum Pœnitentiæ, ac Cleri & populi disciplinam?

Quæst. 4. Sacerdotes qui non sunt approbati ad audiendas Confessiones, possunt-ne audire, & absolvere eos, qui peccata tantùm venialia commiserunt?

Resp. Cùm Sacerdotes tam sæculares quàm Regulares nullam habeant potestatem Jurisdictionis, nisi in casu periculi mortis, ut ait Concilium Tridentinum; sequitur eos minimè posse, extra hunc casum, absolvere à peccatis etiam venialibus, quoniam Ecclesia nullam eis concessit unquam ab iis peccatis absolvendi facultatem: quare sacra Concilii Congregatio multos rescindere cupiens abusus, qui in administratione Sacramentorum Eucharistiæ, & Pœnitentiæ irrepserant, qualis est, quando Sacerdos sine ulla Jurisdictione à peccatis venialibus in Sacramento Pœniten-

tentiæ absolvere vult: Decretum edidit Innocentii XI. sanctæ memoriæ authoritate confirmatum, in quo sic habetur: *Non*

Decretũ circa communionem quotidianam 12. Febr. 1679.

„ *permittant, ut* venialium Confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo aut Ordinario. Si Confessarii etiam Regulares, aut quicumque alii secùs egerint, sciant Deo optimo maximo rationem reddituros esse, neque defuturam Episcoporum & Ordinariorum justam & rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributâ. Et facta de præmissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas sua probavit, ac præsens Decretum typis dari, ac publicari voluit. Hoc Decretum reperitur integrum in fine hujus Tomi 4.

Quæst. 5. Sacerdotes sæculares, & Regulares, qui habent facultatem absolvendi à casibus sanctę Sedi reservatis, possuntne absolvere à casibus quos sibi reservant Episcopi, absque expressâ eorum licentia?

Resp. Certum est, eos non posse, ut patet ex Concilio Tridentino. *Neque dubitandum est*, inquit, *quando omnia quæ* à Deo sunt, ordinata sunt, qui hoc idem Episcopis omnibus in sua cuique Diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem, liceat pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes authoritate, præsertim quoad illa quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem consonum est divinæ authoritati, non tantùm in externa politia, sed etiam coram Deo vim habere. Verumtamen piè admodùm, ne hac ipsa

Sess. 14 c. 7

occa-

occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesiâ "
Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit "
reservatio in articulo mortis: atque ideò "
omnes Sacerdotes quoslibet pęnitentes à "
quibusvis peccatis & censuris absolvere "
possunt. Extra quem articulum Sacerdo- "
tes, cùm nihil possint in casibus reservatis, "
id unum pęnitentibus persuadere nitantur, "
ut ad superiores & legitimos judices pro "
Beneficio absolutionis accedant. "

Hæc Doctrina Concilii Tridentini clarissimè ac solidissimè tradita & exposita fuit à S. Carolo, qui Concilii mentem penitùs callebat, cùm ejus finem & conclusionem procuraverit, quique ipse Concilio Mediolanensi 3. tit. *De iis quæ ad Pœnit. Sacram. pertinent*, idem ait his verbis: *Caveant, ne Confessarii Regulares eorum peccatorum, quorum absolutio Episcopo reservata est, vinculis irretitos pœnitentes absolvant; quemadmodum à sede Apostolica declaratum est id eis non licere, quavis Privilegiorum suorum authoritate.*

Et in Concilio Mediol. 5. eodem tit. ait:
Ab iis verò casibus proximè promulgatis, si "
quis Confessarius cujusvis Ordinis, sine "
facultate scripta ab Episcopo data, aliquem "
absolvere attentarit, excommunicationis "
pęnam ipso facto subeat. Nec facultatum, "
Privilegiorumve jure, quæ cuique, etiam "
Rosarii, & Cruce signatorum Scholæ, Con- "
fratriæ, Collegiove etiam Laicorum; quæ- "
ve Collegiis, Confratribusve in ea adscrip- "
tis, ante vel post Concilii Tridentini con- "
firmationem concessa sunt, Confessarius, "
cujusvis Ordinis sit, ab iis casibus quos sibi "
Episcopus in sua Dięcesi reservaverit, pę- "
nitentes, sine illius facultate, absolvat. Si "
contra fecerit, suspensionem à divinis ipso "
facto incurrat. "

His

tentiæ absolvere vult: Decretum edidit Innocentii XI. sanctæ memoriæ authoritate confirmatum, in quo sic habetur: *Non*

Decretũ circa communionem quotidianam 12. Febr. 1679.

„ *permittant, ut* venialium Confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo aut Ordinario. Si Confessarii etiam Regulares, aut quicumque alii secùs egerint, sciant Deo optimo maximo rationem redditures esse, neque defuturam Episcoporum & Ordinariorum justam & rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributâ. Et facta de præmissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas sua probavit, ac præsens Decretum typis dari, ac publicari voluit. Hoc Decretum reperitur integrum in fine hujus Tomi 4.

Quæst. 5. Sacerdotes sæculares, & Regulares, qui habent facultatem absolvendi à casibus sanctę Sedi reservatis, possuntne absolvere à casibus quos sibi reservant Episcopi, absque expressa eorum licentia?

Resp. Certum est, eos non posse, ut patet ex Concilio Tridentino. Sess. 14 c. 7 *Neque dubitandum est*, inquit, *quando omnia quæ* à Deo sunt, ordinata sunt, qui hoc idem Episcopis omnibus in sua cuique Diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem, liceat pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes authoritate, præsertim quoad illa quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem consonum est divinæ authoritati, non tantùm in externa politia, sed etiam coram Deo vim habere. Verumtamen piè admodùm, ne hac ipsa

occa-

occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesiâ "
Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit "
reservatio in articulo mortis: atque ideò "
omnes Sacerdotes quoslibet pęnitentes à "
quibusvis peccatis & censuris absolvere "
possunt. Extra quem articulum Sacerdo- "
tes, cùm nihil possint in casibus reservatis, "
id unum pęnitentibus persuadere nitantur, "
ut ad superiores & legitimos judices pro "
Beneficio absolutionis accedant. "

Hæc Doctrina Concilii Tridentini clarissimè ac solidissimè tradita & exposita fuit à S. Carolo, qui Concilii mentem penitùs callebat, cùm ejus finem & conclusionem procuraverit, quique ipse Concilio Mediolanensi 3. tit. *De iis quæ ad Pænit. Sacram. pertinent*, idem ait his verbis: *Caveant, ne Confessarii Regulares eorum peccatorum, quorum absolutio Episcopo reservata est, vinculis irretitos pænitentes absolvant; quemadmodum à sede Apostolica declaratum est id eis non licere, quavis Privilegiorum suorum authoritate.*

Et in Concilio Mediol. 5. eodem tit. ait:
Ab iis verò casibus proximè promulgatis, si "
quis Confessarius cujusvis Ordinis, sine "
facultate scripta ab Episcopo data, aliquem "
absolvere attentarit, excommunicationis "
pęnam ipso facto subeat. Nec facultatum, "
Privilegiorumve jure, quæ cuique, etiam "
Rosarii, & Cruce signatorum Scholæ, Con- "
fratriæ, Collegiove etiam Laicorum; quæ- "
ve Collegiis, Confratribusve in ea adscrip- "
tis, ante vel post Concilii Tridentini con- "
firmationem concessa sunt, Confessarius, "
cujusvis Ordinis sit, ab iis casibus quos sibi "
Episcopus in sua Dięcesi reservaverit, pę- "
nitentes, sine illius facultate, absolvat. Si "
contra fecerit, suspensionem à divinis ipso "
facto incurrat. "

His

His Concilii Tridentini & Mediolanensis Decretis, possemus addere varia Concilia Ecclesiæ Gallicanæ, qualia sunt quæ decrevit Concilium Rhotomagense anno 1581. & Burdigalense anno 1583. & 1624. Bituricense anno 1584. & Narbonense anno 1609. Plura quoque sanctorum Pontificum Decreta his adjungi possunt. Sufficiet autem referre Bullam Clementis X. quâ cætera prædecessorum suorum Decreta confirmata sunt, data anno 1670. quæ incipit: *Superna magni*, in qua hæc habentur.

Quantum ad Casus Summo Pontifici reservatos aut dispésationes in foro Pœnitentiario pro casibus occultis, aut etiam condonationes, videatur Instructio in fine Tomi quinti.

Ex facultatibus enim per Mare magnum, aliave Privilegia Regularibus cujuscumque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam Iesu, concessis, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse Privilegia priùs ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à casibus Episcopo reservatis. Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideò à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Videatur hæc Bulla in fine hujus Tomi.

Quæst.6. Cùm quis absolutus fuit in articulo mortis ab aliquo casu reservato, aut ab aliqua censura, per Sacerdotem qui non habebat casus reservatos, tenetur-ne restitutus in pristinam sanitatem confiteri Presbytero, qui habeat potestatem à talibus casibus absolvendi?

S. Th. in 4. dist. 20. q. 1 art. 1. q. 2. ad 2.

Resp. S. Thomas propositæ difficultati ita respondet: *Non oportet quòd absolutus ab excommunicatione in articulo mortis ab eo qui non habet facultatem, ad judicem vadat qui*

alias

aliàs absolvere potuisset, absolutionem petens, sed satisfactionem offerens.

Quæst. 7. Sacerdotes sæculares aut Regulares, qui generaliter in aliqua Diœcesi sunt approbati, possunt-ne virtute hujus generalis approbationis audire Monialium Confessiones?

Resp. Videtur eos non posse, quoniam Religiosæ non possunt confiteri, nisi Sacerdotibus ab Episcopo sibi deputatis, juxta Concil. Oxoniense in Anglia celebratum an. 1222. *Confiteantur etiam*, inquit, *Moniales Sacerdotibus ab Episcopo sibi deputatis.* Concil. Oxonienſ. de Confeſſ. Monial. cap. 46.

Quod verbis expressis definitum est in Bulla Clementis X. superiùs citata, asserentis: *Religiosos generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum sæcularium Confessiones audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum; sed egere quoad hoc, speciali Episcopi approbatione; atque approbatos pro audiendis Confessionibus Monialium unius Monasterii, minimè posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidemque Confessores extraordinarios semel deputatos atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum Confessiones audire; sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus contigerit.* Videatur summarium dictæ Bullæ in fine hujus Tomi.

Quod quidem declarat, generalem approbationem non sufficere ad audiendas Monialium Confessiones, sed specialem præterea ad hunc finem ab Episcopo desiderari, nisi declaret Episcopus, Confessarios omnes approbatos, posse Confessiones etiam Monialium audire; quo casu talem potentiam censetur illis contulisse.

Quæst.

Quæst. 8. Regulares egent-ne approbatione Episcopi, ad audiendas Confessiones Religiosorum sui Ordinis?

Resp. Non videntur tali approbatione indigere; quod probari potest ex Concilio Tridentino his verbis: *Decernit sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nisi aut Parochiale Beneficium habeat, aut ab Episcopis approbationem obtineat.* Ex quibus concludi potest, eos non egere approbatione Episcopi, sed tantùm suorum Superiorum ad audiendas Confessiones Religiosorum sui Ordinis.

Concil. Trid. sess. 23. c. 15. de Reform.

Deinde Clemens Papa X. in Bulla *Superna magni*, ait, *Cæterum in Monasteriis ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quàm Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum seu Collegiorum, audire Confessiones illorum sæcularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantùm ipsis deserviunt.*

Quæ quidem verba satis declarant à fortiori, eos sine Episcopi approbatione audire posse Religiosorum suorum Confessiones.

Quæst. 9. Regulares possunt-ne, absque Episcopi approbatione, audire Confessiones Monialium sui Ordinis?

Resp. Certum est, eos non posse; quod quidem satis constat ex Bulla Clementis X. à nobis mox laudata. Tum etiam ex Bulla Gregorii XV. quæ incipit: *Inscrutabilis*, in qua sic habetur: *Confessores, sive Regulares sive sæculares, quomodolibet exempti, tam ordinarii quàm extraordinarii ad Confessiones Monialium etiam Regularibus subjectarum audiendas, nullatenùs deputari valeant; nisi*

prius

prius ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Videatur summarium Bullæ Clementis X. in fine hujus Tomi.

Quæst. 10. Sacerdos generaliter approbatus in una Diœcesi, potest-ne audire in alia Diœcesi Confessionem illius qui ex ea Diœcesi esset, in qua fuit approbatus? Et Parochus potest-ne similiter audire Confessionem sui subditi, seu Parochialis, ubicumque eum repererit?

Resp. Sacerdos sæcularis aut Regularis generaliter approbatus in una Diœcesi, nullius Confessionem audire potest extra illam Diœcesim.

Ita expresse definitum legitur in Bulla Clementis X. sæpè à nobis laudata, in qua dicitur: *Religiosos ab Episcopo ad Confessiones sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati*.

Quod quidem conforme videtur Clementinæ, *Dudum de sepulturis*, ubi hæc leguntur: *Magistri, Priores, Provinciales, & Ministri Ordinum Prædicatorum eligere studeant personas sufficienter idoneas, vita probatas, discretas, modestas, atque peritas, ad tam salubre Ministerium & Officium exequendum: quas sic ab ipsis electas repræsentent vel faciant præsentari Prælatis, & de eorum licentia, gratia, & beneplacito in civitatibus & Diœcesibus eorumdem hujusmodi personæ sic electæ, Confessiones confiteri sibi volentium audiant; extra civitates & Diœceses in quibus fuerint deputatæ, Confessiones nullatenùs audituræ*.

Videtur aliter dicendum de Parocho

quod

quòd validè possit audire Confessionem sui Parochiani, ubicumque eum invenerit, modò id sine scandalo fieri possit.

Ratio est, quia cum Parochus habeat Jurisdictionem Ordinariam in suos Parochianos, potest hanc exercere, ubicumque eos invenerit, in rebus quæ fiunt sine strepitu Judicii, qualis est Confessio: Enim verò Canon *Omnis utriusque sexus*, Concilii Lateranensis, asserit solùm Fideles semel in anno teneri confiteri peccata sua Parocho suo, non determinando locum, ubi debeant confiteri: attamen Parochi non id debent temerè facere, & tutius est obtinere approbationem Episcopi, in cujus Diœcesi vult audire Confessionem alicujus de sua Parochia.

Quæst. II. Parochi possunt-ne vocare alios Parochos, aut alios Vicarios ad audiendas Confessiones suorum subditorum?

Resp. Non possunt, nisi in casu, quo Parochi illi aut Vicarii generaliter essent in tali Diœcesi approbati, aut Episcopus significasset se Parochis concedere, ut ita agerent; quia tunc censeretur dedisse hanc facultatem audiendi Confessiones. Patet ex Concilio Tridentino supra citato, cùm enim determinaverit, *Nullum Sacerdotem posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nisi aut Parochiale Beneficium habeat, aut ab Episcopis approbationem obtineat*, decrevit consequenter, non posse Parochum audire Confessiones extra suam Parochiam absque approbatione Episcopi, cùm in hoc casu titulus Beneficii, illi non tribuat Jurisdictionem, quam debet consequenter ab Episcopo obtinere.

S. Carol. Act. p. 2. in 11. Synodo, Quare S. Carolus ait: *Quòd in nostris Sacramenti Pœnitentiæ instructionum additio-*

tionibus cautum est, ut tempore Paschali Parochi aliorum Parochorum ministerio ad Confessiones Parochialium suorum audiendas uti possint, id de Parochis tantummodò intelligi declaramus, quibus extra Parochiæ propriæ fines ad audiendas Confessiones probatis, scripta facultas data est.

Et sanè grave oriretur incommodum, si Sacerdotes Parochi in aliqua parva Parochia, quæ tantas non exigit notitias, jus haberent, absque Episcopi approbatione, audiendi Confessiones in Parochia multò ampliori, quæ majores notitias postulat ad hoc munus ritè obeundum.

Quæst. 12. Quomodo se gerere debet Confessarius, qui per inadvertentiam aut ignorantiam, absolvit Pœnitentem à casu reservato, non obtentâ facultate à Superioribus?

Resp. Egregiè respondet S. Antoninus, dum ait: *Nota, quòd quicumque absolvit aliquem ab aliquo peccato in casu, in quo non potest, sive quia reservatus est Episcopo, sive quia nullam habet potestatem aut autoritatem; quamvis graviter peccet, præcipuè quando absolvit scienter, vel etiam ex ignorantia juris crassa, non tamen censuram aliquam seu excommunicationem ex hoc incurrit, sive sit Clericus sæcularis, sive Religiosus dictus absolvens. Sed tenetur illum quem sic absolvit, advisare de errore suo, si cognoscit, vel potest invenire. Ille tamen quoad Deum excusatur, dum hoc ignorat.* S. Anton. 3.p.tit.17. c.3.

Caput IX.

Quomodo se gerere debet Confessarius erga personas sibi ignotas.

Quæst. 1. Confessarius tenetur-ne interrogare suos pœnitentes?

Resp. Qualitas Medici, quam Concilia & sancti Patres tribuunt Confessariis, declarat eorum obligationem in interrogandis pœnitentibus, non solùm de peccatis, in quæ potuerunt incidere ab ultima Confessione, sed etiam circa Confessiones præcedentes, quoties adest aliquod dubitandi motivum, utrum sufficienter peccata sua declaraverint, aut quòd aliquod vitium fuerit in Confessionibus præteritis, cùm sit medium necessarium ad medelam ipsis afferendam. Quare legimus in libro de vera & falsa Pœnitentia, cap. 10. qui Divo Augustino tribuitur: *Diligens igitur inquisitor, & subtilis investigator, sapienter, & quasi astutè interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare; cognito itaque crimine, varietates ejus non dubitet investigare, & locum, & tempus, &c.*

Can. Qui ult. de Pœnit. dist. 6.

Quare, ut ait Divus Thomas: *Sacerdos debet perscrutari conscientiam peccatoris in Confessione, quasi Medicus vulnus, & Iudex causam: Quia frequenter, quæ pro confusione confitens taceret, interrogatus revelat.*

S. Th. in 4. sentent. dist. 19. in expositione textus.

Quæst. 2. Quomodo se gerere debet Confessarius in his interrogationibus.

„ *Resp.* Ex Angelico Doctore ibidem: *In*
„ *interrogationibus* faciendis tria sunt atten-

den-

derida. Primò, ut quilibet peccator interrogetur de peccatis quæ consueverunt in hominibus illius conditionis abundare: non enim oportet, quòd à milite quæratur de peccatis Clericorum aut Religiosorum, aut è converso. Secundò, ut non fiat explicita interrogatio de peccatis, nisi de illis quæ omnibus manifesta sunt; de aliis autem adinventionibus peccatorum, ita debet à longinquo fieri interrogatio, ut si commisit, dicat; si non commisit, non addiscat. Tertiò, ut de peccatis præcipuè carnalibus non descendat nimis ad particulares circumstantias, quia hujusmodi delectabilia, quantò magis in speciali considerantur, magis concupiscentiam nata sunt movere, ut dicitur in 3. Et hic. Et ideò potest contingere, ut Confessor talia quærens, & sibi & confitenti noceat. Quare ubi speciem peccati, & circumstantias magis aggravantes detexerit, non ampliùs Pœnitentem interrogare debet.

Cavendum tamen erit circumspectè Confessario, inquit Eminentissimus Barberinus, *ne imprudentibus & alienis à personarum conditione percunctationibus, pœnitentibus, præsertim pueris & fœminis, peccandi rationes & vias, antea ipsis fortasse incognitas, suggerat, atque ita quæ enixè arcere debet peccata, incautè doceat; ac præcipuè animadvertat, ne nimis curiosè impudica investigando, ipsemet in laqueum incidat tentationis.* Synod. Farfensis, sub Carolo Card. Barberino, c. 11. n. 11. & 12. pag. 12.

Ante omnia id observabit, ne dum hæc exequitur, ulla iræ aut aversionis indicia commonstret, nec ullos gestus faciat, quibus adstantes conjicere quidpiam de confitentium peccatis possent: objurgationesque, quas necessarias judicaverit, ad finem confessionis

 diffe-

differat, ne intempestivo rigore deterriti pœnitentes, quæ supersunt peccata, aperire vereantur; quin imò humaniter quæ videbuntur suggerendo, fiduciam addat, ut remota omni stulta verecundia, cunctos animi sinus liberè & confidenter patefaciant. Videri potest Instructio data in eadem Synodo, quæ habetur integra in fine hujus Tomi 4. Præterea Episcopus Amerinus Confessarium monet his verbis: *Non pigli tabacchò mentre stà in Confessionario*; quod certè valdè indecens esset. Vide Tom. 2. c. 10.

Sæpiùs utiliter interrogari possent pœnitentes super superstitionibus in genere; & variis observationibus vanis & periculosis coram Deo, de quibus pauci admodùm pœnitentes se accusant, & ideò in talibus vix emendantur, nisi fœliciter incidant in Confessarium industrium & prudentem, cujus velut obstetricante manu hujusmodi superstitiones revelentur, eisque salutare remedium applicetur. Hinc est, quòd Hieronymus Joannellus Episcopus Soranus in Synodo sic statuit: *Superstitiosas & vanas populi observationes; veluti colligere herbas tali potius die ac hora, quàm alia: vel verba sacra scripta in tali charta, vel cum sol oritur, vel quando legitur Euangelium, vel quod debeant tot sigillis ligari & à puella virgine: aut dum scribitur, à nemine videatur: vel characteres & figuras alias à signo crucis: aut verba extranea & ignota: certum candelarum numerum, sive in Missæ sacrificio, sive aliàs quomodocumque adhibere: vel oleum ex lucerna ardente in nocte Ascensionis Domini: ova eodem die nata, ac pelles quibus involuti homines nascuntur; quæ etiam, ut audivimus, & horribile certè est, benedicuntur ad morbos præsertim ex vulgi opinione expellendos, vel ad maleficia pertractanda; ac* alia

Synod. Sorana, ann. 1612. tit. 4. Decreto 3.

alia similia, quæ longam esset recensere, quæcumque sint, ab Ovibus nobis commissis omninò tolli, ac veluti rem perniciosissimam vitari jubemus; ac de omnibus in hoc Titulo contentis Curati diligenter perquirant, & Nos quam primùm, vel saltem in sanctâ Visitatione certos faciant, sub pœna suspensionis à divinis, arbitrio nostro. Videri possunt, quæ de hac materia abundè diximus. Tom. 6. cap. 5. tract. 2.

Quæst. 3. Quomodo se gerere debet Confessarius erga pueros?

Resp. Prudenter faciet, si fideliter sequatur, quod tradit S. Carolus, qui ait: *Laudabilem esse consuetudinem*, ut parvuli quinque aut sex annos nati, ad Confessionem accedant, quia tunc incipiunt paulatim addiscere, seseque assuefacere huic Sacramento. Nihilominùs tamen Confessarius non debet Sacramentalem absolutionem impendere iis, qui materiam non adhibent huic Sacramento necessariam, quique per ætatem nondum ejus sunt capaces: instrui quoque debent summa cum cura à septimo & octavo anno, ubi capaces primùm incipiunt esse, de necessitate, & effectis Sacramenti Pœnitentiæ, & de modo accedendi ad hoc Sacramentum.

S. Carol. Actor. p. 4. Instruct. Confess.

E santa usanza di far venire li putti e putte, quãtunque nõ passino cinque ò sei anni, a uno a uno inanzi al Confessore: accio che comincino, & a poco a poco vadino instruendosi & introducendosi nella cognizione e poi nell'uso di questo Sacramento. Devono nondimeno i Sacerdoti esser avertiti di non dare l'assoluzione Sacramentale a quelli, ne quali non si vede materia d'assolutione, ne tanto uso di raggione, che si possa giudicare, che siano capaci di questo Sacramento: & usaranno particolar diligenza d'instruire li putti e putte, come sono arrivati alli sette ò otto anni, secondo la capacità loro, della necessità e virtù di questo Sacramento, e modo di venire ad esso.

Quæst. 4. Quomodo se gerere debet Confessarius circa personas rudes, quæ nesciunt confiteri, & ignorant præcipua Fidei Mysteria?

Resp. Debet ipsos instruere cum Christiana charitate, & patientia de principiis Religionis, quæ scire tenentur; & si tunc non vacat, differre ad tempus opportunum, ut meliùs erudiat, simulque ipsis ostendat, eos sibi ipsi graviter nocuisse negligentes ea addiscere, quæ necessaria sunt ad salutem, & debet statim ipsis injungere ut Catechesi frequenter intersint: attamen non debet ipsos absolvere, si carent sufficienti notitia præcipuorum Fidei Mysteriorum; quia, ut ait Divus Thomas, *Tam majores, quàm minores tenentur habere fidem explicitam de Mysteriis Christi.*

S.Tho.2.2. q.2. art.7. in corp.

Et ut ait S. Carolus, ubi Confessor repererit pœnitentem suum præcipua hæc ignorare Mysteria, neque dispositum ita esse, ut ea quamprimùm addiscat, ei absolutionem minimè debet impendere, licèt velle videatur ea doceri Mysteria, si olim à Confessario excitatus fuerit, aut in particulari à Parocho suo, ut ea addisceret, quæ singula interrogare debet Confessarius, si sufficientem pœnitens non adhibuerit diligentiam, ut ea sciret: & in illis casibus debet illum exhortari, ut Confessionem generalem faciat.

S. Carol. Actor.p.4. Instruct. Confessor.

Perche dunque ogniuno è obligato, sotto pena di peccato mortale, a sapere tutti quelli articoli del Simbolo Apostolico, che sono solemnizati dalla Santa Chiesa, e quali siano, almeno quanto alla sostanza, e li comandamenti di Dio e della Santa Chiesa: per questo, trovando il Confessore, che il Penitente non sappia le sopradette cose, se non sarà disposto a impararle quanto prima, non deve assolverlo, ne quando si esibisca pronto di farlo, se essendo stato ammonito, non l'hà fatto.

Synod. Æsina, ann. 1683.t.t.17.

Unde etiam in Synodo Æsina, ab Eminentissimo postea Cardinali Petruccio congregata, sic statuitur: *Iterum atque iterum monemus Confessarios, & præcipimus, ut audituri confessiones personarum, quas possunt ipsi suspicari mysteriorum fidei, saltem*

prin-

principaliorum, ignorare notitiam: primo loco eos interrogent, an sciant Sanctissimæ mysterium Trinitatis, & Incarnationem, passionem, mortem ac resurrectionem Iesu Christi Dei & hominis ac Redemptoris nostri? Quæ si nescire se dicant, noverint Confessarii, tales personas haudquaquam absolutionis esse capaces; quapropter eas erudiant quantùm satis est, & præterea manifestent eis, quæ sit virtutum remuneratio in cœlis, & delictorum apud inferos pœna: efficaciam Sacramenti pœnitentiæ ad crimina delenda, dignitatem Eucharistiæ, aliaque fidei dogmata, quæ personarum statui, conditioni, & captui necessaria existimabunt. Moneant quoque, eos actum doloris elicere debere ob talem culpabilem ignorantiam: videantque qua fide præteritas perfecerint Confessiones; etenim facillimum est, opus esse illas replicare, ut eorum saluti satis provideatur.

Et quia hæc omninò necessaria sunt Confessionis validitati, caveant, ne in hoc negligentes inveniantur; strictissimam enim hujusmodi incuriæ Deo rationem sunt reddituri. Neque eos excusabit multitudo confluentium occasione alicujus festivitatis, Indulgentiæ, vel Iubilei; etenim melius est paucas expedire personas, sed benè; quàm multas, at malè. Quod si pœnitentium eruditio aliàs nota sit Confessario, tunc hujusmodi adhibere diligentias necesse non erit.

Et in Synodo, quam Illustrissimus Georgius Spinula Albingæ congregavit, statuitur: *Quoniam nonnulli jam adulti reperiuntur, qui Christianam ignorant doctrinam, atque etiam aliqui minoris ætatis, ut sunt rudes ingenio, adeoque incapaces ad doctrinam christianam exactè ediscendam, ut ne quidem symbolum Apostolorum memo-* Synod. Albinganen. ann. 1696. tit. 5. c. 3.

ria retinere queant; curent Parochi hujusmodi adultos & pueros saltem edocere orationem Dominicam, & Angelicam salutationem, ac præcipuè fidei nostræ principalia mysteria, quæ ab Ecclesia solemniter celebrantur, unà cum mysterio Sanctissimæ Trinitatis, Sacramentis Pœnitentiæ & Eucharistiæ, & quatuor novissimis justorum præmiis ac peccatorum suppliciis; at verò qui hæc propria culpa discere negligunt, absolvere in Confessione sacramentali recusent; neque ad sacramenta Eucharistiæ & Matrimonii, nec etiam ad officium Patrini, seu Matrinæ, in sacramentis Baptismi & Confirmationis ullo modo admittant. Vide Tom. 5. Tract. 9. cap. 2. quæst. 17.

Praxis contraria damnata est ab Innocentio XI. in Decreto contra 65. propositiones, dato die 2. Martii 1679. quo duæ sequentes propositiones sunt damnatæ.

64. Propositio damnata.

Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat Mysteria sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri Iesu-Christi.

65. Propositio damnata.

Sufficit illa Mysteria semel credidisse.

Quæst. 5. Quâ ratione Patres & Matresfamilias monere debet Confessarius?

Resp. Interrogare eos debet, si curam habeant filiorum & domesticorum suorum; si eos instruant, aut instrui faciant de rebus ad salutem necessariis; utrum omni cum diligentia studeant, ut eorum curæ commissi servent mandata Dei, &

Ec-

Ecclesiæ. Quoniam, ut ait D. Paulus: *Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior*. Si è contrario eos ad peccandum inducant, cogendo, ut Festis diebus, ac Dominicis laborent, seu non dando tempus, ut Missæ Sacrificio intersint; si permittant, aut occasionem dent ullam, ut non observent jejunia ab Ecclesia præcepta: & in his omnibus casibus, secundùm D. Carolum, Actor. p. 4. in Instructione Confessorum, eos Confessarius non debet absolvere, nisi emendationem polliceantur, & promittant deinceps majorem se familiæ suæ curam habituros: neque verò hæc ipsa sufficit promissio, si jam à Confessoribus de talibus moniti fuerint, aut etiam à Parochis, nec se correxerint: tunc differri debet absolutio, donec inceperint se corrigere, novæque vitæ indicia dare: interrogare quoque eos debet, si filios suos removeant à sæculi pompis, quibus in Baptismo renunciarunt? an è contra passim sint, ut supra conditionem se ornent? an eorum filiæ indecenter indutæ incedant, nudoque collo & pectore; quo casu mortaliter peccant, secundùm S. Carolum.

1. ad Timoth. c. 5. v. 8.

Unde etiam Antonius Maria Cardinalis Gallus in Synodo Auximana sic statuit: *Mulieres fucatæ, & quæ margaritas, monilia, capitis comas petulanter compositas, aliave vana ornamenta deferre non erubescunt, ad Communionem non admittantur; sed modesto vestitu contentæ, & velato capite accedant, cum timore & tremore.* Vide infrà c. 12. q. 2.

Synod. Auximana. ann. 1593. de Euchar. c. 10.

Neque possunt allegare patriæ consuetudinem, quia, ut ait S. Antoninus, 2. p. tit. 4. cap. 5. §. 3. *Valde turpis & impudicus est talis usus; & ideò non servandus.*

Utrùm sinant filios suos frequentare choreas, comœdias, & perniciosos hujusmodi cœtus, qui teste Tertulliano, *De spectaculis*, cap. 17. *Privatum sunt consistorium impudicitiæ*. Vide quæ diximus, Tomo 6. Tract. 5. cap. 2. q. 6. & 11. & Tract. 4. c. 2. qu. 4.

S. Carol. Act. p. 1. in Conc. Provinc. 3.

Quod quidem agnovit Sanctus Carolus, cum dixit in Concilio suo Provinciali 3. *Quoniam usu nimis compertum est depravatis his temporibus & moribus, ad choreas, tripudia, saltationes, & id genus alia nunquam ferè sine multis, & iis quidem gravissimis Dei offensionibus conveniri, idque tum ob turpes cogitationes, obscenè dicta, inhonestas actiones, morum corruptelas, & perniciosas ad omnia opera carnis illecebras illis perpetuò conjunctas, &c.*

S. August. de verb. Domini, ser. 18.

Confessarius illis absolutionem in talibus casibus denegare debet, nisi illos videat, verè ad emendationem paratos, & polliceantur se non ampliùs in familiis suis talia permissuros peccata, juxta Divi Augustini verba: *Nec tamen negligentes sitis in corrigendis vestris, ad curam scilicet vestram quoquo modo pertinentibus; monendo, docendo, hortando, terrendo, quibuscumque modis potestis, agite.*

Quia verò Patres, & Matres familias, sæpè damnationem incurrunt, propter aviditatem amplificandæ domus, & congerendi divitias, ut filios extollant, quod infinita ferè parturit mala; Confessores hac de re interrogare eos debent, ac scire, si nimia rerum temporalium cura, eos non cogat negligere ea, quæ ad salutem pertinent; si aliquos ex liberis suis invitos aut reluctantes in Monasterium detrudant, aut ad Sacerdotium promoveri faciant, non con-

fideratâ priùs Dei vocatione, nec habitâ ratione talentorum, quæ ad hæc vitæ genera requiruntur, ut alios ditiores efficiant. Vide quæ diximus, Tomo 5. Tract. 5. cap. 1. qu. 8. Et Tomo 2. Tract. 2. cap. 3. qu. 11.

Tandem moneant desiderium illud opum pro liberis congregandarum, esse periculosissimam tentationem, quæ Patribus familias accidere solet, juxta id quod dixit Apostolus: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem: Radix enim omnium malorum est cupiditas.* Et Dominus Noster Jesus-Christus in Euangelio ait: *Qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.*

1. ad Timoth. c. 6. v. 9.

Luc. 14. 33.

Quod explicans venerabilis Beda, ait: *Distat sanè inter renuntiare omnibus, & relinquere omnia: paucorum enim perfectiorumque est relinquere omnia, curas mundi postponere, solis desideriis æternis inhiare. Cunctorum autem fidelium est renunciare omnibus quæ possideret, hoc est, sic tenere quæ mundi sunt, ut tamen per ea non teneantur in mundo: habere rem temporalem in usu, æternam in desiderio: sic terrena gerere, ut tamen tota mente ad cœlestia tendant.*

S. Beda in Hom. æstivali de Sanctis Hom. de uno Martyre, Lucæ 14.

Quæst. 6. Faciendæ-ne sunt aliquæ interrogationes divitibus?

Resp. Interrogari debent in primis circa duo eleemosynæ præcepta, quæ à paucis observantur. Alterum consistit in superfluo, quod erogari debet in pauperes, ut ait Apostolus: *Divitibus hujus sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in*

1. ad Timoth. c. 6. 17.

incerto divitiarum; sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundè: bene agere, divites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thezaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam. Idem præcipit Dominus noster Jesus-Christus in Euange-
Luc. c. 11. lio, dum ait: *Quod superest, date eleemosynam.*

Alterum præceptum obligat, ut largiamur etiam ex iis ipsis, quæ aliquo modo ad statum nostrum necessaria sunt, quando videmus pauperes in extrema necessitate; ut communiter asserunt sancti Patres. Sanctus Basilius in Homilia de divite ait: *Quod dives iste damnatus est, quia nesciebat, se ex præcepto teneri superflua distribuere in pauperes.*

S. Tho. 2. 2. q. 32. art. 5. in corp. Et Divus Thomas ait: *Sic ergo dare eleemosynam de superfluo est in præcepto, & dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate: aliàs autem eleemosynas dare est in consilio.*

S. Th. in 4. sent. dist. 15. q. 2. a. 1. q. 4. ad 4. Et idem Doctor explicans, quandonam obliget præceptum de eleemosyna, sic docet: *Obligat præceptum de eleemosynis faciendis, quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ, nisi ei subveniatur, ut cùm aliquis videt alios impotentes vel pigros ad subveniendum, & pauperem indigentem cibo & potu & aliis vitæ necessariis: non enim expectanda est ultima necessitas. Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?*

Quæst. 7. Quid agere debet Confessarius cum iis, qui versantur in aliqua proxima peccati mortalis occasione, & asserunt fieri non posse, ut illam dimittant?

Resp.

Resp. Debet primò illis exponere, quòd dum agitur de salute, omnia tentanda sunt, omnia sunt suscipienda, nihil omittendum: tum enim Euangelium obligat, ut ab iis etiam rebus, quæ maximè necessariæ videntur, recedamus, cùm in sensu morali dicit: *Si oculus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam; & si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te.* Quin etiam ipsa despicienda vita est, ut salus æterna comparetur: quare si pœnitens velit æternam mortem effugere, omnia forti & generoso animo dissolvenda sunt vincula, licèt aliquo modo videantur necessaria; ut animæ salutem assequatur, cujus pretium æstimari nequit. Matt. 5. 29.

Ita S. Joannes Chrysostomus explicat hunc Euangelii locum, dum ait: *Etsi tantùm aliquem diligas, ut eo dextri oculi utaris vice: aut ita tibi quempiam esse utilem putes, ut eum dextræ manus habeas loco: & hi tamen animæ tuæ fortassis incommendent, etiam istos à te abscinde, & quidem vim sermonis observa; non enim dixit: à talium societate discede; sed maximam separationem indicans, erue, ac projice abs te.* S. Jo. Chr. hom. 17. in Matth.

Ostendendum etiam est huic pœnitenti, quòd si dimittenda foret hæc occasio ad obtinendam coronam, vel ad evitandam mortem infamem, nihil ei impossibile videretur; & tamen ad vitandam mortem æternam, & cœlum comparandum, renuit sibi hanc salutarem vim inferre.

De hac materia accuratè tractat Illustrissimus Joannes Baptista de Costanzo, Archiepiscopus Cosentinus, in aureo libro, cui titulus: *Auvertimenti per l'ufficio del* Auvertimenti per l'ufficio del Curato, part. 4. tit. 5. c. 11.

Rettor ..rato: his verbis: *Una delle piu* importanti difficoltà, che si sperimenta nel sentir le Confessioni, e nel provedere allo stato de penitenti, è l'haver a toglier l'occasione prossima di peccare; poiche è attione tale, che richiede insieme zelo e prudenza grande del savio Confessore.

Per tanto dovrà egli auvertire, che sono due le sorti d'occasioni prossime di peccare: una che nasce dall'istesse cose le quali sono induttive al peccato: l'altra che sta congiunta con la persona del penitente.

Le prime occasioni sono le professioni di peccare, come il tener casa per givoco di carte ò dadi: il tenere in casa la persona con chi si pecca, ò pure in luogo determinato che possa andarvi sempre che vuole senza impedimento: il perseverare nelli ragionamenti, sguardi lascivi, & altre male conversationi.

Se dunque alcuna di queste occasioni sarà in essere, è necessario, che si toglia prima che si dia l'assolutione; onde dee cacciarsi prima la concubina, ò lasciar l'altre occasioni, e non deve assolversi, se attualmente non lascia tale occasione. Nell'altre occasioni, come di givochi, conversationi, e simili, se altre volte hà promesso emendarsi, e non l'hà fatto, non può bastar al Confessore, che il penitente di nuovo prometta di lasciarle; perche conviene differirgli l'assolutione, sin tanto che ne vede qualche emendatione.

Anzi a quelli penitenti, che diranno d'haver tolta l'occasione della persona, con chi peccano, se per molto spatio di tempo havranno perseverato in tenerla, conviene differire l'assolutione per assicurarsi dal recidivo, ricordandosi della bellissima sentenza di San Giovan Crisostomo: *Annosa*

passio,

passio, medicamento momentaneo non curatur. Il spatio poi havrà da giudicarsi dal prudente Confessore, quanto dovrà essere, regolandosi dal tempo, nel quale era il penitente habituato nel peccato, e dalle novità de recidivi che trà quello occorressero.

Unde etiam Cosmus Cardinalis de Torres, in Synodo Perusina sic loquitur: *Non si assolvano quelli, li quali stanno nell'occasione prossima di peccare mortalmente; cioè nell' occasione, nella quale dimorando, sempre, ò al più delle volte cadono nel peccato.*

Synod. Perusina ann. 1632. pag. 271.

Nihilominùs tamen, si Confessarius videat, occasionem talem esse, ut ab ea vix pœnitens liberare se possit, eumque in desperationem præcipitem agi, si relinquendi eam occasionem, ei necessitatem imponeret. v.g. si filia familias, occasione peccandi implicita sit in ipsa Patris domo, & non possit eam devitare, nisi Parentes deserendo: In talibus casibus differenda tantùm est absolutio, donec constet pœnitentem non ampliùs in peccatum casurum, ut ait S. Carolus: Præscribenda tamen est vitæ ratio, quâ relapsus caveri possit, v. g. ut nunquam sola reperiatur cum illo cum quo peccavit, obligare illam ad orationes faciendas, carnemque maceratione domandam, illam etiam obligare debet, ut frequentiùs ad Confessionem accedat, & similia: sin autem, post similes præcautiones, comperiat Confessarius pœnitentem in illud peccatum relabi, deneganda prorsus est absolutio, donec omninò deseruerit proximam peccandi occasionem, quidquid tandem evenire debeat. Ita S. Carolus, Act. part. 4. in Instruct. Confess.

S. Carol. in Instruct. Confess. Perche puo accadere tal caso, ch'el penitente con tutti gli ricordi e modiche gli vengono proposti dal prudente & zelante Cõfessore; veramẽte non possa lasciare l'occasione senza pericolo ò scãdalo: deve il Confessore servirsi di questi rimedii. Primieramẽte differisca l'assolutione sin tanto che veda prova di vera emendatione. Deve proporgli quelli rimedii che gli parranno piu opportuni e necessarii, come per esempio, ordinargli che non si trovi solo con la tal persona,

assegnarli orationi, qualche maceratione della carne, e sopra tutto le frequenti Confessioni, & altri simili. E se dopo questa diligenza fatta da lui, ò da altro Confessore precedente, non si sarà emendata, non gli dia l'assolutione, fin che attualmente non habbia levata l'occasione.

Quæst. 8. Quomodo se gerere debet Confessarius cum Ecclesiasticis, quando eorum conscientiæ notitiam non habet?

Resp. Posset in hoc casu, illos prudenter, & cautè aliquoties interrogare circa res ad eorum statum pertinentes; v.g. quo pacto & quo motivo Ordines susceperint? si habeant Beneficia, quomodo illa obtinuerint? utrum plures habeant? an proventus impendant ad alendos pauperes, & ad Ecclesiæ necessitates, detractâ congruâ ad propriam sustentationem portione, quemadmodum tenentur? an Missam illâ intentione celebrent, ut ex hoc pecuniam consequantur; quia peccarent mortaliter juxta S. Thomam, qui ait: *Non potest tamen Sacerdos illa intentione celebrare, ut ex hoc pecuniam consequatur, quia peccaret mortaliter.* An sciant cæremonias, & Rubricas Missalis & Breviarii? si addicti sint choro, quomodo hoc fungantur Officio? si sunt Confessores, eos interrogare debet, an ea sciant, quæ ad hoc munus exercendum necessaria sunt? si indulgentiores quàm par est erga penitentes suos fuerint, iis non imponendo congruas pro magnitudine criminum pœnitentias; quod tamen facere tenentur ex præcepto Concilii Tridentini, qui ait: *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantùm Spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pænitentium facultate, salutares, & convenientes satisfactiones injungere?* An se duros præbuerint, impatientes & charitate destitutos erga pœnitentes? & in his casibus absolvendi non sunt, nisi videan-

S. Thom. opusc. de Offic. Sacerd. p. I. art. unico.

Concil. Trid. sess. 14. cap. 8.

deantur dispositi ad sequendas sanctas Ecclesiæ leges. Si sint Prædicatores, debet inquirere, utrum prædicent ad sibi laudes & favores hominum acquirendos, aut propter lucrum temporale? Vide quæ diximus Tomo 2. Tract. 2. cap. 3. quæst. 30. & 31. utrum sciant, quod dicit Sanctus Carolus: *Publicorum peccatorum* illecebras, quas " homines, depravatæ consuetudinis errore " decepti, pro nihilo putant, Concionator " perpetuò reprehendat, atque in summum " odium adducere contendat: spectacula, " ludos, ludicrasque res id generis, quæ ab " ethnicorum moribus originem ducunt, disciplinæque Christianæ adversantur, perpetuò detestabitur: execrabitur choreas, " saltationes, ac tripudia, quibus mortiferæ " cupiditates excitantur; de suggestu graviter reprehendet, atque insectabitur scenicas personatasque actiones, omnem in muliebri vestitu luxum, caudatas vestes, superbum ornatum, deformem illam capitis " ornandi speciem, muliebres fucos, ac pigmenta, cæteraque ad mollitiem, atque " adeò ad libidinis incitamentum fœdè excogitata omni persuasionum vi, & argumentorum quasi telis oppugnabit; effusam " etiam virorum impensam & omnem intemperantiam omni studio coarguet: servorum, quorum opera nulla est, neque domi, " neque foris, multitudinem inutilem, ac " desidem, supervacaneam dissuadebit: epulas illas sumptuosas & comessationes immoderatas à frugalitate Christiana alienas; " omnis intemperantiæ, impudicitiæ, libidinis, aliorumque vitiorum illecebras arguet, increpabit, atque planè dissuadebit; " omnem aleam, omnemque ejus generis " ludum, unde jurgiis, furto, maledictis, " ac aliis malis, maleficiisque, quasi fores " ape-

S. Carol. Act. tit. Officium concion.

aperiuntur, graviter objurgabit, atque exagitabit: eorum peccata exagitabit, insectabitur, qui ædes suas quasi ad ludum aleatorium exponunt, multorum otiosam vitam, atque voluptuariam ita facilè peccatis expositam, reprehendet quàm sæpissimè.

Quæst. 9. Quid agere potest Confessarius cum mulieribus fucatis, aut aliàs valdè immodestis?

Resp. De hac materia sæpiùs actum fuit, & præcipuè infra Tract. 6. cap. 12. qu. 2. & 3. Et Tom. 3. cap. 9. quæst. 3. & cap. 11. qu. 4. Attamen quia non raro hæc difficultas occurrit in praxi, & Confessarios anxios, & de modo agendi dubios & ancipites reddit, non inutile erit aliqua hìc ex accuratioribus Italiæ Synodis, imò ex Summi Pontificis mandatis adjungere.

Synod. Cremens. ann. 1688. cap. 10.

In egregia Synodo Cremensi statuitur, ut *Mulieres quas comptius ornatas, nudatoque pectore vel brachiis, ad intuentium offensionem, Confessarii cognoverint, eas efficacibus verbis increpabunt; quòd si semel atque iterum admonitæ, Confessarii dictis parere noluerint: illis, prout spiritus & prudentia suggesserit, beneficium absolutionis aut differant, aut etiam omninò negent, attenta semper scandali qualitate, quæ ex hujusmodi ornatu poterit provenire.*

Synod. Senogall. ann. 1627. cap. 3. de Sacr. §. 1.

Unde etiam Antonius Card. Barberinus, in Synodo Senogalliensi, sic statuit: *Non permittat Parochus, quemquam accedere ad sacramenta suscipienda, nisi exteriori habitu & vestium modestia, debitam venerationem præ se ferat; quod in mulieribus præsertim observet, ut illæ vestitu humili, & ornamentis dimissis, Christi paupertatem & humilitatem imitentur.* Vide Tom. 3. & Tom. 4. Tr. 6. c. 12. q. 3. & Tom. 6. Tr. 5. c. 2. q. 9.

In

In recentiori Synodo Asculanâ, Illustrissimus Episcopus Josephus Salustius Fadulfus statuit, ut Parochi *mulieres ad Sacramentorum susceptionem non admittant, nisi velato capite & honestè comptas, eas arcendo quæ nudatis mammis, meretriciam magis ostendunt vanitatem.* Et in alio loco, *Cupientes*, inquit, *sæculi hujus effrenem licentiam cohibere, improbamus morum illam corruptelam, quæ apud aliquas, etiam ex honestioribus fœminis, ubique prævalere potuit in usu, nudo pectore patulisque mammis, nudatisque etiam ad cubitos usque brachiis, tanquam lixivium aut coquinam petentes, Ecclesiam adeundi; has quippe quæ sic sacris interesse, & forsan Angelorum mensæ accedere pudorem non habent, admoneri à Parochis volumus, ut in posterum in publicum non nisi ad collum usque ad manum tenùs, velis aut lineis ornatibus coopertæ comptæque prodeant. Pro quarum observantia rerum, strictè, ultra Parochos, Confessarios, ac Sacramentum Eucharisticum dispensantes oneramus, ut scilicet Parochi & Confessarii moneant pœnitentes, & si incorrigibiles fuerint, eos non absolvant: aliàs verò ita lascivientes nullo pacto ad receptionem Dominici corporis audeant recipere.* Synod. Asculana ann. 1688. c. 3. & 11.

Demùm Cardinalis Carolus Rossetus in Synodo Faventina statuit, ut Confessarius *non admittat fœminas, nisi velato sint capite, & debitam honesto habitu reverentiam atque humilitatem erga hoc Sacramentum præferant.* Synod. Faventina an. 1649. In Monitis pro Confess. n. 4.

Et in accurata elegantique Syn. Juvenacensi statuitur, ut *mulieres honestè ornatæ sint, non fucatæ; ac velato capite, pectora habeant velo præcincta, non aperta, ne scandalum videntibus ingenerent; alioquin ad Sacramenta minimè admittantur.* Synod. Juvenac. ann. 1639. c. 22. n. 5.

No-

Novissimè Illustrissimus Episcopus Amerinus, Josephus Crispinus, in Diœcesibus Prænestina & Albana Visitator Apostolicus, in Decretis generalibus sancitis ad executionem litterarum Pontificiarum, sic loquitur: *Se vi fossero delle Donne così irreverenti, che ne pur volessero usare modestia di vestimenti, e tuttavia con pompe, e gale, e vestimenti indecenti, e senza deporre i cimieri, e scuffie mitrate, & altre a guisa di torri, ardissero di accostarsi a Santi Sacramenti: sappiano, che anco possono e debbono essere discacciate da Confessori, in esecutione de Decreti di San Carlo, che precettivamente ordinò, che tali Donne non siano ammesse ne alle Confessioni, ne alla Santissima Communione. E sopra di ciò i Sacerdoti, massimamente Confessori, ne hanno havute, per occasione delle Missioni fatte in quest'anno in Roma, avvertenze precettive dal medemo nostro Santissimo Papa CLEMENTE XI. con queste parole:* Si ammoniscano i Confessori, ch'escludino a tal effetto da' Santi Sagramenti quelle Donne, che vi si accostano vanamente adornate, dando ben chiaro segno di non essere veramente penitente, chi in tal forma comparisce a piedi de Confessori, ò alla sagra Mensa. *E sopra di ciò non dubitiamo, che gli Ordinarii armati di arme si forti, adempiranno, ove vi fosse il bisogno ne luoghi visitati, le loro parti, per togliere dalla Casa di Dio cotali abusi, che tirano tante anime alla perditione.*

Decreti generali di Visita Apostol. ann. 1704. c. 2. n. 7.

Unde non mirum, si Cardinalis Hieronymus Simoncellus in Synodo Urbevetana statuat, ut *mulieres fucatæ, aut curiosè concinnatæ, studiosiusve comptæ, aut pretiosioribus vestibus ornatæ, sine communione dimittantur.*

Synod. Urbevet. an. 1592. de Euchar.

Celebris Episcopus Amerinus, sic de tali-

talibus statuit: *Quos non ita affectos, ut & peccasse, verè & ex animo pœniteat, & abstinere in posterum destinasse intelligitis: eos benignè admonitos, quanta id religione adeundum Sacramentum sit, inauditos jussosque paratiores redire, dimittite. Quo in numero habendæ videntur mulieres, quæ vestibus acu pictis atque auro contextis, pendentibus ex auribus gemmis, è collo monilibus, cincinnis exquisita arte compositis, fucis unguentisque delibutæ vos adeunt. Neque enim reorum hic, & delicta lugentium, sed delinquere perseverantium est habitus.* Synod. Amerina ann. 1595. cap. 1109.

Quæst. 10. Quid observare debet Confessarius erga infirmos?

Resp. In Synodo Cœsenatensi Eminentissimi Cardinalis Denoff statuitur, ut *Parochi infirmitate domi detentos invisant, & ad pœnitentiam stimulent; quos & Medici de facienda Confessione commonere debent, juxta Bullam Pii V. & Epistolam Sacræ Congregationis; quas isti accuratè sub pœnis ibi contentis, aliisque arbitrio nostro infligendis, omninò observent. Quod si facta monitione, post triduum Confessionis expletæ fidem iidem Medici non viderint, ad ægrotos amplius non redeant; nisi fortè illa, ex æquo Confessarii judicio, ulteriùs protracta fuerit. Confessarii verò omnes, sive sæculares, sive regulares, teneantur de audita decumbentis Confessione Parochum certiorem reddere, sive per schedulam manu propria subscribendam, quam in domo infirmis relinquent, sive alia efficaci ratione; idque sub pena suspensionis ab audiendis confessionibus ipso facto incurrenda.* Videatur quoad hoc supra cap. 8. quæst. 3. Synod. Cœsenat. ann. 1693. lib. 2. c. 6.

Cardinalis Paulus Æmilius Rondininus, in Synodo Assisiensi statuit, ut *si quando Regulares cæterique Confessarii accersiti fuerint ad audiendas ægrotorum confessiones, statim*

statim, peracto munere, fidem in scriptis mittant, vel oretenùs referant Parocho ægroti de ejus excepta Confessione, sub pœna suspensionis ab administratione hujus Sacramenti ipso facto incurrenda.

S. Congr. Concilii die 2. Julii 1587. Demùm Sacra Congregatio Concilii expresse declaravit (ut refertur in Synodo Eugubina ann. 1646. pag. 141. in Addition.) quòd *Regulares, qui in domibus laicorum Confessiones ex causa audiverint, statim Parochum admonere teneantur, & fidem auditæ Confessionis pro medico adveniente relinquere.*

Synod. Civitatis Castellanæ an. 1626. de Pœnit. c. 4. Unde etiam in Synodo Civitatis Castellanæ statuitur, ut *Confessarii audita infirmorum Confessione, ministrati Sacramenti testimonium in scriptis relinquant, ut Parocho medicisque ostendatur; aliàs suspensionis pœnam incurrant.*

Syn. Montisregalis, an. 1638. de Pœnit. c. 4. Et Cardinalis Cosmus de Torres, graviter statuit in Synodo Montisregalis: *Quoniam Nobis apertè constat, à nullo ferè Confessario observari, ut cum ad infirmorum audiendas Confessiones accedit, vel ante vel post auditam Confessionem, schedulam manu propria scriptam ad ægroti Parochum transmittat, unde sæpiùs gravia scandala oriri solent. Idcircò Nos tam perniciosæ scandalorum occasioni occurrere cupientes, strictè præcipimus, ut nullus Confessarius, sive sæcularis, sive regulari, deinceps ad infirmorum audiendas Confessiones accedat, quin statim hoc, post impertitam absolutionem, per chirograhum infirmi Parocho renunciet, sub pœna suspensionis ab audiendis Confessionibus, donec iterùm approbetur, ipso facto incurrenda.*

Synod. Alexandr. an. 1604. de Extrem. Unctione. Prætereà in eruditâ Synodo Alexandrinâ, prudentissimè monet, pietate singulari celeberrimus Episcopus Odescalcus, his verbis: *Qui ægrotantes alicujus rei restitutioni*

ni se obnoxios confitentur, diligenter curent Confessarii, ut si possint, quod debent, restituant, neque id hæredis voluntati committant; quod in eo hæredes ut plurimum negligenter se gerant, & restitutio sine mora facta, saluti, non solùm animæ, sed etiam corporis prodesse possit.

Et Joannes Baptista Cardinalis Lenius, in Synodo Ferrariensi statuit, ut Confessarii *si in privatis domibus audiendæ sint ægrotantium, præsertim mulierum, confessiones; id non faciant, nisi cubiculi janua sit patefacta, ut conspici tam confitens quam Confessarius possint; alioqui si in aliquo horum peccaverint, sciant suspensionis pœnam sibi propositam esse.* Synod. Ferrarien. an. 1612. de Pœnit. n. 5.

Quam etiam prudentem circumspectionem confessariis mandat Cardinalis Gaspar Borgia in Synodo Albanensi, his verbis: *Mulierum ægrotantium confessiones, cujuscumque illæ fuerint ætatis, non audiant ostio cubiculi ubi decumbunt penitùs clauso.* Vide super hoc Instructionem pro Confessariis Monialium in fine Tomi. Synod. Albanen. ann. 1641. de Pœnit.

Id expresse jubet, sub gravi pœna, Episcopus Aversanus, Innicus Caracciolus, his verbis: *Mulierum ægrotantium, sub suspensionis pœna, confessiones in domo nemini audire liceat, præterquam aperto cubiculi ostio; ita ut tam mulier ipsa quam Confessarius, ab omnibus prospici queant, non autem audiri.* Synod. Aversana, ann. 1702. p. 2. cap. 5. n. 12.

Et Cardinalis Stephanus Duratius, in Synodo Genuensi statuit, ut *quando ex causa morbi, vel aliàs de Ordinarii licentia, in privatis ædibus, seu domesticis Oratoriis, mulierum confessiones audiuntur, apertæ sint januæ, ita ut videri, sed non audiri possint.* Synod. Genuen. ann. 1643. cap. 20.

Demùm Eminentissimus Jacobus Antonius

Synod. Florentina an.1691. tit.1. c. 8. num.3.

nius Cardinalis Morrigia, in Synodo Florentinâ statuit, ut *qui Confessionem graviter decumbentis audierit, statim Parochum moneat, ut ejus saluti ex debito consulat*.

Synod. Amerina ana. 1596. cap.157.

Cæterùm, ut præclarè observat celeberrimus Episcopus Amerinus, *Parochi charitas vel maximè in ægrotorum cura elucet; quæ quidem eo intentior esse debet, quo & præsentius periculum, & in eo corporis pariter & animæ salus & incolumitas agitur; cum ergò incidisse in morbum è suis aliquem Parochus acceperit, non expectet, ut accersatur, sed ultrò jacentem adeat. Ac si, quod plerumque accidit, tantùm de valetudine sollicitum, eorum, quibus animæ periculosa peccatorum lue affectæ medeatur, prorsùs incuriosum invenerit; tum illum callidi dæmonis insidiis obsessum cum intelligat, veras Pastoris partes amplectatur, animamque sævissimi lupi fraudibus interceptam, strenuè ereptum eat; & tempore ac sermone apto aggressus, ad cogitationem veræ salutis revocare eum conetur, sive blanda & amica cohortatione, sive, si res ita poscere videatur, etiam periculi denunciatione. Quod si ne hoc quidem commoveri eum senserit, tum apertiùs damnationis admoneat, quæ illi ad Dei tribunal mox adituro impendet, & quæ damnatum supplicia apud inferos manent, si vitam in ipsis peccatis reliquerit. Sed hæc ita cum eo aget, ut nihil unquam ab ira aut indignatione, sed omnia à charitate & studio salutis illius proficisci intelligat; quæ eo præsertim tempore aptior certiorque persuadendi, & à terrenis rebus ad cœlestium amorem meditationemque traducendi animum, ratio esse videtur. Denique nunc rogando, nunc reprehendendo, nunc spe, nunc metu tractando, tamdiu instet, donec pervicerit, ut animæ suam medicinam adhiberi patiatur*.

Huic

Huic loco adjiciendum id quoque duximus, ut in visendis fœminis morbo laborantibus, eam Parochus modestiam religionemque adhibeat, ut haud minus ab se verecundiam pudoremque coli, quàm ab ipsis colatur fœminis appareat. Quin eas peccata confitentes, ita remotis arbitris assidens lecto audiat, ut conspici tamen à domesticis, si loci ratio tulerit, possit.

Demùm Eminentissimus Card. Franciscus Nerlius, apostolica probitate & singulari eruditione celeberrimus, qui, dum hæc scriberentur, Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ & S. Congregationis ejusdem Fabricæ Præfectus, tacente vel potiùs mirante carne & sanguine, summo bonorum applausu renunciatus, eidem augustissimo Capitulo rectè præesse videtur, in quod plura dona, dum Canonicatum obtineret, liberali manu cumulaverat, & Officium Divinum seu Breviarium huic Ecclesiæ proprium, propriis impensis, magnificis typis Parisiis edendum curaverat, cum apud Christianissimum Regem Nuncii Apostolici partes egregiè sustineret: Hic, inquam, Eminentissimus duodecim Tomis Historię Ecclesiasticæ usque ad nostra tempora, vulgari linguâ, sed eruditione non vulgari, propediem edendis, orbi christiano egregiè profuturus, in præclara accurrataque Synodo quam Archipræsul tunc Florentinus in eadem Civitate celebravit, Parochos graviter monet his verbis: *Ingravescente morbo, Parochos quoscumque hortamur, ac monemus in Domino, ut gravissimæ obligationis suæ memores, in extremis constitutum non deserant; sed tum maximè diu noctuque, piis ad Deum precibus, & opportunis erga ægrum monitis, eundem adjuvent ac confirment, ut actus fidei, spei, & cha-* Synod. Florentina, ann. 1681. tit. 11. §. 11.

Synod. Florentina an.1691. tit.1. c. 8. num.3.

Sy nod. Amerina ana. 1596. cap.157.

nius Cardinalis Morrigia, in Synodo Florentinâ statuit, ut *qui Confessionem graviter decumbentis audierit, statim Parochum moneat, ut ejus saluti ex debito consulat.*

Cæterùm, ut præclarè observat celeberrimus Episcopus Amerinus, *Parochi charitas vel maximè in ægrotorum cura elucet; quæ quidem eo intentior esse debet, quo & præsentius periculum, & in eo corporis pariter & animæ salus & incolumitas agitur; cum ergò incidisse in morbum è suis aliquem Parochus acceperit, non expectet, ut accersatur, sed ultrò jacentem adeat. Ac si, quod plerumque accidit, tantùm de valetudine sollicitum, eorum, quibus animæ periculosa peccatorum lue affectæ medeatur, prorsùs incuriosum invenerit; tum illum callidi dæmonis insidiis obsessum cum intelligat, veras Pastoris partes amplectatur, animamque sævissimi lupi fraudibus interceptam, strenuè ereptum eat; & tempore ac sermone apto aggressus, ad cogitationem veræ salutis revocare eum conetur, sive blanda & amica cohortatione, sive, si res ita poscere videatur, etiam periculi denunciatione. Quod si ne hoc quidem commoveri eum senserit, tum apertiùs damnationis admoneat, quæ illi ad Dei tribunal mox adituro impendet, & quæ damnatum supplicia apud inferos manent, si vitam in ipsis peccatis reliquerit. Sed hæc ita cum eo aget, ut nihil unquam ab ira aut indignatione, sed omnia à charitate & studio salutis illius proficisci intelligat; quæ eo præsertim tempore aptior certiorque persuadendi, & à terrenis rebus ad cælestium amorem meditationemque traducendi animum, ratio esse videtur. Denique nunc rogando, nunc reprehendendo, nunc spe, nunc metu tractando, tamdiu instet, donec pervicerit, ut animæ suam medicinam adhiberi patiatur.*

Huic

Huic loco adjiciendum id quoque duximus, ut in visendis fœminis morbo laborantibus, eam Parochus modestiam religionemque adhibeat, ut haud minus ab se verecundiam pudoremque coli, quàm ab ipsis colatur fœminis appareat. Quin eas peccata confitentes, ita remotis arbitris assidens lecto audiat, ut conspici tamen à domesticis, si loci ratio tulerit, possit.

Demùm Eminentissimus Card. Franciscus Nerlius, apostolica probitate & singulari eruditione celeberrimus, qui, dum hæc scriberentur, Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ & S. Congregationis ejusdem Fabricæ Præfectus, tacente vel potiùs migrante carne & sanguine, summo bonorum applausu renunciatus, eidem augustissimo Capitulo rectè præesse videtur, in quod plura dona, dum Canonicatum obtineret, liberali manu cumulaverat, & Officium Divinum seu Breviarium huic Ecclesiæ proprium, propriis impensis, magnificis typis Parisiis edendum curaverat, cum apud Christianissimum Regem Nuncii Apostolici partes egregiè sustineret: Hic, inquam, Eminentissimus duodecim Tomis Historiæ Ecclesiasticæ usque ad nostra tempora, vulgari linguâ, sed eruditione non vulgari, propediem edendis, orbi christiano egregiè profuturus, in præclara accurrataque Synodo quam Archipræsul tunc Florentinus in eadem Civitate celebravit, Parochos graviter monet his verbis: *Ingravescente morbo, Parochos quoscumque hortamur, ac monemus in Domino, ut gravissimæ obligationis suæ memores, in extremis constitutum non deserant; sed tum maximè diu noctuque, piis ad Deum precibus, & opportunis erga ægrum monitis, eundem adjuvent ac confirment, ut actus fidei, spei, & cha-* Synod. Florentina, ann. 1681. tit. 11. §. 11.

ritatis, aliarumque virtutum eliciat; nec eum deserant, usque quo intra salutis portum ægrotantem deduxerint, viam illius Domino commendantes, juxta ritus & formam ab Ecclesia receptas & præscriptas: quæ omnia ritè perficient Parochi ex Ritualis Pauli V. frequenti studio. Quodsi absoluto & inevitabili impedimento Parochus nequeat, ut debet, per se ipsum usque ad extremum assistere; tunc alteri saltem Sacerdoti, ac Religiosis & probis viris, id officii committat.

Synod. Assisiensis, ann.1689. tit.13.

Et idem celeberrimus Cardinalis, in Synodo, quam, relicto, ob morbum ex aere contractum, Archiepiscopatu Florentino, Episcopus Assisiensis celebravit in ea Ecclesia, quam splendidis muneribus liberaliter decoravit, sic sapientissimè decrevit: *Nunquam consanguinei, affines, sive alii quicumque, Parochum ad ægrotos accedere, aut apertè vetent, aut callidè impediant, sub pœna excommunicationis; imò hujusmodi transgressores ad Nos vel ad nostrum generalem Vicarium quàm diligentissimè deferantur, ne tãtæ impietatis rei impuniti remaneãt.*

Synod. Lucana, ann. 1661. c.6. n.1.

Hanc infirmorum libertatem, illibatam servare satagens Cardinalis Bonvisius, in eleganti Synodo Lucanâ, sic statuit: *Libertatem humanæ mentis usque ad exitum vitæ, post exactam quoque moriendi naturæ legem, omnia jura protrahere tueriq; satagunt; sola hominum avaritia, quid humanum & quid honestum postulet, non cognoscens, liberam disponendi de propriis rebus facultatem impedire audet, nihilque habet antiquius, quam testatoris voluntatem, non exequi; sunt enim nonnulli qui tanta cupiditate efferuntur, ut sui ipsius commodum, non autem ægrotorum salutem spectantes, aut aperta vi aut fabricis eos circumvenientes, quominùs testamentum condant, impedire non verentur; ex quo sæpe*

ſæpius tanta ægrotos deſperatione afficiunt, ut illi animæ ſalutem pariter cum ipſa vita profundant. Nos igitur tanto ſceleri obviam ire cupientes,

Mandamus omnibus ſine ulla exceptione perſonis, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, ne adumbrata probitatis ſpecie, aut aliquo quæſito colore, directè vel indirectè ægrotos impediant, quominus à Religioſis cæteriſque præditis pietate viris inviſantur, neque ſint in cauſa cur infirmi ſacroſanctæ pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & extremæ unctionis ſacramenta minimè percipiant; aut ſi pietatis ſtudio ad pias cauſas teſtari velint, ultimam ſuam voluntatem non declarent, aut conſcriptum teſtamentum aliquâ ex parte mutent, ſive totum irritum faciant, aut legata, in quos uſus velint, non relinquant.

Et piiſſimus Epiſcopus Veronenſis, Joannes Matthæus Gibertus, in Synodo decrevit his verbis: *Statuimus, ut nullus de cætero publicè vel occultè impediat, quominus Sacerdotes parochiales vel Notarii cum teſtibus ad infirmos intrare poſſint, quoties fuerit opportunum, & liberè prout voluerint infirmi; & quominus infirmi diſpoſitiones ultimæ voluntatis exprimant per teſtamentum vel aliam quamcumque voluntatem, & ſi quis directè vel indirectè, per ſe vel alium, contrafecerit; ex nunc prout ex tunc, & è converſo, excommunicationis ſententiam in eum promulgamus; hancque conſtitutionem ſæpiſſimè publicari in Eccleſiis mandamus, ne quis ignorantiam prætendere valeat. Et admoneant, quod ultra pœnam in præſenti noſtra conſtitutione contentam, tenentur læſis pro commodo ſeu lucro, quod ex teſtamento ſeu alia diſpoſitione reportaſſent, ſatisfacere.* Synod. Veronen. an. 1542. tit. 4. c. 13.

Caput X.

De Scientia Confessorum.

Quæst. 1. Scientia est-ne absolutè Confessori necessaria?

Resp. Omninò est necessaria ad ejus propriam & pœnitentis salutem. Quod quidem facilè colligitur ex duabus qualitatibus, quas Concilia Confessariis attribuere solent, cùm eos & medicos, & judices vocent.

S. August. Can. Quis vult, dist. 6. de Pœnit. Qualitas enim judicis, ut ait S. Augustinus relatus in Can. in Confessario scientiam desiderat; inquit enim: *Caveat spiritualis Iudex, ut sicut non commisit crimen nequitiæ, ita ne careat munere scientiæ. Oportet enim, ut sciat cognoscere, quidquid debet judicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, ut quod debet judicare, discernat.*

Patet etiam, quòd officium spiritualis Medici, quod exercet Confessarius, scientiæ dona requirit; ut enim ait celebre Concilium Lateranense generale: *Sacerdos more periti Medici, super infundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circunstantias, & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debet ei præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrotum.* Can. Omnis utriusque sexus, De Pœnit. & remissionibus.

Christus Dominus id paucis expressit cùm dixit: *Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt*, id est, in æternam damnationem. Hinc S. August. ait: *Terret non solùm cæcum ducentem, sed & cæcum sequentem: neque enim ait, cadit in foveam ducens, & non cadit sequens: sed cæcus cæcum ducens, ambo in foveam cadunt*, hoc est, tam Confessarius ignarus, quàm pœnitens qui ab eo dirigitur. Matt. c. 15. S. Aug. to. 9. lib. de Pastorib. c. 10.

Et Catechismus Concilii Tridentini ait: *Ac quod ad Iudicis Officium attinet, satis constat, non vulgarem scientiam necessariam esse, qua & peccata investigare, & ex variis peccatorum generibus, quæ gravia & quæ levia sint pro cujusque hominis ordine & genere judicare possit. Vt autem Medicus est, summa quoque prudentia indiget; etenim diligenter providendum est, ut ea remedia ægroto adhibeantur, quæ ad illius animam sanandam & impostcrum contra morbi vim muniendam aptiora esse videantur.* Catechis. Cōc. Trid. p. 2. de Pœnit. Sacr. n. 71.

Hanc medici spiritualis scientiam egregiè describit celeberrimus Cardinalis Augustinus Valerius, Episcopus Veronensis, S. Caroli olim amicissimus, in eo opere, quod *Episcopus* nominavit, & S. Carolo urgente, cum eloquentiâ verè Apostolicâ conscripsit, & eidem dicavit: *Vt autem*, inquit, *ars medica potissimùm consistit in addendo quod deest, & in detrahendo quod abundat; ita medicina spiritualis in hoc maximè est posita. Quare bonus medicus animarum, hortationibus, regulis variis, Christianos mores & pias consuetudines semper conatur inducere: peccata, omnesque peccandi occasiones studet evellere. Et similibus ferè instrumentis utitur animæ medicus, ut medicus corporis; nam interdum quibusdam regulis jejuniis & abstinentiis animam sanat, variis pœnitentiis purgat, ferro etiā interdū utitur, ad excindēda illa mēbra, quibus populus possit contaminari.* Augustin. Card. Valerius, in Episcopo.

Hinc est, quòd in Synodo Ariminensi Dominicus Maria Card. Cursius monet, ut *Parochi cæterique omnes qui hoc Sacramentū administraturi erunt, petant sæpius enixis precibus sapientiam à Deo, magno studio eam inquirant & prosequantur, adeundo viros doctos, legendove libros idoneos, quorū sufficientē copiam domi retinebunt. Nec contenti sint tan-* Synod. Ariminen. ann. 1696. tit. 5. de Pœnitent. §. 4.

tùm pœnitentes audire, ipsosq; absolvere; sed eos insuper diligenter instruant de modo rectè confitendi, de dolore, ac proposito requisito, de numero & circumstantiis peccatorum, de obligatione restituendi ablata & famam, nec non de præcidenda occasiones proximas peccati, ne vitiis imputrescant.

Quæst. 2. Interest-ne ad pœnitentium salutem, ut doctos eligant Confessores?

Resp. Idem Catechismus Concilii Tridentini loco mox citato asserit: *Ex quo poterunt Fideles intelligere, maximo studio curandum esse, ut eum sibi Sacerdotem diligant, quem vitæ integritas, doctrina, prudens judicium commendet, quique quantùm in eo Officio cui præest ponderis, ac momenti sit, & quæ cuique sceleri pœna conveniat, & qui vel solvendi, vel ligandi sint, optimè noverit.*

Sancta Theresia veritatem hanc perfectè cognovit, cùm ait, cap. 5. in libro de via perfectionis: Magni prorsus interesse, ut Confessarius verè doctus sit; esse omninò periculosum ab ignaro regi, licèt multum sit spiritualis, aut esse possit.

Et in cap. 5. vitæ suæ quam ipsa scripsit ait: *Experientia mihi* compertum est, „ melius esse, ut Confessarii penitùs ignari sint, „ modò sint probi, quàm semidocti: quia „ qui ignari sunt, sibi non confidunt, nihil„ que concludunt inconsultis viris doctis, „ neque ego eam in ipsis habuissem fidu„ ciam: verùm à viro docto nunquam dece„ pta sum: ii certè decipere me non vole„ bant, verumtamen ampliùs non sciebant; „ contrarium tamen ego putabam, & me te„ neri tantùm illis credere, quamquam mi„ hi magnam concederent libertatem, & la„ tam mihi doctrinâ suâ aperuissent viam: „ ita enim prava eram, ut si per angustiores

regu-

regulas me regere voluissent, alios quæsi- "
vissem Confessores. Quod peccatum erat "
veniale, iis nullum videbatur; & mortale "
peccatum, veniale tantùm esse dicebant: "
quod quidem tantum mihi peperit dam- "
num, ut non abs re fore putaverim, hìc "
illud asserere, ut alii tantum malum ca- "
veant, quoniam coram Deo non ideò sum "
excusata, quia planè mihi sufficiebat, "
quòd illæ res per se bonæ non essent, ut eas "
caverem. Credo enim permisisse Deum, "
ut ipsi decepti fuerint, & ego ab iis dece- "
pta, propter peccata mea. Quin etiam "
alias quoque decepi, illis dicendo, quæ "
ab iis semidoctis didiceram. In hac cæci- "
tate per septem-decim annos ut puto per- "
severavi, donec tandem ab eruditissimo "
Patre Dominicano, in aliquibus fuissem "
instructa, & penitùs tandem edocta à Pa- "
tribus Societatis Jesu, qui mihi timorem "
grandem incusserunt, talia initia exagge- "
rando, ut inferiùs dicam. "

Si quantam pro corporis salute, & vitæ mortalis curam, tantam haberent pœnitentes pro salvanda anima, & vita æterna, minimè necessarium foret, eos monere, ut doctum & expertum imprimis Confessarium haberent, qui eos per salutis semitam ducere valeret, quæ tam angusta est, ut ait ipse Dominus noster Jesus-Christus, qui est summa veritas, cujusque verba in æternum manebunt.

Quando detinentur aliquo gravi morbo, non quemlibet eligunt Medicum, & multò minus eligunt minus doctos, minusque peritos: non dicunt, ille mihi sufficit, Medicus habetur, artem suam callere debet, si nesciat, sua, non mea culpa est, coram Deo ipse citra dubium respondebit: qui ita ageret, manifestâ dementia convinceretur.

Hoc tamen sæpissimè fit à pœnitentibus, cùm agitur de delectu Confessoris, qui animarum Medicus est, ut eas ab extrema morte liberet, & ad æternam vitam ducat: qui primò fit obvius, sufficiens censetur, & aiunt, Confessores omnes doctos esse: si enim non essent, non committeretur illis munus audiendi Confessiones.

Valdè expediret, ut hi qui ita sentiunt in praxi, seriò perpenderent, quod à sancto Basilio dicitur de attenta sollicitudine cum qua quæri debet Confessarius & animæ nostræ dux & Director: *Summa vigilantia*, inquit, *accerrimaque* in omnes partes animi circumspectione operam dato, ut aliquem tibi virum invenias, quem in omnibus deinceps delectæ tibi vitæ studiis certissimum ducem sequare, & ejusmodi, qui rectum iter pergentibus ad Deum indigitare valeat: qui virtutibus fulgeat: cujus opera domestica & quotidiana sinceram ejus flagrantemque in Deum charitatem testatam faciant: qui divinas litteras pulchrè calleat, qui nulli distractioni indulgeat, ab avaritia penitùs abhorreat; nec se ingerat pertractandis negotiis; quieti studeat, Dei amore ardeat, studeat sublevandæ pauperum inopiæ, sit expers iracundiæ, injuriarum immemor; qui libenti animo ventitantes ad se doceat; qui non turgeat inani gloria; quem superbia non extollat, adulatio non frangat; qui præbeat se constantem, qui denique divina gloria nihil antiquius & commendatius habeat. *Contendit adversarius noster*, ut nobis persuadeat, ut alicui nos credamus & gloriæ nimio plus avido, & propria vitia, assimulatâ quadam lenitatis specie, commendanti, ut hoc modo innumerabilibus

Tract. de abdicatione rerum.

libus nos denuò pravis animi libidinibus, "
contra primum animi nostri propositum "
veluti vinculis irretiat. Si ergo quod cum "
corpore tuo agere mitiùs volueris, magi- "
strum tibi aliquem quæsieris tecum se ad "
vitia tua demittentem, vel ut veriùs dicam, "
tecum unà in eandem perniciem corruen- "
tem: frustrà mundanis rebus nuncium re- "
mittendi laborem suscepisti, qui cœcum "
ducem tibi asciveris, cujus ductum secuto, "
in foveam tibi sit procidendum.

Hinc est, quòd Beatus Gregorius Papa VII. in Concilio Romano ita disserit: *Inter omnia vos hortamur atque monemus, ut in accipiendis pœnitentiis, non ad illos curratis, in quibus nec religiosa vita, nec est consulendi scientia: qui animas hominum magis ad interitum quàm ad salutem ducunt, teste veritate quæ ait:* Si cœcus cœcum ducat, ambo in foveam cadunt; *sed ad eos qui religione & Scripturarum doctrina instructi, viã veritatis & salutis vobis ostendere valeãt.*

B. Gregor. 7. in Conc. Rom. 7. c. 5.

Idem monitum luculenter inculcat, pietate singulari & eruditione clarissimus, Cardinalis Silvius Antonianus, in aureo opere, quod S. Carolo tunc viventi dicavit, seu potiùs, eodem Sancto promovente, conscripsit, super christiana filiorum educatione. *Non si puo considerare* ne riferir senza dolore, che gl'huomini communemente nelle cose della carne sono prudentissimi, & in quelle delle spirito e della salute loro poco auveduti e negligentissimi. Di qui è che per la sanità corporale si procura un medico eccellente, non perdonando a spese, e si cerca che habbia perfetta cognitione della nostra complessione, e si discorre seco molto a minuto, etiandio nel tempo della sanità; acciò quando siamo ammalati, sappia meglio medicar il male dalla

radice. E poi che il medico è ben instrutto, & habbiamo una certa fede in lui, non ci rechiamo leggiermente a mutarlo, anzi si vede che lo aspetto solo del proprio medico, è una maniera di medicina all'infermo.

Hora saria molto giusto, che questa istessa prudenza si osservasse nella cura dell'anima, e non andassero i penitenti ogni giorno variando medico spirituale; sopra di che si potrebbono dir molte cose, le quali tralascio per non esser troppo lungo. Dirò solo, che tutti i Padri e maestri dello spirito, hanno riputato cosa importantissima, e quasi la somma della vita christiana, lo haver un direttore fermo & ordinario, ed un Padre spirituale esperto nel governo dell'anime, e pieno di carità, e che sappia compatire a gli infermi, & habbia, come si suol dire, scienza e conscienza; sotto la cui mano & obedienza, altrui si governi in tutte le sue attioni, procedendo con grandissima verità, e con sincerissimo aprimento di tutto l'intimo del cuore; le quali attioni nostre allora andaranno sicure, quando saranno approbate da questo auriga e rettore della vita nostra; il che debbiamo tener per fermo, non solo per la particolar cognitione che egli haverà della complessione, per così chiamarla, della nostra anima; mà per il lume speciale, che Dio gli concederà, conforme al luogo che tiene, per beneficio e salute nostra.

Jonas Episcopus Aurelianensis, lib. 1. de Inst. laicor. c. 10. in Biblioth. Patrum.

E contrario, ut monet Jonas Aurelianensis: *Quidam peccatorum suorum conscii imperitos animarum suarum medicos expetunt, ut sibi ad votum suum pœnitentiæ tempora imponant; & peritos idcirco declinant, ne austeriùs, pœnitententiæ eos addicant.*

Si

Si enim peritus medicus ad morbos corporis pellendos quæritur, quanto magis medicus animæ peritissimus quærendus est? Vt artis medicinæ nescius, dum curare nescit vulnus corporis, non illud minuit, sed magis plerumque incrementum ei addit; ita & imperitus medicus animarum, dum eorum languoribus mederi videri vult, quia his congrua medicamenta nescit adhibere, eosdem languores creditur incrementare. De talibus inquit Dominus per Prophetam: Vivificabant animas quæ non vivebant, & mortificabant animas quæ non moriebantur. Vide supra, cap. 6. q. 10.

Quæst. 3. Quænam scientia necessaria est Confessariis?

Resp. Confessor triplici indiget scientiâ: Prima est illa, quam Salomon vocat scientiam Sanctorum: *Dedit illis scientiam Sanctorum*: hæc scientia nos efficit Jesu-Christi discipulos, nosque docet diversas vias, quibus se animabus communicat: hæc scientia per orationem comparatur, & accuratâ observantiâ omnium motuum, & impulsuum divini Spiritus, quæ Confessarius sæpè debet consulere, priusquam pœnitenti suo tradat consilium. De hac scientia loquitur sanctus Gregorius, dum ait: *Nulla ars doceri præsumitur, nisi intenta priùs meditatione discatur: ab imperitis ergo Pastoribus magisterium Pastorale suscipitur in magna temeritate: quoniam ars est artium regimen animarum. Quis autem cogitationum vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? & tamen sæpè qui nequaquam spiritualia præcepta cognoverunt, cordis se Medicos profiteri non metuunt: dum qui pigmentorum vim nesciunt, videri Medici carnis erubescunt.* S. Greg. in Pastoral. p. 1. c. 1.

Altera scientia quæ Confessoribus necessaria est, doctrina est Sacramenti Pœnitentiæ, qui sint ejus effectus, partes, & modus illud administrandi? Tenentur scire, quæ peccata sint venialia, quæ mortalia, & circumstantias peccatorum, eas præcipuè quæ obligant ad restitutionem; ut enim ait sanctus Carolus, Qui conscientiæ casus probè non noverit, qui hanc scientiam Canonum studio non comparaverit, piorumque librorum, qui de hac materia tractant; facilè non debet omnium hominum Confessionibus suscipiendis se exponere: sed priùs scientiam suam & experientiam explorare debet.

S. Carol. Actor. p. 4. Instruct. Confess. Non havendo piu che gran prattica de casi di conscienza, fatta col studio de sacri Canoni e somme, non s'ingerisca a confessar ogni sorte di persone: mà habbi occhio a misurare le forze della sua scienza e prattica.

Et ut ait Concilium Toletanum relatum in Canone, ubi postquam dixit, Presbyteros qui cæteros docere tenentur, quales sunt Confessarii, minimè ignaros esse debere, rationem reddit his verbis: *Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in Sacerdotibus Dei vitanda est. Sciant igitur Sacerdotes Scripturas Sanctas, & Canones, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat: atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quàm operum disciplina.*

Can. Ignorantia, dist. 38.

Ut faciliùs securiùsque hujusmodi scientiam assequantur Confessarii, utilissimum est, ut omninò teneant Catechismi Romani, ex Decreto Concilii Tridentini compositi, doctrinam: *Eos monitos in primis volumus*, inquit celeberrimus Episcopus Amerinus, Antonius Maria Gratianus, *ut præter ceteros authores, maximè Romanum Catechismum in manibus habeant, assiduèque terant; eo enim Libro, summa*

Synod. Amerina, c. 24. & 259. ann. 1595. & c. 601.

gra-

gravitate, pari doctrina, admirabili eloquentia, quæ scire Sacerdotem atque Ecclesiasticum hominem decent, omnia copiosè, plenè, absolutèque tradita, ac disputata sunt. Nobis certè satis ab eo fiet, quem & lectitasse eum librum, & ejus sententias doctrinamque tenere, ex interrogationibus responsionibusque intellexerint. Et alibi: *Parochis omnibus mandamus, ut illud Romani Catechismi volumen singuli penes se habeant, de manibus nunquam deponant, assiduèque ita legant, ut de eo reposcentibus Nobis rationem quotannis reddere, & ad ea de quibus interrogati fuerint, promptè ac scienter respondere possint.*

Cœlestinus quoque Papa, relatus etiam in Canone, ait: *Nulli Sacerdotum liceat Canones ignorare, nec quidquam facere, quod Patrum possit regulis obviare.* Si scientia Scripturæ sacræ & sacrorum Canonum fuit omni tempore necessaria Confessoribus, ut per viam salutis pœnitentes sibi commissos conducerent: hoc præsertim tempore maximè necessaria est, quo, ut ait Alexander Papa VII. tam frequentes conspiciuntur errores per totam Ecclesiam dispersi, quia nova difficultatibus respondendi forma, quæ in morum disciplina reperiuntur, introducta est, simplicitati Euangelii, & sanctorum Patrum doctrinæ prorsus opposita. Ita loquitur summus ille Pontifex, *Sanctissimus Dominus noster audivit, non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones Christianæ disciplinæ relaxativas & animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum suscitari, partim noviter prodire, & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omninò ab Euangelica simplicitate sanctorumque Patrum* de-

Can. Nulli dist. 48.

Decret. adversus lapsas Casuistarum opiniones. 24. Sept. 1665.

doctrina: & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela. Quare ne ullo unquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam esse definivit, in animarum perniciem dilatari, seu veriùs, perverti contingeret: idem sanctissimus Dominus noster, ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, lataque, per quam itur ad perditionem, via pro Pastorali solicitudine in rectam semitam evocaret, &c.

Tertia demùm scientia Confessariis necessaria, ea est, quæ illis competit, in quantùm Medici sunt; ut enim ait S. Augustinus relatus in Canone: *Sacerdos diligens sit inquisitor, & subtilis investigator: sapienter interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare.* Quapropter oportet, ut Confessores plenam habeant notitiam peccatorum, quæ committi solent in quocumque statu, Censurarum, Irregularitatum, & Casuum reservatorum. Scire etiam debent diversa remedia, quibus uti possunt ad curandos pœnitentes, illis semper imponentes Pœnitentiam gravitati criminum convenientem; hoc autem præstare debent, quâ maximâ fieri potest lenitate, applicantes verbi gratiâ remedium non simul & semel, sed variis, & intermissis vicibus, quando vident ægrotum primâ fronte vim remedii ferre non posse, quod ejus plagam curare possit; semper tamen illud adhibere debent remedium, quod ad ejus sanitatem procurandam planè necessarium est, licèt possint illud diversis variisque temporibus adhibere: juxta Canonem *Omnis utriusque sexus*, in quo sic legitur: *Sacerdos, more periti Medici, superinfundat vinum & oleum vulneribus.*

Can. Qui vult, De Pœnitent. dist. 6.

Can. Omnis, De Pœnit. & remiss.

bus fauciati, diverſis experimentis utendo ad ſanandum ægrotum.

Atque ut in pœnitentiis imponendis non errent, habeant, oportet, perfectam notitiam Canonum penitentialium.

Patres docuerunt, ait Sanctus Carolus, *quàm neceſſaria admodum ſit Sacerdotibus qui in audiendis pænitentium Confeſſionibus verſantur, Canonum pænitentialium ſcientia; etenim ſi omnia quæ ad pænitendi modum pertinent, non prudentia ſolùm ac pietate, ſed juſtitia etiam metienda ſunt, certè Norma hæc è Canonibus pænitentialibus ſumatur oportet: ſunt namque ii quaſi regulæ quædam, quibus cum ad culpæ commiſſæ gravitatem rectè dignoſcendam, tum ad imponendam pro illius ratione veram Pænitentiam Sacerdotes Confeſſarii ita diriguntur, ut ubi ſingula, quæ ad peccati magnitudinem, & quæ ad pænitentis ſtatum, conditionem, ætatem, intimumque cordis dolorem pertinent, accuratè perpenderint, tum demùm Pænitentiam judicio & prudentia ſua moderentur.* S. Carol. Act. p. 4. pag. 525.

Quæſt. 4. Eſt-ne neceſſe, ut Confeſſores, & Epiſcopi perfectè ſciant, quidquid continetur in Scripturâ ſacrâ, ſacriſque Canonibus, & quidquid ad proprium pertinet Miniſterium?

Reſp. Innocentius Papa III. relatus in Canone ait: *Illius quoque litteraturæ, licèt non eminentis, tamen convenientis electus exiſtit, ut pro defectu ſcientiæ, ab electione non deberet excludi.* Gloſſa ibidem verbo *Eminentis*, ait: *Eminens ſcientia benè eſt deſideranda in Prælato, competens toleranda.* Cap. Cùm nobis, De elect. & electi poteſtate.

Scientiam autem reputamus eminentem, inquit Innocentius Papa IV. *quæ ſubtiles quæſtiones diſcutere & definire novit, & in promptu reſponſiones habet; illæ habet mediocrem, qui ſcit aliquo modo examinare negotia,* In cap. Cùm in cunctis, De elect. & electi poteſt.

tia, quamvis ad omnia nesciat respondere, & qui in libris veritatem eorum, quæ scire tenetur, scit quærere, etsi in promptu omnia non habeat.

S. Anton. 3.p. tit.17. cap.4.§.1. Hinc inferre licet cum sancto Antonino, quòd *Scientia Confessoris, etsi non sit major, tamen tanta debet esse, ut sciat discernere inter peccatum & peccatum, & inter veniale & mortale. Et si in aliquo esset dubitatio, sciat dubitare, ut possit recurrere ad peritiores.*

S. Bonav. in 4. sent. dist. 17. num. 981. in expos. Textus, dub.3. Sanctus autem Bonaventura hæc dicit: *Necessaria est Sacerdoti tanta scientia, quod sciat discernere in peccatis communibus, & quod sit veniale & quod mortale: & quod sciat semper, ad quæ peccata potestas sua potest se extendere; & hoc quia alia Pænitentia danda est pro veniali, alia pro mortali; & si ad aliquod genus peccati potest extendere manum, illud necessarium est ei agnoscere: alioquin in periculum animæ suæ & confitentium audit Confessiones. Alia est discretio, qua sciat per habitum acquisitum discernere inter perplexitates peccatorum: & hæc est de benè esse: in talibus autem debet securiorem viam semper eligere, & sapientes consulere.*

Quæst. 5. Confessarius potest-ne in Tribunali Confessionis se conformare sententiæ sui penitentis, contra propriam, quando pœnitens asserit, opinionem suam esse probabilem, se suum ea de opinione consilium habere, & plures affert authores ad illius confirmationem?

Resp. Ut clarè huic quæstioni satisfiat, & evidenter appareat falsitas hujus principii, quo Confessario licet pœnitentis opinionem, suæ contrariam, sequi, sufficit vel leviter attendere, quid sit Confessarius, & quid pœnitens. Confessarius gerit vices Jesu-Christi Domini nostri, quoniam ut ait

ait ipse Christus Dominus: *Magister vester unus est Christus*, & talem se præbere debet, ut de illo verè dici possit, quod adversarii de ipso Christo Domino dicere coacti fuerunt: *Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces; & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum.* Matt. c. 23. Matt. c. 22.

Pœnitens verò est Christianus, & de Christianis sic loquitur Apostolus: *Qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est.* Et in alio loco: *Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis:* Qui per angustam portam, & arctam viam, quæ ducit ad vitam, incedere cupit, ut Deus ipse declaravit: *Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam!* 2. ad Cor. 5. ad Gal. 5. Matt. c. 7.

Hic pęnitens consilium petit à suo Confessario, utrum aliquid sibi licitum sit, an prohibitum? Qui oculos habent, facilè percipiunt, & vident, consultationes omnes, quæ pro temporalibus rebus fiunt, in quibus homines adeo solertes & providi sunt ne decipiantur, nihil prorsùs esse, si cum his rebus comparentur, in quibus agitur de ęternâ consulentis salute, qui ex pravo consilio præceps agitur ad inferos: at non modò agitur de salute pęnitentis, verùm etiam Confessoris, qui malo suo consilio pœnitentem in foveam projicere non potest, quin in eandem cum illo ipsemet cadat; quoniam Christus Dominus, qui mentiri non potest, dixit: *Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.* Matt. c. 15.

Quis igitur non horreat agendi modum Sacerdotis, qui inspirat pœnitenti, id quod credit potiùs falsum quàm verum, potiùs prohibitum quàm licitum, quod potiùs eum ad inferos quàm ad cęlos condu-

ducere credit, ne ipsi displiceat; & non dubitat ipsum praecipitem agere ad aeternam damnationem, quia noluit ipsum obligare, ut aliquam sibi vim inferret in hac temporali vita?

Itaque verè rectèque exclamat contra hanc doctrinam Divus Bonaventura, *O inauditum philosophandi genus! Iudex sententiam ferre debet ad arbitrium rei, & reus Iudicis judicia obtemperare non tenetur.*

Praeterea, ut jam diximus, Confessarius semper tenetur sequi opinionem tutiorem, quoties opposita non est notoriè probabilior; quod quidem ad ejus prudentiam pertinet, de qua sequenti capite dicemus.

Caput XI.

De Qualitatibus necessariis Confessoribus.

Quaest. 1. Quaenam sunt dotes, seu qualitates Confessoris?

Resp. Egregiè illas explicat S. Carolus, dum ait: *In probandis Confessoribus hanc rationem habeant Episcopi, ut pii, benè morati, docti, prudentes, de animarum salute solliciti, & fideles custodes sint eorum quae in Confessione dicuntur.*

S. Carolus in Concil. Provinc. 1. tit. Quae pertinent ad Sacram. Poenit. administrat.

Quaest. 2. In quo consistit pietas, quae requiritur in Confessore?

Resp. Pietas quae requiritur in Confessore, ea est, de qua loquitur Apostolus, dum ait, *Exerce te ipsum ad pietatem, pietas ad omnia utilis est:* D. Thomas explicans hunc locum Apostoli, ait, *Pietas accipitur hic utroque modo: scilicet pro cultu Dei, & misericordia.*

1. ad Tim. cap. 4. S. Tho. in Epist. ad Tim. c. 4. lect. 2.

Pie-

Pietas his duobus modis accepta, necessaria admodùm est Confessori. Prima comparatur frequenti orationis mentalis usu, piorum librorum lectione, cordis, mentisque repetitâ sæpiùs in Deum conversione, ut in nobis ejus amorem, cultumque excitemus: quia Sacerdos spiritu pietatis animatus, dignum est omnipotentis manus Dei instrumentum, quo utitur ad infundendum omnem Spiritum in corda eorum, qui ad ipsum accedunt, piis Sacerdotis Officiis, & præsertim Sacramenti Pœnitentiæ administratione.

Pietas etiam, quatenùs respicit proximum, est Confessori necessaria; ut enim ait Sanctus Augustinus relatus in Canone; *Confessor habeat pietatem in alterius crimine: adjuvet confitentem orando, eleemosynam dando, & cætera bona pro eo faciendo, semper eum juvet leniendo, consolando, spem promittendo, & cùm opus fuerit, etiam increpando: doceat loquendo, instruat operando, sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudii: doceat perseverantiam: caveat ne corruat, ne justè perdat potestatem judiciariam.* Can. Qui vult, De Penitent. dist. 6.

Hanc pietatem, seu potiùs charitatem erga proximum, egregiè describit Cardinalis Denoff, his verbis: *Si Confessarii hac virtute verè præditi, plenique essent, quot illius fructus ad Fidelem populum derivarent? Sed vera charitas ita hodie rara est inter Sacramenti Pœnitentiæ Ministros, ut vix illius umbra in benè multis appareat. Quidam charitatem se putant exercere, dum cuicumque petenti absolutionem concedunt, non pensantes utrum talis absolutio conferat vitam, vel mortem, juxta varias contrariasque pœnitentium dispositiones. Alii charitatem æstimant, imponere leves pœnitentias, quæ nullo modo conveniunt peccatis, aut dispositionibus peccatorum.* Cardinalis Denoff. Instruct. Confess. pag. 19. Se i Confessori fossero ripieni di quella virtù, ò quanti frutti ne riceverebbero i popoli? Mà è cosa così rara in

rum. *Alii charitate se moveri putant, cùm non aperiunt, & indicant peccatoribus periculosum statum in quo degunt, sub inani prætextu illos non constituendi in mala fide; etiam in casibus in quibus ignorantia non excusat, aut præsumi non debet. Tales charitatum species similes sunt charitati, quam prætendere posset Medicus, dans medicinam, cæteroqui optimam, ad petitionem infirmi, non considerans, utrum in talibus circumstantiis possit esse causa mortis vel sanitatis: aut qui præscriberet unctiones, aut potiones dulces, dum æger indiget potionibus amaris, & sectionibus: aut denique qui nollet gravitatem, periculumque morbi aperire ægroto, ut sibi & suis providere posset, ne scilicet eum aliquo modo conturbaret.*

Vera Christiana charitas inquirit omnes modos, omniaque remedia suavia & fortia, dulcia & amara, quibus possit peccatorem è misero statu peccati eripere; & quia juxta Apostolum, *patiens est & benigna, magnam patientiam benignitatemque erga pœnitentes, in animum Confessarii infundit.*

hoggi la vera carità frà i Ministri del Sagramento della penitenza, che appena se ne scorge l'ombra nella più parte. Alcuni di essi stimano carità dare l'assoluzione a chiunque la domãda, senza riflettere punto, se questa sia per dare vita ò morte, secondo la diversità delle disposizioni de penitenti. Altri credono esercizio di carità, l'imporre penitenze leggiere sproporzionate affatto ed a i peccati commessi, ed a i bisogni presenti del peccatore. Altri a non scoprire a i peccatori il loro cattivo stato, sotto vani pretesti di non metterli in mala fede, anche ove l'ignoranza è colpevole, ò non si deve presumere. Simili carità rassomigliano a quella d'un Medico, il quale ò dasse la medicina, per altro ottima, alla requisizione dell'infermo, senza considerare, se in quelle circostanze lo possa sanare, ò fare morire: ò che gli prescrivesse onzioni e pozioni dolci, quando egli hà bisogno de tagli e delle bevande amare: ò per fine, non gli volesse scoprire il suo grave pericolo, per dare sesto a suoi affari, col titolo di non conturbarlo. La vera carità Cristiana cerca tutti i mezzi soavi e forti, dolci & amari, con i quali possa ajutare i peccatori ad uscire del miserabile stato del peccato. E come che la carità, secondo l'Apostolo, è paziente e benigna, ella inclina i Confessori ad una gran pazienza e benignità verso i penitenti.

Quæst.

Quæst. 3. In quo consistunt boni mores Confessoris?

Resp. Per bonos mores intelligitur vitæ sanctitas; ut enim inquit S. Augustinus relatus in Canone: *Sacerdos itaque cui omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit judicandus, quæ in alio judicare est promptus*: Quod saltem intelligi debet de peccatis mortalibus. Can. Qui vult. De Pœnitent. dist. 6.

Debet etiam Sacerdos vitam ducere adeo exemplarem, ut possit cum Christo Domino inimicis & adversantibus dicere, *Qui ex vobis arguet me de peccato?* Joan. c. 8.

Quæst. 4. In quo consistit prudentia necessaria Confessoribus?

Resp. S. Franciscus Salesius, in suis ad Confessarios admonitionibus capite primo ait, Confessarium habere debere prudentiam Medici, quoniam peccata animæ morbi sunt, & spiritualia vulnera; quare debet attentè perpendere pœnitentis dispositionem, ut eum possit curare.

Hæc autem prudentia in cognoscenda pœnitentis dispositione, & adhibendis remediis congruis, ut eum à peccato liberet, & ad eum perfectionis gradum perducat, cujus ipse pęnitens est capax, stat in tribus pręcipuè.

Prima in modo quo inducit pęnitentem, ut sincerè conscientiam suam aperiat; ideoque, ut ait S. Carolus in Instructionibus Confessariis datis, agere debet prudenter & interrogare diligenter pœnitentem, præsertim de his peccatis, quæ ordinaria sunt personis illius sortis & conditionis; & secundùm hanc prudentiam cautè debet imprimis agere, quoties interrogat de peccatis carnis, de quibus nihil aliud scire debet, quàm peccati species, & circumstantias notabiliter aggravantes.

S. Carol. Instruct. Confess. Deve esser il Confessore prudente, usando particolar diligenza in domãdare di quei pecaati, ne i quali gli huomini

dello stato nel quale è il penitente, sogliono per lo piu incorrere: e nelli peccati carnali, insieme con la prudenza, deve usare molta cautela, in non cercar altro, quando haverà inteso la specie del peccato, e le circostanze grandemente aggravanti.

Sanctus Franciscus Salesius in suis admonitionibus ad Confessores, capite primo egregiè prorsùs explicat, qua ratione sit interrogandus penitens de peccatis carnalibus: *Si videas*, inquit, *pœnitentem* difficultate quadam laborare in detegendis turpibus his peccatis: Primùm leviora quæres, verbi gratiâ, si voluptatem perceperit aliquam in audiendis aliquibus de iis rebus loquentibus; si turpes aliquas rerum habuerit cogitationes: & ita paulatim ab uno gradu ad alium procedendo, nimirùm ab auditu ad cogitationes, à cogitationibus ad desideria, & à desideriis ad actiones: & qua proportione se detexerit, eum excitabit, ut ulteriùs pergat, his aut similibus verbis: Itanè verò pudet te bene confiteri? Crede mihi, non leve tibi beneficium à Deo conferri: agnosco pulsantem ad cor tuum Spiritum-sanctum, teque excitantem, ut bonam facias Confessionem? Macte animo, fili, audacter confitere peccata tua, ne sis anxius aut sollicitus, brevi non mediocrem suscipies bonâ Confessione voluptatem; neque enim velles, pro rebus omnibus conscientiam tuam ab hoc onere non liberasse, magnam in hora mortis ex hac humili Confessione percipies consolationem, Deus benedicat, juvetque cor tuum tam bene dispositum ad se ipsum accusandum: & ita suaviter urgebit pœnitentem, ut perfectam faciat Confessionem.

Hæc prudentia secundò consistit in discernendo, an penitentes verum peccatorum

rum suorum dolorem habeant, differendo absolutionem iis qui nullum dant veri sincerique doloris supernaturalis signum. Ut enim ait Sanctus Franciscus Salesius in suis Synodalibus constitutionibus: Cùm rectus clavium usus, Pœnitentiæ disciplinam conservet, peccatorem à servitute eripiat, & ædificet Ecclesiam, quæ fidelis est clavium Cœli depositaria; nihil magis enervat Ecclesiasticam disciplinam, fovetque blandiùs peccatores in iniquitatibus suis, quàm abusus hujusmodi clavium, cùm Sacerdotes servorum potiùs, quàm judicum more, sceleratâ prorsùs indulgentiâ, & imprudentiâ pœnitentes priùs absolvunt, quàm explorarint, an absolutionis sint capaces.

Unde etiam Dominicus Maria Cardinalis Cursius, in Synodo Ariminensi; *Diligentes sint*, inquit, *in examinandis, curandisque animorum ægritudinibus, memores maximam malorum partem, quæ inter Christianos quotidie occurrunt, ex culpa, negligentia, aut malitia Confessariorum provenire*. Vide suprà cap. 2. quæst. 4. Synod. Arimin. ann. 1696. tit. 5. de Pœnit.

De his adulatoribus, & imprudentibus loquens Divus Cyprianus, ait, eos in Ecclesiam inducere suavem quandam crudelitatem, sub misericordiæ & pietatis nomine: & illa absolutio est, quæ ab eodem sancto Patre dicitur: *Irrita & falsa pax, periculosa dantibus, & accipientibus nihil profutura: operiuntur morientium vulnera, & plaga lethalis contegitur.* S. Cypr. serm. De Lapsis.

In sequentibus examinabimus, quibus casibus differenda aut neganda sit absolutio. *Hac prudentia utatur oportet pro habenda resolutione multarum difficultatum, quarum decisiones non ita passim obviæ reperiuntur. Item pro eligenda meliori ac tutiori senten-*

ten-

tentia, quando adversantes sibi invicem opiniones occurrunt: Ait Gaspar Loartus, bonus ille Jesuita quem jam laudavimus, in suis Instructionibus Confessariis datis, capite primo.

Hæc etiam prudentia desideratur in Confessario, ut congrua pœnitentibus det consilia, pœnitentiasque imponat salutares pro gravitate, numero, & duratione peccatorum; quod quidem explicatur in Canone *Omnis utriusque sexus*: in quo Concilium generale Lateranense celebratum sub Innocentio III. præscribit omnibus Confessariis modum quem servare debent in administrando Pœnitentiæ Sacramento: *Sacerdos autem*, inquit, *sit discretus & cautus, ut more periti Medici, superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati; quibus prudenter intelligat, quale debeat ei consilium, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrotum.*

Can. Omnis, De Pœnit. & remiss.

Prudentia Confessoris adhuc multùm necessaria est in evitando ea quæ suæ famæ nocere possunt, aut minuere confidentiam, quam pœnitentes Confessoribus habent, vel etiam eos exponere in periculo peccandi.

Possidius Episcopus, in vita sancti Augustini, capite vigesimo-septimo, ait: *Fæminarum Monasteria, non nisi urgentibus necessitatibus, visitabat. Servandum quoque in vita & moribus hominis Dei referebat, quòd in institutis sanctæ memoriæ Ambrosii compererat; ut uxorem cuiquam nunquam posceret, neque militare volentem ad hoc commendaret, neque in sua Patria petitus, iret ad convivium; de singulis præstans causas: scilicet, nedum inter se conjugati casu jurgarent,*

ei maledicerent, per quem conjuncti essent; & ne militiæ commendatus, suam culpam, malè agens, suffragatori tribueret; & ne per frequentiam in Patriæ conviviis constitutus, temperantiæ amitteretur modus.

Ideoque necesse est, ut Confessores singulari prudentiâ vitent se negotiis sæcularibus suorum pœnitentium implicare, & advertant ad id quod dicit sanctus Hieronymus: *Facilè contemnitur Clericus, qui sæpè vocatus ad prandium, non recusat.* S. Hieron. in Epist. ad Nepotian.

Tandem prudentia Confessoris debet manifestari in modo tractandi cum mulieribus: *Sermo brevis*, ait sanctus Augustinus, *& rigidus cum mulieribus habendus est: nec tamen quia sanctiores fuerint, ideo minùs cavendæ: quo enim sanctiores fuerint, eo magis alliciunt, & sub prætextu blandi sermonis immiscet se viscus impiissimæ libidinis. Crede mihi, Episcopus sum, Episcopo loquor, non mentior. Cedros Libani, id est contemplationis altissimæ homines, & gregum arietes, id est, magnos Prælatos Ecclesiæ, sub hac specie corruisse reperi, de quorum casu non magis præsumebam, quàm Hieronymi & Ambrosii.* Tandem Concilium Toletanum primum, anno 450. Canone sexto, ait, *Puella familiaritatem non habeat cum Confessore.*

Utilia etiam prudentiæ monita pro Confessarijs, reperiuntur in ampliori Rituali Romano olim à Julio Cardinali Sanctorio in lucem editos, his verbis: *Caveat diligenter, ne propter quodcumque peccati genus, pœnitentem minus hilariter accipiat, neve ullum signum det, ob eam causam, aversionis. Quod si omninò neganda, vel differenda est absolutio ob aliquam causam, aut alioqui pœnitens remittendus; id benignè fiat, adhibita etiam exhortatione, ita prætereà* Rituale Roman. Julii Carnalis Sãctorii, lib. 2. de Sacr. Pœnitent.

cautè, ut ne quis ex circumstantibus id possit advertere.

Omnes ad se venientes amanter suscipiat; nec verò sine causa præferat divites pauperibus: notos, ignotis: doctos, indoctis. Quod si omnes non possit, eos prius audiat qui plus indigere videbuntur, ut qui rariùs confiteri solent, & qui si tunc non confiteantur, non sint amplius fortasse redituri, ut servi, famuli, rustici, & similes qui facilè venire non possunt ad Ecclesiam confitendi gratia. Quotquot autem eo die audiri non possunt, ii benignè monendi, seu rogandi, ut commodiori tempore revertantur.

Prudenter etiam se gerat in interrogationibus faciendis, nempè cautè, honestè, non prolixè aut superfluè.

Non facilè ante restitutionem eos absolvat, qui cum possint, quod debent, non restituunt. Vide quoad restitutionem. Tom. 7. tr. 8. c. 3. q. 3.

S. Franc. Xaverius, Epistol. lib. 6. Epist. 10.

Denique Sanctus Franciscus Xaverius prudentiam Confessarii requirit in discernendo intentionem variam pœnitentium; *In confessione*, inquit, *introspice solerter, quo quisque animo ad te veniant; nam sunt qui quæstum fuco religionis exerceant, sub obtentu quærendi animorum remedia, corporum alimenta nundinantes: ferè comperi, hoc genus hominum hebetissimum ad sensum spiritualium malorum, effundas in ventos quæ de animi cultu & spe vitæ sempiternæ talibus dixeris: obnixi hærent terræ, quam solam sapiunt. Tu hos citò dimitte, nec te angat, quod de te queritentur, aut speres occurrere vos invicem posse, cum altrinsecùs in diversa nitamini: de mundo illi, tu de Christi regno es; pudeat Christi militem vereri susurros vulgi profani, & ullo respectu tangi judicii eorum qui terrena cælestibus præhabent.*

bent. Et prudentes Confessarii temporalia per semetipsos nunquam præbent, illis quibus spiritualia ministrant; ne hipocrisi & variis nimiùmque frequentibus abusibus ansam præbeant.

Unde etiam in alia Epistola sic loquitur idem Sanctus Indiarum Apostolus: *Ab hoc quæstuoso genere pœnitentium, cibum corporis, non animæ remedium è Confessionis Sacramento captantium, plurimùm tibi caveas, & paucis ac præcisis te quamprimùm verbis expedias, suadeo: acrior istis multò fortunæ quàm conscientiæ vulnerum sensus est, nil nisi terrena sapiunt: toti sunt in spe stipis eblandiendæ: quidquid illis ad animæ profectum dissserueris, surdis cecineris; te ipsum, nisi excutis, implicent & avocent à potioribus.* S. Franc. Xaver. Ep. lib. 6. Ep. 9.

Quæst. 5. In quo consistit patientia necessaria Confessoribus?

Resp. Consistit primò, in modo facili & blando, quo Confessarii recipere debent pœnitentes, ut ait sanctus Carolus in Instructione Confessorum: prompti facilesque esse debent erga pœnitentes, qui confiteri volunt; ac cavere debent, ne eos repellant, aut laborem fugere videantur, & occasionem dent pœnitentibus, suis vel dictis, vel factis, suspicandi, se non libenter eos audire: sed contra eniti debent, ut pœnitentes intelligant, se sensibilem consolationem, & singularem animi voluptatem tunc percipere, cùm eos juvare, & animabus ipsorum opem afferre possint. S. Carol. Instruct. Confess.

Siano pronti a udir le Cõfessioni, e si guardino non solamente, di mandar in dietro, per fuggire la fatiga, quelli che vengono per confessarsi, mà ne pur mostrino con cenno ò parole, di ascoltarli mal volontieri: anzi faccino si che i loro penitenti sappino, che essi sentono consolatione e piacere de simili fatighe per beneficio loro.

Secundò consistit in sufferendo patienter eorum rusticos & agrestes modos, ignorantiam & imbecillitatem: Mementote, inquit sanctus Franciscus Salesius loco supra citato, miseros pœnitentes in initio Confessionis suæ, vos statim Patres vocare: proindeque vos habere debere paternum erga illos affectum, eos summo cum amore complectendo, rudem illorum indolem, ignorantiam, imbecillitatem, tarditatem, aliasque imperfectiones patienti animo ita tolerando, ut nunquam fatigari videamini in iis adjuvandis, quandiu aliqua in iis superest spes emendationis: Secundùm illud Divi Bernardi dictum: Pastores non fortes, sed infirmos curare debent: Fortes enim ex seipsis satisfaciunt, infirmi verò, debilesque ferendi sunt. Quocirca sicut Filius prodigus, licèt redierit omninò nudus, sordidus, & putridus à porcis; bonus tamen Pater eum amplectitur suaviter, osculatur, & præ gaudio lacrymatur, quia Pater ejus erat, & Patres erga suos liberos teneri esse solent.

Synod. Raven. ann. 1607. & 1640. de Pœnit. n. 2. Unde in Synodo Ravennatensi Cardinalis Aloisius Capponus sic statuit: *In reprehendendis peccatoribus Confessarii prudenter & graviter se gerent, neque ita remissi sint, ut facilitas in absolvendo nutriat peccandi licentiam; neque in singula peccata ita invehantur, ut erubescentia unius inducat silentium cæterorum, & fortasse graviorum; sed amabili sermone pænitentibus animos addant ad omnia peccata integrè aperienda, & obstetricante manu, educant è latebris colubrum tortuosum. Explicatis verò peccatis omnibus, tum demùm Confessario tutò licebit perditum eorum animarum statum illis demonstrare, & perpendere peccati deformitatem.*

In

In egregia quoque Synodo Civitatis Castellanæ, ab Illustrissimo quondam Angelo Gozadino Episcopo edita, sic statuitur: *Confessarii attentè ac patienter, omni personarum exceptione remota, pœnitentes audiant dum peccata recensent, studeantque confirmare vacillantes, rudes instruere, tepentes excitare, timidosque ad spem salutis erigere. Advertant, ne importunis, impertinentibus, scrupulosis, otiosisque interrogationibus pœnitentes deterreant, & simplices, præsertim pueros puellasque ac cæteros rudes, in eo quod ignorant, interrogando instruant.* Synod. Civitatis Castellanæ; an. 1626. de Pœnit. c. 4.

In reprehendendis peccatis prudenter graviterque se gerant: non ita remissi sint, ut in absolvendo facilitas, peccandi nutriat licentiam; nec ita severi atque exasperantes, ut erubescentia unius peccati in pœnitentibus, ceterorum silentium periculosè inducat; sed amabili sermone animum confitentibus addant ad aperiendas mortales integrè culpas; providam tamen severitatem, atque in differenda vel neganda indignis absolutione constantiam cautè adhibeant.

Dum graviora audiunt peccata, nulla indiscretæ admirationis signa ostendant, ne in circumstantium animas suspicionis ac scandali occasionem inducant; videlicet suspirando, signando se cruce, caput agitando vel distorquendo; sed suo loco & tempore completa Confessione, oleum & vinum in christiana correctione discretè adhibeant.

Similia insinuat Eminentissimus Cardinalis Urbanus Sacchetus, in Synodo Viterbiensi: *Ante omnia*, inquit, *id observabit, ne ulla iræ aut aversionis indicia commonstret, nec ullos gestus faciat, quibus adstantes conjicere quidpiam de confitentium peccatis possint, & objurgationes vel reprehensiones, quas necessarias judicaverit, ad* Synod. Viterbien. ann. 1695. c. 11.

 finem

finem Confessionis differat, ne intempestivo rigore deterriti pœnitentes, quæ supersunt peccata aperire vereantur; quin imò, humaniter quæ videbuntur suggerendo, fiduciam addat, ut remota omni verecundia, omnes animi sinus liberè & confidenter patefaciant.

Synod. Mtis regalis, ann. 1638. de Pœnit. § 1.

Et celeberrimus Cardinalis Cosmus de Torres, in Synodo Montisregalis sic decernit: *Qui à Nobis approbati Confessarii munus obeundum suscipient, pietatis & charitatis zelo prudentiã & dexteritatẽ adjungant: penitentes nec initio confessionis nimium increpando deterreãt, nec in fine sine gravi objurgatione abire sinant: prius patientia & mansuetudine eos ad omnia evomenda peccata alliciant, deinde illorum gravitatem demonstrent & patefaciant, & quasi obstetricanti manu, ex illorum conscientia colubrum eruant tortuosum, ut extractum postea increpationis malleo enecent & extinguant.*

Quæst. 6. In quo positus esse debet zelus, quem pro pœnitentium salute habere debent Confessarii?

Resp. Tribus potissimùm zelum suum demonstrare debent. Primò in ardenti desiderio propriæ perfectionis, ut efficaciùs ad aliorum salutem procurandam incumbere possint.

S. Carol. Instruct. Confess. Anzi il zelante Confessore e desideroso di ajutar l'anime, e d'indrizzarle nelle virtù Cristiane, e dargli re-

Confessarius, inquit sanctus Carolus in Instructionibus ad Confessores, qui vero animarum zelo ardet, easque ad Christinas virtutes promovere studet, & iis salutaria tradere remedia, quibus se à peccatis liberare valeant, easque docere modum detegendi artes & astutias nostræ salutis inimici; qui tandem pœnitenem eò vult inducere, ut veterem hominem exuat, & novum induat, in eoque perfectè Christum formare: non modò hoc Sacramen-

tum administrare debebit, ab omni peccato mortali prorsùs immunis; verùm cùm sciat, magni prorsùs interesse ad producendos prædictos effectus, quòd primò in seipso exerceat, quod in aliis studet promovere, quia exempla fortiùs animum movent, quàm verba, & vix quemquam eas potest docere virtutes, quas non habet: Ideòque summo propriæ perfectionis desiderio teneri debet, easque exercere virtutes, quibus illa comparatur.

medii spirituali per uscir dal peccato, e insegnarli a conoscere le astutie del nemico della nostra salute, e finalmente di spogliare il penitente dell' huomo vecchio e vestirlo del novo, e formare in esso un Cristiano perfetto; non si deve contentare di andar ad amministrare questo Sacramento senza peccato mortale: mà conoscendo, che per i sopradetti effetti importa molto practicar prima in se stesso quel che desidera in altri, perche più movono gli esempi che le parole, ne si può bene insegnar ad altri la virtù che non si hà: Pertanto deve haver grandissimo desiderio di perfettione propria.

Secundò debent ostendere zelum in magno veri rectique amore, quia ut ait sanctus Leo Papa: *Verus recti amor in semetipso habet & Apostolicas authoritates, & Canonicas sanctiones.* S. Leo, Ep. 90. ad Ravennium Arelatensem Episc.

Hic veritatis amor debet ipsos impellere, ut conentur Fidelium vitam præceptis Christi conformem efficere sine ulla adulatione, memores illius dicti sancti Augustini: *Quod si fecerimus, non verba Dei, non verba Christi dicentes, sed nostra, erimus Pastores nosmetipsos pascentes, non oves.* S. Aug lib. De Past. tom. 9.

Zelus Confessarium movet ad eradicandos abusus alicubi vigentes, qui multos ad animæ ruinam incautos perducunt; cujusmodi erat in Provincia Ecclesiastica Tranensi & Salpensi; de quo abusu sic habetur in Concilio Provinciali: *Quia maximus in hujus Provinciæ partibus inolevit abusus, non solùm homines solutos, sed etiam maritali thoro* Cõc. Prov. Tranense, ann. 1589. de Festis, c. 7.

junctos, proprias domos & uxores derelinquentes, festivis diebus cauponas & tabernas frequentare, gulæ & ventri indulgendo, uxores & filios fame perire permittere; unde causas iisdem thorum violandi tribuunt, & divinis non intersunt. Ideo sacra Synodus animarum saluti prospiciens, mandat & præcipit, sub pœna excommunicationis, & alia salutari, Episcopi arbitrio imponenda, ut nullus civium in tabernis comedere præsumat prædictis festivis diebus; venditoribusque, sub eadem pœna, præcipit, ne id ullo modo permittant. Ordinarii locorum procurent, ut modis omnibus hujusmodi abusus extirpetur. Quod sine dubio valdè optandum esset.

Consistit etiam hic zelus in Christiana spiritus libertate, quæ Confessores elevans super omnes mundi promissiones, & ruinas, ipsos monet ad unicè quærendum gloriam Dei & salutem animarum, & ita ad agendum fortiter. Si, ut ait sanctus Cyprianus: *Aperiendum vulnus est & secandum: vociferetur & clamet licèt, & conqueratur æger impatiens per dolorem; gratias aget postmodum, cùm senserit sanitatem.* Et ut ait Divus Augustinus: *Non audit Medicus ad voluntatem, sed audit ad sanitatem.* Et sanctus Hieronymus, *Cum clementi crudelitate non parcit Medicus, ut parcat: sævit, ut misereatur.*

S. Cypr. ser. de Lapsis.

In Exposit. 2. in Ps. 21.

S. Hieron. Epist. 147. ad Amandũ Presb. in fin.

Sacerdos Dei, inquit sanctus Cyprianus, *Evangelium tenens, & Christi præcepta custodiens, occidi potest, vinci non potest.* Cujus quidem rationem affert Divus Augustinus his verbis: *Non itaque calcatur ab hominibus, qui patitur persecutionem: Sed qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari enim non potest, nisi inferior; sed inferior non est, qui quamvis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in cælo est.* Et qui

Lib. 1. Epist. 3. ad Cornelium.

S. Aug. lib. 4. de Ser. Dom. in mõte, c. 6.

veritatem Euangelii minimè deserit, ut depravatis hominum moribus faveat.

Hæc certè Christiana constantia, & animi imperterriti fortitudo verè Apostolica, considerari potest tanquam una ex dotibus qualitatibusque Confessario magis necessariis; cùm sine illa periculum sit, ne in Pœnitentiæ Tribunali plura fiant, pœnitentibus non minùs quàm Confessario nociva; eò magis quòd humilis animi demissio, quam ut plurimùm præ se ferunt pœnitentes, dum etiam se in Confessarii probitate, charitateque confidere testantur, & affectuosæ supplicationes, quibus uti solent, multùm movent, & à justa sententia sensim decedere, eisque non ingrata dicere suadent, & quasi cogunt Confessarium: quòd sola justitiæ, & obligationis Ministerii sui ratio potest stabilem, constantemque reddere, contra secretam & intimam propensionem, quæ nos in talibus circumstantiis ad non displicendum impellit.

Sanctus Joannes Chrysostomus, iis qui illum in similibus ad condescendendum impellere satagebant, constanter respondebat: *Cùm ad Christi Tribunal judicandus astitero, non estis mihi præstofuturi, nec mihi quidquam profuturus est vester in me amor, in ratione quam tam formidoloso judici sum redditurus.* S. Chrysost. Hom. 7. in c. 3. Ep. ad Coloss.

Hanc animi constantiam seu fortitudinem, in praxim deduci optat Cardinalis Denoff, in admonitionibus necessariis pœnitentibus, sine humano respectu faciendis: ut etiam in eligendis salutaribus animæ remediis, etiamsi amara quandoque videantur: Dum præterea necesse est obligare pœnitentes ad restitutionem bonorum, vel etiam famæ, ad damnorum compensationem, ad renunciandum in hære- Cardinalis Denoff, Instruct. Pastor. pag. 22. Questa fortezza consiste principalmente nel l'ammonire, ove è il bisogno, senza al-

 bus

bus vel personis, quæ occasionem peccati proximam constituunt, etiamsi ita sint utiles vel necessariæ peccatori, ut oculus, manus, & pes, juxta Salvatoris doctrinam: Dum etiam imponendæ sunt Pœnitentiæ convenientes juxta Ecclesiæ mentem.

Dum autem Confessarii in hac animi constantia deficiunt, id oritur ex desiderio quod habent hominibus placendi: quod desiderium si evelli posset, & eradicari à corde Ministrorum Ecclesiæ, mundus, juxta sanctum Chrysostomum, à vitiis purgaretur: *Tolle*, inquit, *hoc vitium à Clero, ne velint hominibus placere, & omnia vitia resecantur*.

cunrispetto: nell'adoprare rimedii salutevoli al penitente ancorche amari: Nell'obligare alle restituzioni della robba e della fama: alla cōpēsazione de danni fatti: alla remozione delle cose che lo costituiscono nell'occasione; ancorche al peccatore fossero utili ò necessarie, quanto sono all'huomo l'occhio, la mano, ed il piede, secondo la dottrina di Giesu-Christo. E nell'imporre penitenze convenienti, e conformi, alla mente della Chiesa. Il diffetto di tale vigorosa condotta ne Confessori, procede dal desiderio che hanno di piacere a gli huomini, il quale se si potesse sradicare da i cuori de Ministri della Chiesa, il mondo, secondo san Crisostomo, sarebbe purgato da vizii.

Si vitent Confessarii nimium hoc placendi desiderium, quod in noxiam adulationem vergit, Decreta monitaque Concilii Neapolitani utiliter audient his verbis exarata: *Custodes super muros Ierusalem Episcopos constituit Dominus, ut stent super vias, & interrogent* de semitis antiquis, quæ sit via bona. *Propterea cum à Christiana pænitentiæ disciplina, perniciosa quorundam indulgentia desciverit: Sancta Synodus obsecrat Pastores animarum* per viscera misericordiæ Dei nostri *qui animam suam posuit pro ovibus suis, ut eas ad pascua salutis, atque arctam viam, quæ ducit ad vitam, non in latam inducant*, quæ videtur homini recta, & novissima ejus ducunt ad mortem: *Multi*

Cōc. Prov. Neapolit. ann. 1699. tit. 3. c. 5.

enim

enim Prophetæ insipientes, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident, *sanam doctrinam non sustinentes, sed* prurientes auribus, *relictis purioris disciplinæ fontibus*, ad excusandas excusationes in peccatis, foderunt sibi cisternas dissipatas; *nec populo aperiunt iniquitatem ejus, ut eum ad pœnitentiam provocent.*

Universi igitur hujus Provinciæ Confessarii, ne in tantam labantur laxitatis perniciem, ab Instructione Sancti Caroli in calce hujus Synodi adscribenda, in qua specimen antiquæ disciplinæ effulget, quoad ejus fieri potest, minimè recedant. Vide supra, c. 2. q. 4. & cap. 11. q. 4.

Ejusmodi Confessarios adulatores acriter perstringit omni meâ laude major Cardinalis Bellarminus, his verbis: *Illi se ministros & dispensatores non agnoscunt, qui quasi non essent Domino rationem reddituri, summa facilitate omnibus manus imponunt, & tam contritos quàm non contritos, quasi propria potestate & authoritate absolvunt; isti sua imperitia & superbia corrumpunt populos, & eis veræ pœnitentiæ viam præcludunt; nec enim esset hodie tanta facilitas peccandi, si nõ esset tãta facilitas absolvẽdi. Sed væ nobis cum Dominus rationem ponet cum servis suis. Illi, ambitione vel pecuniarum cupiditate, vel utraque stimulante, viris divitibus & nobilibus, nec solùm viris, sed etiam fœminis (quod nefas est & horrendum) turpiter adulantur ..... Pudet profectò hæc referre; sed quid agemus, cum multos non pudeat ista facere, & se ipsos, & eos quibus serviunt, in gehennam perducere?* Card. Bellarm. Concione 8. §. 2.

Quæst. 7. Licet-ne Confessario aliquibus in casibus confessionem revelare ad salutem pœnitentis procurandam?

Resp. Huic difficultati respondet Divus

L 6 Tho-

S. Tho. quodlib. 12. art. 16. Thomas, cùm ait: *Respondeo dicendum, quòd in nullo casu licet revelare Confessionem, nec verbo, nec facto, nec nutu, nec aliquo signo licet facere; quia est sacrilegium. Nam ita est in Sacramentis novæ Legis, quòd efficiunt quod figurant: effectus autem Pœnitentiæ est occultatio peccatorum ab oculis Dei viventis; & hæc occultatio significatur per secretum Confessionis, & ideo sicut prophanaret Sacramentum, qui conficeret Corpus & sanguinem Christi de alio quàm de pane & vino; ita esset revelans sacrilegus.*

Et Canone *Omnis utriusque sexus* Concilii generalis Lateranensis dicitur: *Quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum præsumpserit revelare, non solùm à Sacerdotali Officio deponendum decernimus, verùm etiam ad agendum perpetuam Pœnitentiam in arctum Monasterium detrudendum.* Idem decreverat sanctus Gregorius ut habetur in Canone *Sacerdos*, De Pœnitentia, dist. 6. (Cap. Omnis, De Pœnit. & remiss.)

Unde Eminentiss. Card. Cibo statuit in Synodo, ut Confessarii, *secretum & sigillum confessionis ita servent & custodiant, ut neque directè neque indirectè, sub quovis etiam gravissimæ necessitatis prætextu, voce vel signo aliquo revelent illa peccata, quæ ipsi à pœnitentibus audiverunt. Et si quando ab alio Sacerdote consilium petendum esset, aut Superior consulendus, ita casum studeant explicare, ut non solùm ex ipsius generalitate, verùm etiam omni alio meliori modo personæ confitentes non deprehendantur. Nullus igitur Confessarius sigillum hujusmodi violare præsumat; quòd si temerario sacrilegoque ausu secus fecerit, pœnas in sacris Canonibus & Apostolicis Constitutionibus contentas, aliasque, etiam corporales, arbitrio nostro infligendas nullatenùs effugiet.* (Synod. Veliterna, an. 1698, tit. 13.)

Et

Et in Theologicis Institutionibus, ab erudito Cardinali Clemente Moniliano compositis, & à Cardinali Michaele Ghislerio, tunc supremo Inquisitore, postea Summo Pontifice Beato Pio V. approbatis, expressè statuitur, quòd *tenetur Confessor triplici jure ad celandum sibi in Confessione detecta; videlicet divino, naturali, & positivo. 1. Iure Divino; & ratio est, quia quilibet christianus lege Divina tenetur alteri non præbere occasionem, qua revocetur ab observantia dictæ legis; præceptum autem de Confessione facienda, est de jure divino, revelans verò eandem dat occasionem, quantum in se est, proximo non confitendi. 2. de jure naturali; lex enim naturæ de fraterna charitate exprimit, ut quis faciat aliis, quæcumque secundum rectam rationem vult sibi fieri.* Matth. 7. & Lucæ 6. *alioqui quomodo diligeret proximum? Quilibet verò secundum rectam rationem debet propriam diligere famam, & ex consequenti celationem sui secreti; ergo Confessor debet diligere famam confitentis, & sic celare peccatum sibi in Confessione detectum, per quod confitens diffamaretur.*

Cardinalis Monilian. Institut. Theolog. de Sacr. cap. 39.

Per hanc etiam naturæ legem, quilibet tenetur servare fidelitatem proximo, quam vellet aut velle deberet sibi servari, & per consequens confitenti peccata. De hac fidelitate habetur Proverbior. 10. Qui fidelis est, servat amici commissum. *Nullus profectò confiteretur peccatum alteri, nisi certo certius crederet, quòd sua confessio esset secretissima; forum enim istud est causarum quæ vertuntur inter Deum & confitentem, ubi nullus alius admittitur, Dei enim solius est cognoscere secreta cordium; ergo Sacerdos cui tanquam Vicario Dei peccata revelantur, tenetur illi tanquam secreta celare.*

Postremò est de jure positivo, sive Ecclesiæ;

unde, secundum jura antiqua, ut habetur in Can. Sacerdos, De Penitentia dist. 6. *pœna revelantis confessionem, est depositio & per totam vitam ignominiosa peregrinatio; sed secundum Decretalem:* Omnis utriusque sexus. §. caveat. De pœnitentiis & remissionib. *est depositio & detrusio in monasterium ad perpetuam agendam pænitentiam.*

Quæst. 8. Potest-ne Confessarius, cum licentia pœnitentis, ea declarare, quæ in Confessione percepit?

S.Th. in 4. sent. dist. 21. q. 3. art. 2. in corp. *Resp.* Certum est eum posse, cujus rationem affert Divus Thomas, dum ait, *Respondeo dicendum, quòd duo sunt, propter quæ Sacerdos tenetur peccatum occultare. Primò & principaliter, quia ipsa occultatio est de essentia Sacramenti, in quantum scit illud ut Deus, cujus vicem gerit ad Confessionem. Alio modo propter scandalum vitandum: potest autem pænitens facere, ut illud quod Sacerdos sciebat ut Deus, sciat etiam ut homo: quod facit, dum licentiat eum ad dicendum; & ideo si dicat, non frangit sigillum Confessionis. Tamen debet cavere scandalum dicendo, ne fractor sigilli prædicti reputetur.*

Quæst. 9. Violaret-ne Confessarius secretum Confessionis, qui adduceret eam, quæ ad venerem incitata fuit in Confessione, ad detegendum Episcopo abominabilem illum Confessorem; aut saltem ad permittendum, ut Episcopo, aut Inquisitoribus detegatur à Confessore, si pœnitens vel non posset, vel præ pudore non vellet?

Resp. Certum est, quòd non violaret secretum, quoniam Confessarius potest, ut præcedenti quæstione diximus, cum licentia pœnitentis, ea declarare, quæ in Confessione dicta sunt, & in præsenti casu, ac quæstione, Confessarius omninò strictèque

que tenetur eam monere, quæ in Confessione sollicitata fuit, eam teneri Episcopo vel Inquisitoribus denunciare Confessorem, à quo fuit sollicitata. Quod verbis expressis declaratum est in Bulla trigesima quarta Gregorii decimi-quinti.

Contra illos qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda, in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediatè, seu occasione vel prætextu Confessionis hujusmodi, etiam ipsa Confessione non secuta, sive extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiantur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, sollicitare vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, mandantes omnibus Confessariis, ut suos pænitentes, quos noverint fuisse ab aliis ut supra sollicitatos, moneant de obligatione denuntiandi sollicitantes, seu ut præfertur tractantes, Inquisitoribus seu locorum Ordinariis prædictis. Quòd si hoc Officium prætermiserint, vel pænitentes docuerint non teneri ad denuntiandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes ut supra: iidem locorum Ordinarii & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Bulla 34. Greg. XV. Videatur Bulla integra in fine hujus Tomi 4.

Quæst. 10. Inventum-ne est & excogitatum aliquod effugium ad declinandum Pontificiæ authoritatis pondus?

Resp. Laxiores Casuistæ nonnulli docuerunt, quòd *Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit pænitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione, ac proinde non est denuntiandus.* Et hæc propositio damnata fuit ab Alexandro Papa VII. Alia verò propositio huic similis, quæ damna-

damnata etiam fuit ab Alexandro VII. est: *Modus evadendi obligationem denuntiandæ sollicitationis est, si sollicitatus confiteatur cum sollicitante; hic potest ipsum absolvere absque onere denuntiandi*. Quæ propositiones non solùm damnatæ sunt, sed præterea à prohibitum fuit sub pœna Casus reservati soli summo Pontifici, ne quis eas doceat, vel sustineat. Videatur Tom. 7. Tract. 7. cap. 1. quæst. 13. & 14.

Decretum Alex. VII. adversus laxas Casuistarum opiniones 24. Sept. 1665.

Quæst. 11. Est-ne necesse, ut Confessarius fugiat avaritiæ notam?

S. Carolus Instruct. Confess.

Resp. Omninò necesse est, ut ostendit pluribus in locis S. Carolus, & præsertim Actorum par. 4. in Instructionibus ad Confessarios, his verbis: Confessarium ut liber sit, suoque erga pœnitentem munere fungatur, & majorem habeat authoritatem præcipiendi ea quæ saluti sunt necessaria, ab omni non modò avaritia immunem esse debere, verùm etiam cavere vel minimam ejus suspicionem, & imprimis ne per signum quidem pecuniam desiderare, aut quamcumque aliam rem in Confessione quærere, aut ejus occasione; verùm etiam declarare debet quantum potest verbis non modò, sed & gestis, se à talibus rebus abhorrere.

Perche sia piu libero il Confessore a fare gl' officii che deve col penitente, & habbia cõ esso più autorità in tutte le cose che gl' ordinarà per la salute d'esso, fugga non solo ogni avarizia, mà anco ogni sospitione d'essa. Particolarmẽte non domandi, ne pur con segni, denari ò altra cosa nelle Cõfessioni ne per occasioni d' esse; anzi

Quare vult idem sanctus Carolus, quòd si Confessarius decernat loco Pœnitentiæ Missas celebrandas, Confessarius non debet tales Missas sibi, vel Ecclesiæ suæ, vel Monasterio directè vel indirectè dicendas tribuere.

Eodem modo, addit, se gerere debet, ubi præcipiendæ sunt satisfactiones pro debitis incertis, pro votis mutandis, & similibus: neque pecunias, aut alias res restituendas accipere debet, nisi necessarium planè fuerit id agere, ne pœnitens detegatur

gatur; & in tali casu schedulam receptionis ab eo petat, cui res eas restituerit, ut eam schedulam pœnitenti possit reddere. Denique ita se gerere debet, ut ab omni specie, & avaritiæ umbra, videatur alienus.

non solo con le parole, mà più ancora cō gli fatti, dia ogni testimonio d' abborrire simili cose. Ingiongendo penitenza al penitente di far dir Messe, non l'applichi diretta, ne indirettamente, ne a se, ne alla sua Chiesa, ò Monasterio. Il medesimo servi nelle satisfattioni che gli occorrerà far fare per occasioni di debiti incerti, per commutatione de voti, ò simili altre cose. Ne meno pigli denari ò altre cose da restituire, eccetto se la necessità, per non discoprire il penitente, lo ricercasse: & in tal caso procuri una poliza di ricevuta da colui a chi haverà fatta la restituzione, e la consegni al penitente; & in tutto proceda di maniera, che fugga ogni ombra & apparenza d'avaritia.

Eodem planè animo Eminentissimus Cardinalis Denoff: *Nec verò satis superque, inquit, commendari potest Ministris Christi, ut se alienos quàm maximè ostendant, à quovis turpis lucri & sordidæ avaritiæ studio, cum cœlestes vitæ æternæ dispensant thesauros; ne alioquin videantur cœlestibus terrena mercari, mundique hujus opes & caduca bona verbis duntaxat contemnere, operibus quærere & deperire, ac ita veluti in scena ludere; proindeque in administrando hoc Sacramento nihil dicant, nihil agant, quo in suspicionem veniant pœnitentium, eos propria commoda sectari; sed potius omni industria privatæ utilitatis neglectum luculenter ostendant: quod præstabunt, si nullas eleemosynas, nulla dona, nulla munuscula, occasione Confessionum recipiant. Caveant autem potissimùm pœnitentibus suggerere, ut restitutiones incertas sibi, Ecclesiæ, vel Conventui suo tribuant: neque Missas pro pœnitentia forsan impositas, celebrandas suscipiant.*

Synod. Cœsenat. ann. 1693. lib. 2. c. 6.

Hunc lucri cujuscumque, terrenarumque rerum contemptum, in praxim egregiè deducunt Clerici sæculares Congregationis

nis Apostolicarum Missionum, sub patrocinio S. Mariæ Reginæ Apostolorum, in Ecclesia Cathedrali Neapolitanâ erectæ; cum in Regulis propriis, authoritate Antonii Cardinalis Pignatelli, tunc Archipræsulis Neapolitani, postmodùm Summi Pontificis Innocentii XII. confirmatis authoritate Apostolicâ, sic expressè habeatur: *Singulis nostrorum indicimus, tanquam indispensabiliter custodiendum, quod in quovis Missionum tempore ac loco, ne quid vel minimum audeant ab ipsis Communitatibus, seu peculiaribus personis, tanquam pro expensis ac victu, vel alio sub quovis prætextu accipere; sicuti nec ipsas pro Missis celebrandis eleemosynas: admittentes tantummodò domum, lectos, ac utensilia necessaria; dummodò ea pro ipsa Missione, ejusque solo intuitu, per eosdem locata non fuerint. Hæc autem inhibemus, non solum sub pœna transgressoribus restitutionis acceptorum; verùm etiam se noscant fore de Fratrum numero, ipso facto absque alia consultatione delendos. Id autem fiet, quatenùs omnibus nostræ Missioni accedentibus, mensæ cœlestis vitæque sempiternæ pocula propinantes, vocibus illis intonemus:* Omnes sitientes, venite ad aquas: Venite, emite absque argento, & absque ullâ commutatione, vinum & lac.

Regulæ prædictæ. p.2. cap.7. num.5.

Hic heroicus temporalium rerum contemptus eminere conspicitur Romæ in Patribus Oratorii S.Philippi Nerii, qui *in omne opere bono fructificantes*, non solùm terrena non quærunt, sed ea etiam sæpiùs ultrò oblata legataque repudiant; ut scilicet versipellem cupiditatem omnium malorum radicem funditùs evellant, & in procurandâ Dei gloria, & pęnitentiū ad illos cōfluentiū utilitate, verè dicere possint, nullo modo quęrere se quę sua sūt, sed quę Jesu Christi.

Cæ-

Cæterùm sordidam periculosamque Confessariorum avaritiam compescere desiderans Eminentissimus Cardinalis Ludovicus Emmanuel Portocarrero, in egregiâ Synodo Toletanâ sic decernit: *Cum legibus tam canonicis quàm civilibus prohibitum sit Iudicibus, ne dona aut munera recipiant, ut liberiùs justitiam administrare valeant, jusque suum cuique tribuere; potiori certè ratione id observandum est in judicio & foro confessionis, in quo de animarum salute agitur. Idcircò, Sancta Synodo approbante, statuimus & mandamus, ut nullus sacerdos sæcularis aut regularis, Sacramentum pœnitentiæ administrandi causa, pecuniam recipiat, vel quamlibet rem pretio æstimabilem; qui autem receperit, suspensus sit ab administratione Sacramentorum, Iudicum nostrorum arbitrio; prohibemusque fidelibus nostræ Diœcesis, ne Confessionis causa ad tales accedant, sub excommunicationis majoris pœna.*

Synod. de Toledo ann. 1682. lib. 5. Constitut. 17.

Cume quiera que por las leyes ecclesiasticas y civiles, estè prohibido a todos los Iueses recibir dones, y dadivas, para che mas libremēte puedan administrar Justicia, y dar a cada uno lo que es suyo; con mayor razon se debe guardar lo susodicho en el juizio, y fuero de la Confession, donde se trata de la salud de las almas; por tanto, S. Syn. Apost. estatuimos, y mandamos, que ningun Sacerdote Secular ò Regular, por razon de administrar el Sacramento de la Penitencia, reciba dinero, ò cosa que se estime, ò pueda estimar a dinero; y si lo recibiere, sea suspendido de la administracion de los Sacramentos, a arbitrio de nuestros Iuezes; y a los fieles nuestros subditos mandamos, che non se confiessen con ellos, so pena de excommunion mayor.

Et in egregiâ Synodo Aversanâ sic habetur: *Procul sit à Confessariis humani lucri suspicio, omnisque avaritiæ labes; quare, sub pœna suspensionis ab audiendis Confessionibus eo ipso incurrenda, à pœnitentibus, causa & intuitu Confessionis, quidquam ne petant, sive verbis, sive signis, vel exigant, ne Sacramentalis quidem satisfactionis nomine, aut pro celebratione Missarum. Et sub eadem pœna mandamus, ut à sponte dantibus recipere se absti-*

Synod. Aversana ann. 1702. p. 2. cap. 5. num. 20.

abstineant; nec aliquid injungant, quod in ipsorum vel propriæ Ecclesiæ utilitatem refundatur; quin etiam tempore Confessionis oblatas pro Missis celebrandis eleemosynas, ad Sacristiam remittant.

Synod. Lucana. an.1681.de Pœnit. c.4.

Demùm in præclara Synodo Lucana Cardinalis Julii Spinola statuitur his verbis: *Prohibemus Sacerdotibus, non solùm quidquam petere causa vel occasione Confessionis, sed & oblatum recipere; imò ne satisfactionis quidem sacramentalis nomine aliquid injungant, quod in suum vel suæ Ecclesiæ commodum vertatur. Quin etiam eleemosinas pro Missis celebrandis, aut pro restitutionibus faciendis, tempore Confessionis oblatas, à Sacerdotibus recipi nolumus.*

Concil. Tranense. an.1589.de Pœnit. c.5.

Et in Concilio Provinciali Tranensi statuitur, ut Confessarii *nihil exigant à confitentibus; si verò aliqua pœnitentia pecuniæ ratione præscribenda est, non nisi ex gravissima & necessaria causa imponant; & non sibi, sed pauperibus piisque locis attribuant, Missasque non sibi, sed aliis sacerdotibus pauperibus dari curent.*

Synod. Lucana. ann. 1661. c.4.n.2.

Quod etiam expressè decernitur in eleganti Synodo Lucana Cardinalis Hieronymi Bonvisii: *Tribus verbis*, inquit, *publicanum conflavit in Apostolum Redemptor noster, quia Matthæum, non Matthæi sacculos requisivit. Longè igitur facessat à Confessariis humani lucri suspicio, procul omnis avaritiæ labes secedat; idcircò nec à pœnitentibus pro confessionibus audiendis quidquam exigant, nec sacramentalis satisfactionis nomine quid injungant, quod in ipsorum vel propriæ Ecclesiæ utilitatem refundatur: unus sit de subditis quæstus, una voluptas, parare Domino plebem perfectam.*

Hujusmodi avaritiam valdè reprobat Eminentissimus Cardinalis Urbanus Sac-

che-

chetus in Synodo Viterbiensi, his verbis: *Ab omni simoniæ labe mundos ac puros se conservare studeant Confessarii; ideoque nec expressè, nec tacitè, nec per verborum obscuritatem, aliquid etiam minimum petant. A pœnitentiis pecuniariis imponendis, quantùm fieri potest, abstineant, & si aliquando pœnitentis seu criminis ratio requirat ut tales imponantur, districtè prohibemus, ne sibi, suisque, vel Ecclesiæ suæ eas applicare aut jubeant aut suadeant.* Synod. Viterbien. ann. 1693. cap. 11.

Et Cardinalis Franciscus Maria Brancatius, in alia Synodo Viterbiensi priùs statuerat, ut *nemo ex Confessoribus quicumque sit, etiam Regularis, pecuniarias injungat pœnitentias, sibi vel locis ad se attinentibus persolvendas; neque injungat pœnitentiam Missarum à se, vel à suo Monasterio aut Ecclesia celebrandarum.* Synod. Viterbien. ann. 1639. cap. 10.

Id severiùs decretum est in Synodo Montisregalis Cardinalis Cosmi de Torres, his verbis: *Qui Christi fidelium confessionibus excipiendis expositi sunt, nihil exigant vel recipiant à pœnitentibus, ne in simoniacum crimen incidant; & si quando illis pro peccatorum satisfactione injunxerint, ut certa Missarum sacrificia celebranda curent, non eos arctent, ut sibi eleemosinam pro illarum celebratione elargiantur, sed hoc eorum arbitrio relinquant. Quod si eleemosinam faciendam pro criminibus delendis putaverint, eam non sibi ipsis, sed locis piis applicent; nec distributionem illius sibi credi curent, vel creditam suscipiant, sub pœna suspensionis ab audiendis Confessionibus, ipso facto incurrenda.* Syn. Montisregalis. an. 1638. de Pœnit. c. 3.

Quæst. 12. In quo consistit charitas, seu benignitas, quam Ecclesiæ Canones, & sancti Patres identidem inculcant Confessariis?

Resp. Hæc benignitas ostendi debet in modo

modo charitate pleno recipiendi pœnitentem, cui testari debet Confessarius ingens ejus salutis desiderium, simulque manifestare se paratum esse omnia planè tentare, ut spirituali ejus morbo medeatur, & præcipuè cavere debet, ne exhibeat pœnitenti se ægrè eum audire in Confessione. *Nam*, ut ait S. Ambrosius, *quemadmodum se tibi curandum præbeat, quem fastidio habeas? Qui contemptui se, non compassioni medico suo putet futurum?* Confessarius pœnitenti viscera misericordiæ debet ostendere, nec quidquam negligere, quod eum à peccato revocare possit, & ad Deum verâ animi contritione & vitæ mutatione conducere.

S. Ambr. de Pœnit. lib. 1. c. 1.

Nam, ut prudenter observat Episcopus Amerinus, Antonius Maria Gratianus: *In spiritu lenitatis & mansuetudinis peccatores suscipere, ad pœnitentiam doloremque malè actæ vitæ, comi ac benigna oratione traducere, quàm exprobratione & convicio abigere, aut in odiosam molestiam, stomachumque conjicere, satius salubriusque videtur. Neque enim severitatem, atque acrioris reprehensionis vim rectè adhibeas ad id, quod ni voluntariè animus suscipiat, cogi cõpellique non potest. Igitur peccatorem, quamvis atrocia horrendaque fatentem, non solùm æquo animo audiat Confessor, sed veniæ spe sustentet, quo ille audaciùs omnia scelera quibus opertus est, omnia animæ suæ vulnera aperiat nudetque. Peccata inde ipsa Confessor execretur, eorum turpitudinem retegat atque ante oculos ponat, & quàm iis Deus offendatur, quæque mala perseverantes in illis maneant, ostendere conetur. Pœnitentem hinc metu pœnarum, ad dolorem incitet, hinc magnitudine Divinæ clementiæ soletur erigatque, & ad mutationem morum, & melioris vitæ amorem accendat.*

Synod. Amerina ana. 1595. cap. 126.

De-

Debet etiam ſapienter cum ſumma ſuavitate temperare remedia pœnitenti applicanda, & neceſſarias correptiones, laudibus intermiſſis, ut faciliùs ſe in ejus animum inſinuet: imitari debet *Sapientes Medicos*, qui ut ait Sanctus Auguſtinus, *ſi quando uſus popoſcerit, auſteriora medicamenta ægris offerunt mortalibus, ne æger utilitatem præ auſteritate refugiat, ora ac ſummitates poculi, quo remedium porrigunt, melle circumliniunt.* S. Aug. in Prolog. in Pſalmos.

Plerumque, inquit Sanctus Gregorius, *utiliùs corripimus, ſi correptionibus quædam laudum fomenta miſceamus. Inferenda namque ſunt illis aut alia bona quæ in ipſis ſunt, aut dicendum certè quæ poterant eſſe, ſi non ſunt: & tunc demùm reſecanda ſunt mala quæ nobis diſplicent, cùm priùs ad audiendum eorum placabilem mentem fecerint præmiſſa bona quæ placent. Amaro pigmentorum poculo, mellis dulcedo adjungitur: ne ea quæ saluti profutura eſt, in ipſo guſtu aſpera amaritudo ſentiatur; & dum guſtus per dulcedinem fallitur, humor mortiferus per amaritudinem vacuatur. Ipſa ergo invectionis exordia permiſta ſunt laude temperanda, ut dum admittunt favores quos diligunt, etiam correptiones recipiant quas oderunt.* S. Gregor. Paſt. p. 3. cap. 18.

Sub ſpecie tamen benignitatis, cavere debet Confeſſarius, ne cum pœnitentibus eò crudeliùs agat, quò videtur blandiùs ipſos excipere; nec imitari debet eos, *Qui pulvillos*, ut loquitur Propheta, *ſub omni cubito manus ponunt.*

Nam ut ait Sanctus Gregorius, *Pulvillos quippè ſub omni cubito manus ponere, eſt cadentes à ſua rectitudine animas, atque in hujus mundi ſe dilectione reclinantes, blanda adulatione refovere; quaſi enim Pulvillo cubitum, vel cervicalibus caput jacentis excipitur,* S. Gregor. Paſtor. lib. 2. c. 8.

modo charitate pleno recipiendi pœnitentem, cui testari debet Confessarius ingens ejus salutis desiderium, simulque manifestare se paratum esse omnia planè tentare, ut spirituali ejus morbo medeatur, & præcipuè cavere debet, ne exhibeat pœnitenti se ægrè eum audire in Confessione. *Nam*, ut ait S. Ambrosius, *quemadmodum se tibi curandum præbeat, quem fastidio habeas? Qui contemptui se, non compassioni medico suo putet futurum?* Confessarius pœnitenti viscera misericordiæ debet ostendere, nec quidquam negligere, quod eum à peccato revocare possit, & ad Deum verâ animi contritione & vitæ mutatione conducere.

S. Ambr. de Pœnit. lib. 1. c. 1.

Nam, ut prudenter observat Episcopus Amerinus, Antonius Maria Gratianus: *In spiritu lenitatis & mansuetudinis peccatores suscipere, ad pœnitentiam doloremque malè actæ vitæ, comi ac benigna oratione traducere, quàm exprobratione & convicio abigere, aut in odiosam molestiam, stomachumque conjicere, satius salubriusque videtur. Neque enim severitatem, atque acrioris reprehensionis vim rectè adhibeas ad id, quod ni voluntariè animus suscipiat, cogi cōpellique non potest. Igitur peccatorem, quamvis atrocia horrendaque fatentem, non solùm æquo animo audiat Confessor, sed veniæ spe sustentet, quo ille audaciùs omnia scelera quibus opertus est, omnia animæ suæ vulnera aperiat nudetque. Peccata inde ipsa Confessor execretur, eorum turpitudinem retegat atque ante oculos ponat, & quàm iis Deus offendatur, quæque mala perseverantes in illis maneant, ostendere conetur. Pœnitentem hinc metu pœnarum, ad dolorem incitet, hinc magnitudine Divinæ clementiæ soletur erigatque, & ad mutationem morum, & melioris vitæ amorem accendat.*

Synod. Amerina ana. 1595. cap. 126.

De-

Debet etiam sapienter cum summa suavitate temperare remedia pœnitenti applicanda, & necessarias correptiones, laudibus intermissis, ut faciliùs se in ejus animum insinuet: imitari debet *Sapientes Medicos*, qui ut ait Sanctus Augustinus, *si quando usus poposcerit, austeriora medicamenta ægris offerunt mortalibus, ne æger utilitatem præ austeritate refugiat, ora ac summitates poculi, quo remedium porrigunt, melle circumliniunt.* S. Aug. in Prolog. in Psalmos.

Plerumque, inquit Sanctus Gregorius, *utiliùs corripimus, si correptionibus quædam laudum fomenta misceamus. Inferenda namque sunt illis aut alia bona quæ in ipsis sunt, aut dicendum certè quæ poterant esse, si non sunt: & tunc demùm resecanda sunt mala quæ nobis displicent, cùm priùs ad audiendum eorum placabilem mentem fecerint præmissa bona, quæ placent. Amaro pigmentorum poculo, mellis dulcedo adjungitur: ne ea quæ saluti profutura est, in ipso gustu aspera amaritudo sentiatur; & dum gustus per dulcedinem fallitur, humor mortiferus per amaritudinem vacuatur. Ipsa ergo invectionis exordia permista sunt laude temperanda, ut dum admittunt favores quos diligunt, etiam correptiones recipiant quas oderunt.* S. Gregor. Past. p.3. cap.18.

Sub specie tamen benignitatis, cavere debet Confessarius, ne cum pœnitentibus eò crudeliùs agat, quò videtur blandiùs ipsos excipere; nec imitari debet eos, *Qui pulvillos*, ut loquitur Propheta, *sub omni cubito manus ponunt.*

Nam ut ait Sanctus Gregorius, *Pulvillos quippè sub omni cubito manus ponere, est cadentes à sua rectitudine animas, atque in hujus mundi se dilectione reclinantes, blanda adulatione refovere; quasi enim Pulvillo cubitum, vel cervicalibus caput jacentis excipi-* S. Gregor. Pastor. lib.2. c.8.

tur,

tur, cùm correptionis duritia peccanti subtrahitur, eique mollities favoris adhibetur: ut in errore molliter jaceat, quem nulla asperitas contradictionis pulsat. Enimverò tunc in ea profunda, sed falsa pace perseverant, de qua loquens Jeremias ait, *Pax, Pax, & non* Jerem. c. 7. *erat Pax.*

An verò aliud est, inquit S. Bernardus, *quàm fictio execranda, si peccatum superficie tenùs radas, non intrinsecùs eradices? certus esto, quoniam pullulabit uberiùs; nam & inventa occasione ebullire saniem quæ latebat in ulcere, & excisam non extirpatam arborem, in silvam pullulare videas densiorem.*

S. Bern. serm. 2. de Asump. num. 5.

Itaque Confessarius, ut vera cum benignitate pœnitentes suos excipiat, his Divi Prosperi verbis debet attendere: *Cùm verò nobis, Fratres, quilibet peccata sua tanquam medicis vulnera, quibus urgentur, aperiunt, operam dare debemus, ut quantociùs ad sanitatem Deo authore perveniant; ne in pejus dissimulata curatione proficiant.*

S. Prosp. de vita Act. Sacerdot. lib. 2. c. 7.

Quæ est ista, inquit Hormisdas Papa, *inimica benignitas, palpare crimina, & vulnera eorum usque ad diem Iudicii incurata servare?*

In Epist. per univ. prov. refertur in Canon. Si quis. dist. 50.

Qui vitiis nutriendis parcit, inquit Sanctus Augustinus relatus in Canone, *ne contristet peccantium voluntatem, tam non est misericors, quàm qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & non timet, ne vulneratum doleat vel extinctum.*

S. Aug. ad Loth. refertur in Can. Qui vitiis. 23. quæst. 5.

Lethargici, inquit idem D. Augustinus, *excitantur, phrenetici ligantur, & tamen utrique amantur.*

S. Aug. in Psalm. 34. P. 2.

Hæc falsa suavitas ita perniciosa visa est sancto Thomæ de Villanova, ut dixerit: *Quid*

Quid enim Ecclesiam Domini hodie perdit, nisi Confessorum & Pastorum blandiens adulatio, deliniens demulcensque assentatio? In Ser.Fer. 6.post Domin. 4. quadrag.

Unde ut hæc perniciosa adulatio vitari possit, monita salutaria subministrat Constantius, Archiepiscopus Cosentinus, his verbis: *Quantunque* il Confessore habbia da procurare d'esser molto piacevole con i penitenti, non per ciò hà da lasciar di far l'ufficio suo, scoprendo il bisogno dello stato loro, ancorche dispiaccia. Perche si trovano alcuni Confessori molto pieni di rispetti humani, alli quali parendo ò molto rigore, ò poco rispetto il negar l'assolutione, massime a certe persone principali, che si trovano in dignità & ufficii, guastano i negotii di Dio con danno dell'anime proprie e d'altri. Onde di loro par che possa dirsi quello del Profeta: *Curant contritionem populi mei cum ignominia, dicentes: pax, & non est pax.* Si ricordino dunque, che essendo uno de loro ufficii il giudicare, deono in quel Santo Tribunale lasciar da canto ogni rispetto humano; perche questo gli vien protestato per bocca del Savio: *Noli fieri Iudex, nisi valeas irrumpere iniquitates*; nel negare ò differire l'assolutione. Conviene però, che tal sentenza sia accompagnata da parole piene di carità, le quali siano bastanti a persuadere al penitente, tutto ciò farsi per salute dell'anima sua, e che molto meglio per quella sia, l'andarsene per quella volta disgustato, che ingannato. Auvertimenti per l'ufficio del Curato stampati in Roma 1625. p. 4. tit. 5. c. 15.

Eamdem benignitatis, prudentisque discretionis speciem commendat in Synodo Ferrariensi Cardinalis Joannes Baptista Lenius, his verbis: *Confessarii, quibus absolutionis beneficium impendere non pos-* Synod. Ferrarien. an. 1612. de Pœnit. n. 10.

sunt, eos à se cum humaniter dimittant, tum caveant, ne circumstans populus eos ulla ratione intelligat sine absolutione discedere; quod certè valdè incongruum esset, & obligationem sigilli graviter læderet, si per Confessarii imprudentiam accideret.

Et Eminentissimus Cardinalis Jacobus Antonius Morrigia, in Synodo Florentina: *Parentis*, inquit, *Iudicis, ac Medici partes obiturum Confessarius se sciat; amanter ergo peccatores excipiat, pro meritis solvere sciat & ligare, adhibitisque remediis congruis, vulnera sanare studeat.*

Synod. Florent. ann. 1691. tit. 1. c. 8. n. 2.

Quæst. 13. Quid agere convenit Confessario, dum ad illum defferuntur peccata, seu casus pertinentes ad Sacram Romanam Pœnitentiariam?

Resp. Confessarius debet tunc suadere Pœnitenti, ut recursum habeat, aut per se aut per alios, ad Tribunal Eminentis. Card. majoris Pœnitentiarii, pro foro conscientiæ, & dum agitur de casu secreto, nec deducto ad forum contentiosum: Potest etiam recurrere ad Prolegatum Avenionensem, si sit de illis Provinciis, quas in suis facultatibus inclusit Sum. Pontifex. Quantum ad modum, videndus est to. 5. hujusce Theologiæ Moralis, in additionibus, versus finem. Et Confessarius charitate motus, potest ipsemet procurare facultatem necessariam, ut securiùs serve-tur secretum; observans, sedulò notandas esse circumstantias, & veritatem sicut coram Deo aperiendam, suppressis semper nominibus.

Quæst. 14. Quo pacto debet Confessarius exequi dictas sacræ Pœnitentiariæ litteras, & quâ arte illarum characteres gothicos legere poterit?

Resp. Abbreviationes seu breviaturæ

quæ

quæ in his litteris fieri solent, negocium ut plurimùm multum facessunt, & non exiguam difficultatem causant Confessariis, hujusmodi litteris parùm assuetis; ideò explicationem talium abbreviationum apposui in Dicto Tomo V. ubi supra; quibus intellectis, cætera cum aliqua applicatione securè legi poterunt.

Quantum autem ad modum exequendi dictas Sacræ Pœnitentiariæ litteras; observanda sunt adamussim & fideliter ea omnia quæ in dictis litteris expressa reperientur, juxta varios casus & dispensationes, quæ in illis contineri possunt; & si occurrat aliquod dubium, pars securior omninò est sequenda, juxta Sacros Canones, & Sacræ Pœnitentiariæ perpetuam praxim; ut habetur in Libro recenter Romæ edito sub hoc titulo: *Dilucidatio facultatum minorum Pœnitentiariorum* &c. authore *P. Syro Placentino, Ord. Minorum, Lateranensis Basilicæ Pœnitentiario* 1699. Hic Reverendus admodùm Author firmat in Quæstionibus quas præambulares vocat, Quæstione 8. *An in casibus dubiis, teneatur Pœnitentiarius sequi sententias probabiliores & certiores, relictis probabilibus, tam in absolvendo quàm in dispensando?* Firmat, inquam, quòd *Pœnitentiarius Apostolicus in casibus dubiis tenetur semper sequi sententias probabiliores, relictis probabilibus tantùm.* Probationes ejusdem Authoris compendiosè refferre decreveram, sed ne aliquid fortè immutatum suspicarentur malignantes, easdem probationes hìc fideliter & integrè exscribendas putavi.

Dilucidatio facult. Pœnit. q. 8.

Probatur: Officialis alicujus Tribunalis Curiæ Romanæ, tenetur ad stylum & praxim proprii Tribunalis, tanquam ad legem, cum stylus & praxis Curiæ Romanæ

M 2 fa-

faciat legem, & declaret mentem Pontificis, qui caput est sui Tribunalis, ut præmissum est in præcedenti quæstione. Ergo & Pœnitentiarius tenetur ad idem, hoc est, ad stylum & praxim sui Tribunalis, cum sit de præcipuis ejus officialibus; semper autem Sacra Pœnitentiaria in actibus suis consuevit sequi probabiliores & certiores sententias, cum agitur de casibus dubiis. Ergo hunc stylum Tribunalis tenetur sequi etiam Pœnitentiarius. Quòd talis semper fuerit stylus Tribunalis, probatur; sicut enim Tribunal hoc est de primariis Tribunalibus Pontificis & Sedis Apostolicæ, ita semper omnis ratio eidem suasit, observare praxim ejusdem Sedis Apostolicæ in actibus suis, quæ est, ut in dubiis semper amplectatur quod tutius est saluti animarum, nempè probabiliorem sententiam, ut habetur in Cap. *Ad audientiam. De Homicid.* Ibi: *In dubiis semitam debemus eligere tutiorem.* Et in Cap. *Iuvenis. De Sponsalibus.* Ibi: *In his quæ dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus.* Et in Cap. *Illud. De Clerico excomm. ministrante.* Ibi: *Quia tamen in dubiis via est tutior eligenda.* Et alibi sæpè. Igitur si ipsum Tribunal conformiter ad praxim Pontificis semper processit; multò magis Officialis Tribunalis, qualis est Pœnitentiarius, procedere debet juxta praxim & Tribunalis & Pontificis, sequendo in dubiis opiniones probabiliores & certiores.

Nec dicatur, ut aliqui putant, eligere partem tutiorem in re dubia, non fuisse de præcepto, sed de consilio; nam Canones allegati oppositum demonstrant; dum utuntur verbis obligationem importantibus, non consilium indicantibus; in-

inquiunt enim: *In dubio pars securior est tenenda: Semitam debemus eligere tutiorem: Quod certius existimamus, tenere debemus*, & similia; qui modus loquendi, non consilium, sed præceptum potiùs præ se ferre apparet. Et certè si electio partis tutioris in re dubia, esset tantùm de consilio, Pontifex in citato Cap. *De Sponsalibus*, non jussisset, talem juvenem separari à consobrina puellæ, cum qua, post matrimonium contractum cum puellâ nondum septenni, secundum matrimonium contraxerat; nec in Cap. *Illud*, resolvisset, Episcopum de rigore esse deponendum, quia in dubio solemniter celebraverat; cum pro transgressione consilii, nec Episcopus deponi possit, ut in Can. *Quisquis preceptis*. 14. q. 1. nec matrimonium possit irritari; ut Doctores communiter.

Firmatur conclusio, quia minores Pęnitentiarii, ante B. Pium quintum, inter alia, hoc capitulum jurabant: *Nec quemquam scienter absolvant à peccato vel peccatis, in aliquo casu ambiguo*; ut disposuerant Benedictus 12. & Eugenius quartus, in suis litteris reformativis Sacræ Pœnitentiariæ. Igitur intentio Sedis Apostolicæ fuit semper, ut quod ipsa servat in casibus dubiis & ambiguis, servetur etiam à suis Ministris in Tribunali Sacræ Pęnitentiariæ; quod extenditur etiam ad modernos Pœnitentiarios, ut subrogatos antiquis à Pio quinto; cum pro omnibus militet eadem ratio & qualitas, scilicet quòd sint Pęnitentiari Domini Papæ, sicut militat pro ipso tribunali, quòd etiam post Pium V. sit idem Tribunal Pontificium & eadem Pęnitentiaria Apostolica quoad forum conscientiæ. Tenentur

ergo minores Pœnitentiarii ad ſtylum & praxim Tribunalis, ſequendo in caſibus dubiis ſententias probabiliores & certiores.

Magis firmatur, quia caſus dubii qui occurrere poſſunt Pœnitentiario, omnes reſpiciunt forum conſcientiæ, & tendunt ad ſalutem animarum, ſive ſint de abſolvendo, ſive de diſpenſando, ſive de commutando, ſive de aliquo alio caſu judicando aut remedium neceſſarium procurando; ad hunc enim finem inſtitutum eſt hoc Tribunal, ut inquit B. Pius quintus, in ſua Conſtitutione: *Vt bonus Pater*, ut omnes qui indigent authoritate Pontificia pro ſua neceſſitate ſpirituali, ab hoc Tribunali in foro conſcientiæ adjuventur, & de remedio provideantur. Ergo abſolutè tenetur Pœnitentiarius ſequi opinionem tutiorem & certiorem; nam apud Sacros Canones, eſt veluti quoddam Axioma, quòd dubius in materia morali, in qua vertitur ſalutis periculum, teneatur judex animarum ſequi partem tutiorem; prout habetur diſertis verbis in Textibus ſupra citatis, qui non ſolùm reſpiciunt pœnitentes in ordine ad proprium directionem, ſed etiam Miniſtros & Officiales fori pœnitentialis, vel quaſi penitentialis, in ordine ad eorum reſolutiones; maximè cum pars tutior quæ eligitur, ſit etiam favorabilior ipſis pœnitentibus, dum neceſſariò concedi debet, utilius & favorabilius eſſe incedere per viam tutam, quàm per viam periculoſam; unde Gloſſa, in Cap. unico, in verbo: *æſtimare De ſcrutinio*; poſtquam dixit, generale eſſe, ut ubi vertitur periculum animæ, præſumatur in deteriorem partem, ſtatim ſubdit: *Sed licèt videatur deterior, tamen melior & tutior eſt*; quod etiam eo ma-

magis observandum venit in hoc Tribunali Pontificio, à quo discedunt pęnitentes putantes se renatos, & ab omnibus dubiis, quibus in propriis Diœcesibus angebantur, liberatos.

Nec obstat jam dictis, regula juris in 6. quòd in pari causa, melior sit conditio possidentis, ex qua posset quis inferre, neminem in dubio debere se judicare culpabilem, & spoliare se possessione sua. Nam regula dicta procedit in materia justitiæ, & in foro judiciali dumtaxat; non in materia aliarum virtutum & in foro conscientiæ, secundùm veriorem sententiam, ut tenent communiter Canonistæ in Cap. *Ad audientiam. De homicidio*, ac probant textus supradicti de illo Episcopo, & de illo juvene, quorum unus dicitur deponendus, & alter fuit separatus à secunda uxore, licèt de casibus dubiis ageretur; & hoc, nullo respectu habito quòd essent in possessione, seu quòd melior esset conditio possidentis; aliter nunquam daretur casus, ut quis teneretur tutiorem partem eligere: quod tamen præceptum tam crebrò à Sacris Canonibus inculcatur.

Resolvendum igitur, Pœnitentiarium teneri conformare se stylo, praxi sui Tribunalis, etiam eligendo in dubiis partem tutiorem, sicut & Tribunal semper processit, & procedit in hac parte, conformiter praxi ejusdem Pontificis, cujus est tribunal: agitur de materia, in qua vertitur salutis periculum, pro quâ non est contendendum cum Deo de anterioritate & potioritate possessionis. Igitur &c.

Igitur non solùm Pęnitentiarii ordinarii, sed etiam delegati, seu ad quos litteræ Sacræ Pęnitentiariæ diriguntur, cum sit eadem de omnibus ratio, opiniones proba-

biliores & tutiores ſequi tenentur, ut ſe conforment ſtylo & praxi Sanctæ Sedis Apoſtolicæ; quod etiam rectè extendi poteſt ad alios quoſcumque Confeſſarios & alios caſus, ex paritate rationis. Sed de hac materia & quæſtione ſatis fusè egimus Tom. 1. dum de probabilitate tractatum habuimus: & incidenter etiam Tom. 5. tract. 9. c. 10. q. 27.

Obſervandum autem eſt, litteras ſacræ Pœnitentiariæ ut plurimum pro exe-cutione dirigi ad Magiſtros in S. Theologia, aut in Jure Canonico, ſeu Decretorum Doctoribus; aliquando tamen diriguntur ad Parochos, ſeu etiam Confeſſarios Monialium, aut quandoque ad Confeſſarium quemcumque ex approbatis: & in his omnibus fideliter obſervandum eſt id omne quod dictæ litteræ continent, ſeu foris, ſeu intùs; ſive agatur de impedimentis matrimonialibus ſecretis, ſive de diſpenſationibus votorum, aut commutationibus, aut abſolutionibus à cenſuris & irregularitatibus, aut rehabilitationibus in beneficiis aut executione Ordinum. Quantùm ad diſpenſationes Sacræ Pœnitentiariæ in matrimonialibus, videri poſſunt quæ diximus Tom. 5. Tract. 9. cap. 7. q. 8.

CAPUT XII.

De dilatione aut negatione absolutionis.

Quæst. I. QUibus præsertim in casibus Confessarius absolutionem, vel omninò denegare debet, vel ad tempus differre?

Resp. Optimè quidem & solidissimè explicantur ab Eminentissimo Cardinali Grimaldi Aquensium Archiepiscopo, in suo Mandato Synodico, quod tanquam regulam Confessariis suæ Diœcesis proposuit.

Casus Ordinarii, in quibus Confessarii absolutionem differre vel negare debent: Sacræ Scripturæ, Conciliorum, Summorum Pontificum, sanctorum Patrum, & aliorum sanctorum Doctorum testimoniis confirmati.

Per Eminentissimum Cardinalem Grimaldi, Aquensem Archiepiscopum.

Ut Confessarii moneantur, ne absolutionis gratiam verè indignis conferant; quod sepè facere solent, aut per inadvertentiam, aut per negligentiam, aut propter aliam causam; unde fit, ut multi diu multùmque durent in iisdem peccatis cum deplorabili animarum suarum ruina, ut ait sanctus Carolus in Instructionibus Confessariis datis Latinæ versionis Antverpiæ anno 1586.

Primò, cùm nullum veri & supernaturalis doloris indicium conspicitur, & vitam in melius emendare nolunt, vitæque rationem mutare, absolutionis sunt incapaces.

Secundò, absolvi minimè debent, qui odia & inimicitias ex corde non deposuerunt, & quantùm in se est cum suis inimicis pacem & reconciliationem inire nolunt.

Tertiò, cùm pęnitens injustè detinet bona aliena, aut cùm fortunæ bonis, famæque proximi damnum aliquod intulerit, id reparare non curat, nec vult restituere, aut satisfacere, sive penitùs sive partim secundùm facultatem suam, ei deneganda est absolutio.

Quartò, si pœnitens sit in aliqua proxima mortaliter peccandi occasione, & possit eam deserere, absolvi non debet, donec eam deseruerit; & si non possit eam deserere, est differenda absolutio, donec aliqua dederit emendationis indicia, & legitimum sit aliquod credendi fundamentum, fore ut deinceps à peccato caveat.

Quintò, iis quoque deneganda est absolutio, qui proximam peccandi occasionem dant aliis, nisi velint eam auferre, & mederi quantùm possunt malo, cujus occasionem præbuerunt: tales sunt,

1. Qui conventus lusorios congressusque fovent, impietatibus, blasphemiis, compotationibus, lasciviis, aliisque peccatis obnoxios.

2. Qui componunt, imprimunt, aut vendunt malos libros, scriptaque quæ continent res Fidei, Pudicitiæ, bonisque moribus contraria.

3. Qui lascivas habent tabellas & imagines, quæ peccandi occasionem inspicientibus præbere possunt, quique eas aut faciunt aut vendunt.

4. Fęminæ puellæque quæ nudo incedunt pectore, & sinu, postquam satis superque fuerint admonitæ, quanta mala ex

hoc

hoc immodesto vestiendi modo prodire solent.

5. Iis quoque deneganda est Eucharistia, quoties ad Sacram Mensam eo modo accedunt.

6. Iis etiam deneganda est absolutio, qui artem aliquam, aut vivendi rationem exercent, quam probè norunt sibi ita noxiam esse, ut eam sine peccato prosequi moraliter non possint, nisi polliceantur eam deserere.

7. Differenda est absolutio iis qui mortaliter peccandi habitum contraxerunt, donec emendationis signa compareant. Hanc praxim in Pœnitentiæ Tribunali planè necessariam authoritate sua confirmavit Innocentius Papa undecimus, cùm sequentem propositionem damnavit.

60. Propositio damnata.

Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodo ore proferat se dolere, & proponat emendationem. Innoc. XI. Decreto contra 65. Proposit. 2. Martii 1679.

8. Deneganda est etiam absolutio peccatoribus publicis, & iis qui publicè scandalum dederunt, donec publicè satisfecerint, & scandalum sustulerint, quantùm possunt.

9. Confessarii audire non debent, aut absolvere eos, quorum peccatorum participes & complices fuerunt.

Confessario, inquit S. Carolus, *qui cujuscumque criminis, etiam minimi, socius particepsve ullo modo fuit, munere interdictum sit confessionis eorum audiendæ, quos illius socios habuerit. Idem de illis item absolvendis sancitum sit. Si quam verò authoritatem jurisdictionemque habet, ea ne alutatur, illum privamus quoad hanc causam cul-* S. Carol. in Synod. XI. pag. 409.

M 6 pam-

pamque attinet; nec verò absolutio, si quam impertieris, ullius roboris sit, sed irrita planè ac rescissa nullaque omninò, tanquam ab eo impertita, qui jurisdictionis & facultatis expers est.

Unde etiam in præclara Synodo Æsina sic statuitur: *Quicumque facultatem absolvendi habuerint à casibus etiam reservatis, noverint, nequaquam Confessario cuilibet licere, etiam Parocho, seu Regulari, in nostra Civitate vel Diœcesi, qui in crimine carnalis peccati etiam non consummati socius, particepsve fuerit, complicem audire in Confessione & absolvere. Quam quidem prohibitionem non esse peccati reservationem declaramus, sed in hujusmodi casu omninò esse positivam reprobationem Confessarii ab ejus confessione audienda, qui fuerit socius, aut peccati particeps; quem si Confessarius in confessione audire & absolvere audeat, præter pœnas à jure statutas, statim ipso jure & ipso facto censeatur privatus jurisdictione & authoritate audiendi confessiones, & absolvendi quemquam in tota nostra Diœcesi, prout ex nunc pro tunc privamus, & pro privato omninò haberi volumus & mandamus omni meliori modo: & hujusmodi confessio, habens annexam talem culpam, socio facta, sit irrita & nulla, ex defectu jurisdictionis. Quæ tamen jurisdictio penes quemcumque alium ordinarium Confessarium resideat, qui culpæ socius non est; ita ut peccati complex non teneatur se præsentare Confessario facultatem habenti pro reservatis, sed tantùm Confessario ordinario approbato. Quod si Confessarius sit Parochus, declaramus, pro ipso reservatum esse quodcumque peccatum carnale; cujus ipse fuerit complex.* Et in

Synod. Æsina, ann. 1683. ti. 18.

Sy-

Synodo Veliterna sic habetur : *Confessario absolvendi eum, cujus ipse criminis socius, aut quocumque modo particeps fuerit, omnis jurisdictio & facultas sublata sit.* Synod. Veliterna, ann. 1698. tit. 13.

Præterea in Concilio Mediolanensi VII. quod à Federico Cardinali Borromæo, S. Caroli consanguineo & successore, congregatum est, sic statuitur: *Qui criminis alicujus culpæve mortalis socius, aut quoquo modo particeps fuerit: sciat sibi interdictum munere audiendi confessiones illorum, quos socios ejus criminis culpæve habuerit. Quod Decretum ad quoscumque Confessarios, etiam Regulares, volumus pertinere.* Concil. Mediol. ann. 1609. de Sacr. Pęnit.

Et in Synodo Lyciensi sic statuitur: *Quæcumque peccata inhonesta, quæ inter Confessarios, & suas vel suos pænitentes, verbis aut factis quomodocumque commissa fuerint, quod Deus avertat; etiam extra casum Constitutionis Gregorianæ, ab iisdem Confessariis delinquentibus; quibus forsan, & non alteri Confessario, ob ruborem vel verecundiam aut ob aliam causam, ea ipsæ, vel ipsi pænitentes confiteri voluerint, nullatenùs absolvi posse decernimus.* Synod. Lyciensis, ann. 1663. tit. 15. § 6.

Cardinalis Carolus Rossetus, in Synodo Faventina, sic statuit: *Confessariis quibuscumque, etiam Regularibus, si quando, quod avertat Deus, carnalis seu venereæ noxæ, furti, homicidii, libelli famosi, aut gravis noxæ participes fuerint, interdictam volumus facultatem audiendi Confessionem illorum, quos socios seu complices ejusdem criminis culpæve habuerint; ita ut nec licitè nec validè absolvant ab eo mortali peccato, in quo cum pænitente participarunt.* Synod. Faventina, ann. 1674. part. 3. c. 7. num. 16.

Demùm Cardinalis Franciscus Barberinus, Sacri Collegii Decanus, statuit in Synodo Veliternâ, ut *Confessario absolvendi eum, cujus ipse criminis socius, aut quocumque* Synod. Veliterna, ann. 1673. cap. 14. de Pęnit.

que modo particeps fuerit, omnis jurisdictio & facultas sublata sit. Et Cardinalis Gaspar Borgia, in Synodo Albanensi ann. 1641. statuit, ut *socius criminis, in eodem crimine sibi socium ne absolvat.*

In recenti Synodo Aversana Illustrissimi Episcopi Innici Caraccioli, id severè prohibetur his verbis: *Perdit erubescentiæ virtutem sacramentalis Confessio, quoties apud criminis socium seu complicem pœnitens peccata deponit: tantoque in hujus sola consideratione facinoris horrore concutimur, ut eo patientiam nostram prorsùs comminutam fateri cogamur. Facultatem idcircò Confessariis omnibus tam sæcularibus quàm regularibus adimimus, & ademptam esse præsenti Constitutione sancimus, eas personas pro illa vice in Confessione audiendi & sacramentaliter absolvendi, cum quibus utcumque & quomodolibet ipsi impudicè versati aut commaculati fuerint. Ac iidem Confessarii regulares, si in hoc contravenerint, ipso facto ab audiendis Confessionibus se suspensos agnoscant. Quod si Parochi in tam acre facinus (quod nefas est cogitare) inciderint, latæ sententiæ excommunicationem Nobis reservatam incurrant. Cui etiam reservatæ excommunicationi Confessarios sæculares volumus subjacere.*

Synod. Aversana. ann. 1702. part. 2. c. 5. num. 16.

Demùm Eminentissimus Cardinalis Franciscus Nerlius, in Synodo Assisiensi sic statuit: *In quolibet lethali crimine, maximèque venereo aut rapaci, nemo Confessario sibi socio confiteatur; sed pœnitens alteri Confessario se præsentet.*

Synod. Assisiensis ann. 1689. tit. 12.

Et in egregia Synodo Lucana Cardinalis Julii Spinola sic statuitur: *Privamus Confessarios quoscumque facultate absolvendi eos cum quibus in peccato participaverint, quoad idem peccatum.*

Synod. Lucana. ann. 1681. c. 4. n. 22.

Id antea decretum fuerat à Cardinali Bon-

Bonvisio in alia Synodo Lucana his verbis: *Perdit erubescentiæ virtutem sacramentalis Confessio, quoties apud criminis socium pœnitens peccata deponit; ideo Confessarios omnes privatos volumus facultate absolvendi eas vel eos, cum quibus aliquo peccato luxuriæ, etiam attentato, commaculati fuerint.* Synod. Lucana. ann. 1661. c.4.n.6.

Et in accuratâ Synodo Maceratensi Eminentissimi Fabritii postea Cardinalis Paulutii, nunc primi Ministri Pontificii, omni virtutum genere cumulatissimi, sic habetur: *Absolutionem complicis in eodem gravi delicto, prohibemus, nullamque declaramus.* Synod. Macerat. ann. 1687. tit 2.c.6.

Cardinalis Antonius Barberinus in Synodo Nonantulæ severiùs decreverat, ut *Confessario omninò sit interdicta facultas & jurisdictio absolvendi eum, qui criminis socius, aut quocumque modo particeps cum Confessario fuerit, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, carceris, & aliis arbitrio nostro declarandis.* Synod. Nonantul. ann. 1658. par.2.tit.6. num.15.

10. Nullus Confessarius potest, aut debet absolvere à casibus reservatis, nisi specialem habuerit licentiam & facultatem, nisi in articulo mortis, quando non adest copia Confessoriis.

11. Is quoque qui præcipua Fidei Mysteria ignorant, Orationem Dominicam, Dei & Ecclesiæ mandata; quoties compertum est, hanc ignorantiam è salutis negligentiâ nasci, aut quoties ita rudes sunt, ut statim instrui nequeant, differenda eis est absolutio. Contrariam Casuistarum aliquorum praxim damnavit Innocentius Papa XI. dum sequentem propositionem Censurâ affecit.

64. Propositio damnata.

Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, &

etiamsi

etiamsi pernegligentiam, etiam culpabilem, nesciat Mysterium sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis D.N. Iesu-Christi.

12. Iis deneganda est absolutio, qui ea nesciunt, quæ ad proprium statum eorum pertinent, quique à suo officio insigniter deficiunt. Quocircà Confessarii pœnitentes interrogare tenentur de his, quæ ad eorum statum & conditionem pertinent.

13. Ecclesiastici qui sacros Ordines susceperint, vel Beneficium possidentes, talarem vestem & Tonsuram ferre nolunt, seu qui sua Beneficia malè consecuti sunt, aut incompatibilia possident, aut non resident cùm residere tenentur, sine legitima causa: non debent absolvi.

14. Iis quoque denegabitur absolutio, qui deserere nolunt usum mutandi pecunias, ut aliquid præter sortem accipiant, sive per simplicem schedulam, sive per contractum, sive alio quovis modo; aut qui nolunt ab omni penitùs usura recedere, quæcumque tandem illa sit.

15. Chirurgis & Tonsoribus qui Capillos barbamque abradunt Dominicis festisque diebus, sive in officinâ, sive alio quovis loco, absolutio denegabitur, nisi polliceantur se non ampliùs id facturos; eodemque modo tractabuntur omnes qui ex habitu, & sine ulla justa necessitate, servilibus operibus vacant diebus Dominicis & Festis ab Ecclesia præceptis.

Card. Le Camus, in Ordinat. Synodal. tit.6. art.6. sect.3.

Prætereà Eminentissimus Cardinalis Stephanus Le Camus, Episcopus Gratianopolitanus, sequentes regulas pro Confessariis statuit.

1. Cum quorundam Confessariorum, in dandâ præcipitantiùs absolutione, non expensâ seriò dispositione pœnitentium, nimia facilitas, præcipua causa sit, quòd in impœni-

nitentiâ hæreant peccatores, & in pristina vitia frequenter relabantur: injungimus ipsis, ut studiosè & fideliter executioni mandent Decretum Eminentissimi Cardinalis Grimaldi, Archiepiscopi Aquensis, pro Diœcesi nostrâ receptum & probatum in Synodo celebratâ Gratianopoli 17. Maji 1674. Item ut servent præscripta quæ sequuntur, circa casus, in quibus differenda vel neganda absolutio est; quibus conscientiam illorum oneramus, ut in tremendo Dei judicio illorum rationem reddant.

2. Confessarii, vi potestatis quam habent tam retinendi quàm remittendi peccata, absolutionem dare, differre, vel negare, nisi juxta regulas & spiritum Ecclesię, non debent; neque suscipient leviter eos absolvendos, quibus absolutio negata vel dilata fuerit ab alio; verùm ad primum suum Confessarium eos remittent, nisi appareat evidenter, malè eum officio suo functum fuisse. Non etiam, absque magnis rationibus, mutabunt pęnitentias à primis Confessariis impositas, & à pœnitentibus acceptatas; cum destruere non debeant quod alii ædificarunt. Quare hortamur Confessarios omnes, ut in ejusmodi concorditer agant & unanimiter...

3. Confessarii absolvere non debent eos, qui sunt in consuetudine peccati, præcipuè concubinarios, usurarios, blasphemos, ebriosos; nisi rationem habeant credendi, quòd se ab occasionibus proximis peccati mortalis separaverint, & remediis, quæ præscripta fuerant, adhibitis, conatus notabiles fecerint, ut è pravâ sua consuetudine emergerent. Nec eos absolvent, qui præcipua fidei mysteria, & quorum cognitio ad salutem necessaria est, igno-

ignorant; nec viros qui, sine Judicis Ecclesiastici vel sæcularis authoritate, à suis uxoribus separati sunt; nec eos qui bona aliena detinent, nec pro sua facultate volunt integrè aut partim restituere; nec eos qui satisfactiones sibi impositas implere renuunt: qui legata pia, quibus onerati sunt, solvere detrectant; qui in detrimentum proximi falsum coram Judice dederunt testimonium, nec damnum, cum possent, resarcierunt: qui inimicitias retinent, & nequidem in mortis articulo reconciliari volunt: qui non cessant dies Dominicos & festivos labore vetito profanare: qui postquam moniti fuerint, negligunt curare, ut filii & domestici ad catechismos veniant, ubi de rebus ad salutem necessariis instruantur; nec mulieres absolvent, quæ ad pompam & magnificentiam & supra conditionem suam se ornant, quæque viris suis expensas faciunt excedentes modum, & facultatibus illorum non proportionatas: quæ consuetudinem habent fucandi faciem, aut sinum nudant vel humeros, eâ immodestia ac impudentiâ, quam honestæ Gentiles erubuissent. Sine absolutione etiam dimittent omnes illos, in quibus non vident signa veri & supernaturalis doloris, item sinceri & fortis propositi abstinendi à peccatis, & veram pœnitentiam faciendi.

4. Quod attinet ad peccatores publicos, & eos qui frequenter in eadem peccata mortalia relabuntur, non eos absolvent, extra mortis periculum, nisi eorum emendationem, & pœnitentiam medicinalem, quæ illis imposita fuerat, impletam viderint. Quòd si tales pęnitentes non redeant, non est quòd Confessarii se turbent, quippe qui fecerint quod potuerunt, ut eos ad re-

redeundum disponerent; Deum igitur solummodò pro ipsis orent, ut adjuvánte cęlesti gratiâ in se reversi, verè convertantur.

5. Si quem viderint in occasione proximâ Deum offendendi, injungent, ut eam deserat; quòd si, absque sui aut alieni honoris detrimento, facere non possit, prudenter dispicient, quâ ratione in hoc discrimine agendum sit, tum ne exteriùs manifestetur pœnitentis peccatum, tùm ne profanetur Sacramentum, administrando illud indigno.

6. Si pœnitentes confiteantur, damnum aliquod se intulisse Confessario, ob quod ad restitutionem teneantur; cum æquum non sit, judicem eum esse in propriâ causâ, ad alium eos Confessarium remittet; si verò id fieri non possit, tunc ita se geret, ut nulla sit occasio suspicandi, eum nimis quęrere quæ sua sunt.

7. Cum status Ecclesiasticorum, sit status perfectionis, illi absolvi non debent, quorum vita tota sæcularis est, qui dissolutiùs & liberiùs vivunt quàm laici, qui vestem talarem non gerunt, nisi rarò; & cum beneficium possideant, officium non recitant; qui bona Ecclesiæ, quæ pauperum sunt, criminosè consumunt.

Quæst. 2. Quare Confessarii tenentur, aut omninò denegare, aut saltem ad tempus absolutionem differre, in casibus pręnotatis?

Resp. Primò, quia tenentur, ut sæpiùs dictum fuit, Sacerdotes illis solùm absolutionem impendere, quos rationabiliter credunt verè esse conversos, ne in pristina flagitia relapsuros: atqui exploratio per aliquod temporis spatium sæpè necessaria est ad dignoscendum sincerum futuræ

emen-

emendationis desiderium, præsertim cùm frequenter relabi solent; ut enim ait Apostolus: *Quæ secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur*: hoc est vera cordis contritio: nec alio modo ut plurimùm, quàm per hanc mutationem, quæ aliquo tempore duraverit, vera contritio cognosci potest, & à falsa distingui, quæ speciem tantùm habet contritionis.

2. ad Cor. cap. 7.

Experientiâ enim satis constat, quòd defectu illius dilationis absolutionis, multi Christiani magnam vitæ suæ partem ducunt in continuis peccatis, & quasi circulum faciunt criminum & Confessionum.

Multi, inquit Sanctus Augustinus, *assiduè se dicunt esse peccatores, & tamen adhuc illos delectat peccare: Professio est, non emendatio: accusatur anima, non sanatur: pronuntiatur offensa, non tollitur. Pœnitentiam certam non facit, nisi odium peccati, & amor Dei. Quando sic pœnites, ut tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in vita, & quod te priùs oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in mente: jam bene ingemiscis ad Deum.*

S. August. serm. 7. de Temp.

Ideoque Concilium generale Lateranense tribuit potestatem Confessariis, etiam in ipso Paschatis Festo, pœnitentium Communionem ad aliud tempus differendi, quoties credunt, eos non sufficienter esse dispositos. Sic enim ait: *Suscipiens reverenter ad minùs in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi fortè de proprii Sacerdotis consiliò, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum.*

Cap. Omnis, De Pœnit. & remiss.

Unde etiam Eminentissimus quondam Alderanus Card. Cibo, sacri Cardinalium Col-

Collegii Decanus, & Episcopus Ostiensis & Veliternus, in recentiori Synodo, & in Instructione vulgari linguâ Confessariis datâ, jubet, ut *Confessarius absolutionem intrepidè neget ei qui illius non est capax, aut ob aliquam excommunicationem aut casum reservatum, aut quia non vult occasionē proximam peccati mortalis relinquere, seu illam, quæ ordinariè loquendo, & ut plurimum, peccatum mortale inducit; prout cum quis habet in domo fœminam, cum qua mortaliter peccare solet, aut cum ludum frequentat, cujus occasione blasphemare solet. Quod si aliàs promisit pœnitens aliis Confessariis, se talem occasionem amputaturum, & promissum non implevit, super quo debet interrogari; in hoc casu differatur ei absolutio, donec reverà occasionem peccati abstulerit.*

Illis negabitur absolutio qui ad restitutionem tenentur, nisi illam se facturos promittant; quod si aliàs restituere promiserint sine effectu secuto, differatur eis absolutio, donec integrè satisfecerint.

Nec absolvi debent illi, qui cum ad annos discretionis pervenerint, nesciunt, saltem quoad substantiam, articulos fidei, præcepta Dei & Ecclesiæ, orationem Dominicam, salutationem angelicam; nisi hæc quamprimùm addiscere parati sint; quod si aliàs ab eodem Confessario, aut aliis, fuerint admoniti, nec debitam diligentiam adhibuerint; tunc differatur eis absolutio, donec aliquo modo, juxta posse, tali obligationi satisfecerint. Negabitur etiam absolutio patribus matribusque familias, qui negligentes sunt etiam post admonitionem, in procurando, ut filii talia addiscant. Idem iisdem planè verbis decernitur in Synodo Tiburtina an. 1658. Cardinalis Marcelli Santacrucii, in Instructione pag. 107. num. 18.

Synod. Veliterna. ann. 1698. Instruzzione per i Confessori. pag. 84.

Sia intrepido in negare l'assolutione a chi non è capace, ò perche abbi qualche scommunica ò caso riservato, ò perche nō voglia lasciare l'occasione prossima del peccato mortale, quella cioè la quale per ordinario & il più delle volte caggiona la colpa mortale: come è il tenere in casa donna con la quale suol peccare mortalmente: ò givoca e agivoco nel quale è solito bestemmiare. E se altre volte avesse promesso ad altri Con-

fessori di levare simile occasione, e non l'avesse fatto, di che dovrà interrogarsi il penitente, in questo caso si differisca l'assolutione, fin che averà levato l'occasione del peccato.

Si negherà anche l'assoluzione a quelli che hanno a fare la restituzione, se non promettono di farla, sia di robba ò di fama; e se avendo promesso altre volte di farla, non l'hanno osservato, si differisca l'assoluzione fino all'intiera sodisfazione.

Ne dovranno assolversi quelli, che essendo pervenuti a gl'anni della discrezione, non sanno, almeno quanto alla sostanza, gl'articoli della fede, i comandamenti di Dio e della Chiesa, l'Orazione Dominicale, la salutazione angelica; se però non saranno disposti ad impararli quanto prima: auvertendo che se altre volte furono ammoniti da se, ò da altri Confessori, e non hanno fatta la debita diligenza per imparargli, si differisca l'assoluzione, fin a tanto che in qualche modo, conforme alla loro capacità, abbiano sodisfatto a quest' obligo. Parimente si negherà l'assoluzione a quelli Padri e Madri di famiglia, che sono negligenti in fare imparare le sudette cose a suoi figliuoli, doppo di esser stati altre volte ammoniti.

Synod. Derthon. ann. 1687. de Sacr. Pœnit.

Et in præclara Synodo Derthonensi statuitur, quòd *circa eos qui in pravis consuetudinibus obdormiunt, aut criminibus notoriis & scandalosis implicantur, sive odia & inimicitias fovent: Pastores animarum maxima sollicitudine se gerere debent, ut deperditas oves ad Pastorem Christum reducant. Illud advertentes, quòd publica scandala, publicè removenda sunt, restitutiones pro viribus præmittendæ, vel saltem debitis promittendæ cautionibus: occasiones procul ejiciendæ, odiaque deponenda, ut tanti Sacramenti capaces habeantur.*

Synod. Bonon. ann. 1698. lib. 2. c. 5.

Præterea Eminentissimus Jacobus Cardinalis Boncompagnus, in præclarâ Synodo Bononiensi statuit, ut Confessarius *consuetudinarios, & in occasione proxima perseverantes, donec emendationis experimentum obtinuerit, dimittat: fures, fœneratores ad restitutionem teneri doceat, ubi suppetant vires restituendi; & non tolli, verùm suspendi obligationem reddendi unicuique quod suum est, si gravi exponerentur incommodo, confestim*

resti-

restituendo: ubi de reparando non promittant, non absolvantur.

Conjuges insimul non cohabitantes ex nulla legitima causa: inimicitias non condonantes: falsum in judicio deponentes, vel iniquo testimonio firmantes, quod gravius juramento interposito; jura retinentes; non parentes monitoriis ecclesiasticis, & excommunicationibus latis contra occupantes bona, scripturas, documenta &c. moneantur non posse frui beneficio absolutionis.

Quantùm ad Patres, quorum negligentiâ filii necessaria ad salutem non addiscunt, timere eos convenit Decretum Apostolicum in Epistola, jussu Summi Pontificis ad Episcopos missâ, & in fine Tomi 7. hujus Moralis appositâ, contentum his verbis: Epistola S.Cong. ad Episcopos. ann. 1703. num. 4. *Patres aliosque, quorum curæ pueri crediti sunt, seriò moneat, teneri illos in hanc curam incumbere, ut res ad salutem necessarias addiscant: Confessariis etiam præscribendo, ut illos non absolvant, qui hac in re graviter delinquentes & contumaces fuerint.*

Et vicissim (ut fusiùs diximus Tomo 6. & statuitur in Synodo Spoletana Cardinalis Cæsaris Facchenetti) *seduli sint omnes* Synod. Spoletana. ann. 1659. num. 30. *Parochi in tradendo pueris doctrinæ christianæ rudimentis, & hoc lacte pietatis eos alant, quemadmodum solido cibo verbi Dei nutrire debent adultos, qui sæpiùs hunc panem petunt, & non est qui frangat eis.*

Secunda ratio, quæ etiam demonstrat differendæ absolutionis utilitatem, est: quia dilatio absolutionis pœnitenti ponit ob oculos æternam pœnam quam ejus peccata merentur, & quia videt se adstrictum ad permanendum per aliquod temporis spatium in Pœnitentia, & privatione Sacramentorum, meliùs concipit suorum criminum horrorem, & cautior evadit ad con-

conservandam Dei gratiam; & considerando deplorabilem statum, in quem peccando reductus est, constanter statuit, ea omnia facere & pati, & cuncta potiùs deserere, quàm relabi in miserabilem illum statum, ex quo conatur emergere: Nam ut ait Divus Augustinus, *Si cito rediret homo ad pristinam beatitudinem, ludus illi esset peccando cadere in mortem.*

S. Aug. ser. 34. de div.

Hâc de causa cùm seriò incumbit peccator, ut ad Deum convertatur, supremus animarum Medicus videtur differre sæpè illi gratiam, quâ sese à pravâ peccandi consuetudine eripiat. Ita sentire videtur Divus Augustinus, explicans hæc verba Psalmi sexti, *Et tu Domine usquequò?* Sic enim ait: *Quis non intelligat significari animam luctantem cum moribus suis, diu autem dilatam à Medico, ut ei persuaderetur, in quæ mala se peccando præcipitaverit? quòd enim facilè sanatur, non multùm cavetur: ex difficultate autem sanationis, erit diligentior custodia receptæ sanitatis: non ergo tanquam crudelis Deus æstimandus est cui dicitur:* Et tu Domine, usquequò? *Sed tanquam bonus persuasor animæ, quid mali sibi ipsi pepererit,* ut scilicet deinceps cum majori cura in integritate se conservet. Quoniam ut ait S. Gregorius: *Omnis curatio, quantò difficiliùs acquiritur, tantò acquisita cautiùs custoditur.* Et ut optimè ait Cardinalis Bellarminus: *Non esset tanta facilitas peccandi, si non esset tanta facilitas absolvendi.* Vide quæ diximus, Tom. 1. Tr. 1. cap. 15.

S. Greg. in Exposit. 1. Psal. Pœnit.

Card. Bellarm. ser. 8. de advētu.

Tertiò, quia, ut notavit S. Ambrosius: *Non coercere delinquentes, majoris austeritatis est, quàm si ulciscaris: traduntur enim in passiones ignominiæ, qui cùm aliquid inhonestum commiserint, nullum culpæ pretium ferunt.*

S. Ambr. in Psalm. 118.

Præ-

Præterea absolutionis dilatio, tempus præbet pœnitenti, ut auferat impedimenta ad gratiam recipiendam, salutari purgatione, & bonorum operum exercitatione, ut possit majori cum securitate superare proclivem illum quem nascendo contraximus peccandi impetum, quemque malâ suâ vitâ peccator auxit.

Si autem aliqua restitutio facienda est, utile videtur in praxi, ut, si fieri possit, ante absolutionem fiat; alioqui ut plurimùm non fiet. Unde in Concilio Provinciali Neapolitano sic habetur: *Ne quis citò manus imponens, alienis peccatis communicare convincatur, caveant Sacerdotes, ne ante debitam vel famæ vel pecuniæ satisfactionem, ubi restituendi facultas fuerit, aliquem absolvant; præcipuè ubi pænitens datum in superiori confessione de satisfactione præceptum neglexerit*. In Synodo Sublacensi Eminentissimi Cardinalis Barberini sic habetur: *Ordiniamo* e comandiamo a Confessori tanto secolari come regolari, che in niun modo assolvino gli usurarii, se prima non sarà preceduta la restitutione.

Synod. Prov. Neapolitan. an.1576.c. 16.

Synod. Sublacen. ann.1674. nell' agiunte, pag. 21.

Et in Synodo Cremensi statuitur, quòd *quia nonnunquam ad pedes Confessarii se abjiciunt, qui restituendæ vel rei vel famæ onere detinentur: Confessarii partes erunt, de sua obligatione pænitentes hujusmodi admonere, quorum pollicitationibus, vel sibi ipsi, vel aliis pluries factis, & semper effectu carentibus, haud facilè credat; & nisi tunc ex circumstantiis certa spes faciendæ ab eis restitutionis affulserit, absolutionem tamdiù differat, quamdiù restitutione reipsa peracta, illata damna* com-

Synod. Cremensis ann.1688. c.10.

compensaverint; modò dum pœnitens confitetur, sit par solvendo aut restituendo.

Cum verò aliquando restitutiones incertorum, pœnitentibus faciendæ incumbunt, eas nequaquam sibi, nec ejus Ecclesiæ, ullatenùs faciendas Confessarius injungat, sed pœnitentium arbitrio omninò relinquat.

Pœnitentem prudenter rejectum ab alio, & præsertim à proprio Parocho, cautè admodum audiat Confessarius, eaque utatur diligentia, ut si possit ad Parochum remittat, sin minus, non absolvat.

Per hanc enim frequentem Confessariorum mutationem, sæpiùs confitentes restitutionem procrastinantes, vix unquam reipsa restituunt, magno certè salutis æternæ periculo. *Caveant* igitur Confessarii, ut habetur in Concilio provinciali Tranensi, *circa usurarios & concubinarios, ne per plures annos fallaci sponsione de restituendo & dimittendo, facta & nunquam observata, decipiantur.*

Conc. Tranense, an. 1589. de Pœnit. c. 5.

Unde in præclara Synodo Viterbiensi, Cardinalis Tiberius Mutus sic prudenter statuit: *Ad eorum malitiæ occurrendum, qui variis artibus ac fallaciis, in perniciem animarum suarum, Confessarios putantes decipere, quam à primo non potuerint, à secundo & tertio Confessario, circumeuntes & variis coloribus crimina circumvestientes, extorquere nituntur absolutionem: Sint cauti Sacerdotes, & sæpe sæpiùs percontentur, an alium pœnitens pleniorem conscientiæ suæ notitiam habentem pulsaverit Sacerdotem, qui, vel ad faciendam experientiam de confitentis constantia, vel ad expectandam satisfactionem, vel occasionis remotionem, absolutionem distulerit. Et si tale quid compererint, ipsum ad primum Confessarium omninò remittant.*

Synod. Viterbien. ann. 1614. c. 14.

In

In alia quoque Synodo, idem eruditus Cardinalis: *Valdè expedit*, inquit, *animarum saluti, ut Confessarii in Sacramento Pœnitentiæ semper studeant servare uniformitatem, & quod unus pro salute pœnitentis construxit, ab altero non destruatur; propterea, inter cætera, animadvertant sciscitari à pœnitente, an pro peccatis enunciatis vel enunciandis, ab alio fuerit eidem absolutio denegata; quam si aliqua justa causa non obtinuerit, nec de facili eam impertiantur. Itidem nec pœnitentiam ab uno injunctam, sine justa causa commutent. Et sic in reliquis, ut inter se conformes sint, hortamur.* Synod. Viterbien. ann. 1624. c.6.

Hinc est, quòd in Instructione vulgari linguâ exarata in Synodo Ravennatensi anni 1607. & confirmata replicataque à Cardinali Aloysio Cappono in alia recentiori Synodo, sic habetur: *Si negerà l'assolutione* a quelli che hanno a far la restitutione, se non promettono di farla, ò sia di robba, ò di fama; e se havendola promessa altre volte, non l'hanno osservata, si ammonischino, che tanti peccati mortali hanno fatti, quante volte hanno hauuto commodità di restituire, ò tutto, ò parte, e non hanno restituito; e si differirà l'assolutione insino all'intiera sodisfattione. Il simile doverà farsi di quelli che non pagano i loro debiti, quando habbiano facoltà di farlo. Synod Ravenn. ann. 1607. Et an. 1649. n.29.

Talibus non restituentibus dici posset, juxta præclara Sancti Augustini verba, quòd nunquam veram reconciliationem cum Deo, nunquam veram pacem obtinebunt, si priùs justitiam proximo non fecerint: *Fac justitiam, & habebis pacem*, inquit Sanctus Doctor, *ut osculentur se justitia & pax. Si enim non amaveris justitiam, pacem non habebis. Amant enim se duo ista justitia &* S. Aug. in Ps. 84. n. 12.

pax, & osculantur se, ut qui fecerit justitiam, inveniat pacem osculantem justitiam. Duæ amicæ sunt, tu fortè unam vis, & alteram non facis. Nemo enim est qui non velit pacem, sed non omnes volunt operari justitiam. Interroga omnes homines, vis pacem? uno ore tibi respondet totum genus humanum, opto, cupio, volo, amo. Ama & justitiam, quia duæ amicæ sunt, justitia & pax, ipsæ se osculantur; si amicam pacis non amaveris, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te. Quid enim magnum est desiderare pacem? quivis malus desiderat pacem; bona enim res est pax; sed fac justitiam, quia justitia & pax se osculantur, non litigant; tu quare litigas cum justitia? Ecce justitia dicit tibi, ne fureris, & non audis: ne adulteres, non vis audire: non facias alteri quod tu pati non vis: inimicus es amicæ meæ dicit tibi pax, quid me quæris? Amica sũ justitiæ, quemcũq; invenero inimicum amicæ meæ, non ad illum accedo. Vis ergo venire ad pacem? fac justitiã.

Synod. Senogallien. an. 1627. c. 6. de Pœnit. §. 14.

Et Card. Antonius Barberinus, tituli S. Onufrii in Syn. Senogal. prudenter monet, quòd *quandoq; licèt Confessarii pœnitentes absolvere possint, expedit tamẽ, ut vel absolutio differatur vel negetur; de infrascriptis putà absolutio non est facilè impendenda: iis videlicet qui aliena bona retinent, & restituendi facultatem habent, donec satisfaciant: qui litteris monitorialibus pro deperditis rebus, ad finem revelandi, à Sede Apostolica, vel à Nobis aut Vicario nostro concessis, non paruerint, vel eas quovis modo publicari, exequi, aut recipi impedierint: fœneratoribus, & contractus iniquos exercentibus, nisi post debitam satisfactionem: Qui in judicio falsum testimonium in alterius detrimentum dixerit, damno prius non emendato: Qui alterius famam aut vitam dicto vel facto læserit, donec resarciat damnum in eo quod potest: Qui injurias, inimicitias, aut vindi-*

dictam condonare renuit: Concubinariis, nisi prius mulierum secum mœchantium dimissa consuetudine; & præsertim ubi pluries id præstare promiserint, nec servaverint: Vxoribus à propriis viris, item viris à suis uxoribus sua culpa seorsùm habitantibus: Proximo injurias remisisse asserentibus, illum tamen alloqui recusantibus, unde scandalum evenire solet.

Quantùm ad conjuges non cohabitantes, grave reperitur Decretum in eleganti accurataque Synodo Assisiensi Eminentiss. Card. Nerlii, his verbis exaratum: *Parochis & Confessariis præcipimus, conjugatos simul non cohabitantes arguere; inde, præviis hortationibus, ad Sacramentorum participationem non admittere; cum verò non obtemperaverint, ad Nos deferre sub quovis prætextu non negligant, ut oportunis remediis eorum damnabilem contumaciam compescamus.* Synod. Assisiensis, ann. 1689. tit. 15.

Deinde humiliatio quam ex illa dilatione Confessarii concipit, eum seriò inducit ad seipsum considerandum, & verâ cordis contritione purgandum, tum etiam continuo Pœnitentiæ operum exercitio, contractos malos habitus imminuere, aut penitùs exuere conatur, qui sunt veluti superflui quidam, maligni ve humores, qui expellendi penitùs sunt, ut sanitatis remedia recipere valeat; cùm enim Confessarius absolutionē differt, peritum imitatur Medicum, qui proprium sanandi tempus expectat, ut ait S. Ambrosius: *Medicus medendi tempus expectat, ut digestis ægritudinibus, Medicinæ subsidia deferantur, ne acerba adhuc & immatura, ut asserunt, ægritudo, curationis remediis reluctetur, & beneficium sentire non possit.* S. Ambr. in Ps. 37.

Hoc principaliter evenit, dum peccatores frequenter relabuntur in eadem peccata, ex quibus anima ita debilitatur, ut difficillimum sit, ut statim ab illo statu ad perfe-

ctam pœnitentiam reducatur: Quoniam, ut ait S. Augustinus: *Ipsis vulneribus, vel fracturis corporum, infirmitates cognoscere possumus animarum. Si enim alicui pes frangatur, aut manus, cum labore solet ad pristinum officium revocare. Si verò secundò, tertiò, & adhuc frequentiùs in eodem loco membra ipsa frangantur, potest intelligere charitas vestra, cum quantis doloribus vulnera curanda sunt, & tamen post longas, & multas tribulationes, vix erit, antequam ad pristinum statum membra ipsa valeant revocari. Similis ratio in animarum fracturis seu vulneribus esse credenda est:* Id est, ut fusiùs explicat idem Doctor, quòd non possunt nisi longo tempore & cum difficultate sanari, quando vulnera sæpiùs iterata fuerunt; ideoque conveniens est in similibus casibus negare vel differre absolutionem.

S. Aug. ser. 58. de Tep.

Unde etiam Dominicus Maria Cardin. Cursius, in Syn. Ariminensi sic statuit: *Confessarius quem ad restitutionem rerum, seu famæ obligatum in Confessione repererit, & aliàs monitum propriam obligationem non complevisse, non absolvat, quousque restitutio facta sit, & allata damna sint reparata; atq; ita discretè attemperet cum misericordia justitiam, ne laqueū damnationis pænitentibus injiciat.*

Synod. Ariminen. an. 1696. ti. 5. de Pœnit. §. 5.

Concubinariis, meretricibus, usurariis, inter ludendum blasphemare solitis, & tamen à ludo non abstinentibus, inimicitias exercentibus, aliisque hujusmodi, nisi per aliquod temporis spatium à similibus abstinuerint, absolutio suspendatur, quousque Confessario probabilis spes emendationis eorum enascatur.

Et Illustriss. Franciscus Antonius Gallus de Austrimont, Episcopus Bituntinus, expresè decernit in Synodo, ut *Confessarii neminem absolvant, nisi prævia satisfactione, præcipuè si bona Ecclesiastica pænitentes occupa-*

Synod. Bituntina, ann. 1681. tit. 11. §. 4.

cupata retineant, proximi famæ detraxerint: sicut etiam caveant dare Sanctum canibus; scilicet absolutionem non impertiantur publicis peccatoribus, recidivis, in proxima peccandi occasione voluntariè viventibus: & illis qui ad restitutionem tenentur, si restituendi commoditatem aut facultatem habent, & tamen restituere non curant.

Cardinalis Bonifacius Caetanus, in Synodo Tarentina statuit, ut Confessarii *non faciles in absolvendo se præbeant peccatores illos, qui consuetudine in aliquo peccato jam ferè in naturam versa, sunt incorrigibiles; veluti concubinarios, usurarios, & alios hujusmodi, qui proximam peccandi occasionem deserere recusant; etiã si se satisfacturos & in posterum ab iisdẽ abstinentes fore promiserint.* Synod. Tarentina, an. 1614. de Pœnit. c. 2.

Ne præterea illos, qui aliorum bona detinent, aut alicujus vel plurium personarum famæ detraxerunt, sine restitutione, meliori quàm fieri potest modo facienda, absolvant.

Neque à pœnitentibus aliquid exigant vel accipiant, nec eleemosynas imponant pro pœnitentia, aut sibi ipsis aut Ecclesiis vel Monasteriis propriis applicandas, sed aliis sacerdotibus & locis piis (quando eleemosyna pro pœnitentia injungẽda foret) applicari mãdent.

Et Cardinalis Hieronymus Simoncellus in Synodo Urbevetanâ decernit, ut *cum Confessarius aliquos in graviora crimina frequenter incidisse ex prava consuetudine animadverterit, eousque absolutionem differat, quousque se illum sanare, non in desperationem adducere posse, prudenter judicaverit.* Synod. Vrbevetana, an. 1592. de Pœnit.

Concubinarii, atque hi qui pessimum blasphemandi usum plures annos retinuerunt, atque emendare sese, & ad bonam frugem se ipsos recipere non studuerunt, ne absolvantur per aliquot dies & menses, prout morbi gravitas exigere visa fuerit.

Synod. Sabinensis, an. 1590. de Confess. In eodem planè sensu loqui videtur Cardinalis Ptolomæus Gallius, in Synodo Sabinensi: Confessarii, *si aliquos reperirint*, inquit, *qui in judicio falsum juraverint, vel falsum testimonium dixerint, vel rem alienam furto vel usura surripuerint, aut nomen, existimationem, & famam alicujus per mendacia abstulerint, eos absolvere nullo modo præsumant; nisi priùs, quoad fieri potest, damno illato & famæ ablatæ dignè satisfecerint, aut de satisfaciendo sufficientem cautionem, saltem juratoriam, præstiterint. Hunc eundem modum teneant cum illis qui directè vel indirectè libertatem & immunitatem Ecclesiasticam violare & opprimere ausi fuerint, & cum illis etiam qui, transacto jam anno, legatis ad pias causas non satisfecerint, & cum Notariis, qui illa quovis prætextu indicare contempserint.*

S. Francisc. Xaverius, Epist. lib. 5. Epist. 9. Et Sanctus Franciscus Xaxerius in Epistola à Patre Possino in linguam latinam versa, eandem methodum dilationis præscribit in pluribus casibus: *Peccata confessis*, inquit, *cum significatione pænitentiæ, & absolvi poscentibus, ne annuas, antequam satisfactionem repræsentaverint; in triplici præsertim genere, odiorum, amorum, & injustæ detentionis rerum alieni juris. Iube prius reconcilient palàm cum inimicis gratiam, procul amoveant offendicula pudicitiæ, iniquè occupata dominis reponant; expleant denique si quid aliud præverti ad securitatem expediat; nec sola promissione defungantur; nam cum hominibus horum tractuum, tam promptis & liberalibus ad obligandam fidem, quàm ad exolvendam tardis ac segnibus, cum arrha in manu transigendum est.*

Synod. Montisregal. ann. 1652. de Pœnit. c. 5. Et in Synodo Montis regalis in Sicilia, Francisci Peretti Card. Montalis, prudenter statuitur, ut Confessarius *statum pœnitem-*

tentis agnoscat, quæ ad ipsius salutẽ conducunt non omittat; & quẽ proxima occasione peccandi irretitum offenderit, nisi prius resipiscat, & spẽ certæ emendationis præ se ferat, non absolvat.

Card. Tiberius Mutus, in Syn. Viterbiensi sic decernit: *Restitutioni, solutioni, revelationi, & proximæ peccandi occasioni obnoxii, ne facilè absolutionem obtineant; sed satisfactio, revelatio, & prædictæ occasionis sublatio ab ipsis exigenda prius erit, aut alia ratione ipsorum saluti consulendũ, præcipuè si aliàs id præstare Confessario promiserint, & postmodũ, nullo interveniente impedimẽto, defecerint.* Synod. Viterbien. ann. 1614. c. 14.

Et in Syn. Bituntina, congregata ab eruditissimo Episcopo Cornelio Mussio, qui magnam in Conc. Trid. operam navavit, & in ejusdem historia à Card. Pallavicino conscripta valdè celebratur; sic statuitur: Confessarii *quotquot repererint coram Tribunalibus juratos, scientes & prudentes, falsum testimonium vel semel dixisse, rem alienam, vel furto vel fœnore surripuisse, existimationem famamque & nomen bonorum virorum, maximè verò Ecclesiasticorum, & per mendacia præsertim sustulisse: eorum nulli, præterquam in mortis articulo, magnum illud beneficium absolutionis impendant; nisi prius, quoad fieri potest, damno quod intulerunt & famæ quam læserunt dignè satisfecerint, aut sufficientem cautionem de satisfaciendo præstiterint.* Synod. Bituntina, an. 1579. in Canonib. de Pœnit.

Quinimò Eminentiss. Card. de Aguirre, in quo Apostolicam probitatem cum insigni eruditione conjunctam mirati sunt in Urbe omnes boni: *Inhærentes, inquit, non modò Cõciliis, Canonibus, & Patribus supra laudatis, nec non Cardinalibus, Episcopis & Theologis horum temporum, sed etiam rationi manifestæ, fundatæ in doctrina Fidei & experimento frequenti, dicimus, maximè oportere, ut graviorũ peccatorum rei, præsertim relapsi, antequam* Card. de Aguirre, Dissertatione 8. de Conciliis Hispaniæ, Excursu 2. nu. 148. & 149. in Canones 11. & 12. Concilii Toletani 3.

confiteantur, præmittant aliquanto tempore juxta numerum & qualitatem scelerum, fructus dignos Pænitentiæ interioris, exteriorisque ... Aliquanto, inquam, tempore, veluti (si quid ampliùs obtineri non potest) quarumdam Hebdomadarum aut saltem dierum, in assidua contritione, oratione, jejunio, fletu, planctu, eleemosynis aliisque exercitationibus piis.

Rationem autem hujusce dilationis affert idem eruditissimus Cardinalis, quia scilicet: *Licèt Deus potestate absoluta, aut providentia, vel miseratione singulari, possit hominem gravium scelerum reum, subitò ad ingentem contritionem movere efficaciter, & perfectè ad se convertere, nihilominùs juxta cursum ordinarium ea insignia & præstantissima dona non largitur subitò, sed gradatim, ac media impetratione facta per opera pœnalia, in oratione, eleemosyna, jejunio, fletu, & planctu, aliisque mortificationibus corporis & animæ. Per eos autem actus divino auxilio exhibitos, paulatim impetrat peccator majora, & ulteriora auxilia ad dilectionem Dei & contritionem.*

Synod. Farfensis, ann. 1685. c.11.n.15. pag.114.

Unde etiam in præclara Synodo Farfensi sic statuitur: *Cum iis qui nec peccata, nec proximas peccandi occasiones relinquere volunt, absolutio tanquam indignis deneganda sit: prohibemus, ne Confessarius hoc beneficium impertiatur concubinariis, meretricibus, usurariis, blasphemare inter ludendum solitis, & tamen ludere pergentibus, odia & inimicitias exercentibus, nec tamen deponentibus, aut ignoscere recusantibus, aliisq; hujusmodi; nisi per tantum temporis spatium ab his sceleribus se abstinuerint, ut Confessarius spem moraliter certam habeat, eosdem in posterum vitam emendandi firmum propositum animo concepisse.* Videatur Instructio in eadem Synodo pag. 597. quæ habetur integra in fine Tomi hujus IV.

Et

Et Eminentiſ. Marc. Antonius Card. Barbadicus, in Syn. Montisfaliſci, decernit, *ut Confeſſarii peccatores quoſcumque indifferenter minimè abſolvant; nam aliquando, veluti recidivis, abſolutionem differre; aliquando, veluti indignis, denegare neceſſe eſt. Indigni verò, præter excommunicatos, interdictos, ſuſpenſos, aut reſervatis criminibus alligatos, ſunt etiam, qui peccatum vel proximam peccandi occaſionem relinquere nolunt: qui cum poſſint reſtituere, tamen negligenter, vel dedita opera procraſtinant: & qui dolore ad tantum Sacramantum ſuſcipiendum neceſſario carent.* Vide quoad reſtitutionem, Tom. 7. c. 3. tract. 8. q. 3. Synod. Montisfalici, ann. 1692. c. 19. n. 6.

Præterea Eminentiſſimus Card. de Angelis, in Synodo Nonantulæ ſtatuit, ut *reſtituere famam, ſeu rem, obligatum, ſi reſtituere poteſt & non reſtituit, Confeſſarii non abſolvant, exceptis periculosè ægrotantibus, quos tamen moneant, ut idonea ſponſione adhibita, id quod alienum eſt reſtituant. Et circa eos qui in pravis conſuetudinibus obdormiunt, aut in criminibus notoriis & ſcandaloſis implicantur, ſive odia & inimicitias fovent: animarum rectores maxima dexteritate ac ſollicitudine ſe gerere debent, nempe ſuavibus & ſeverioribus verbis arguendo, obſecrando, increpando: nihilque intentatum relinquant, ut pœnitentes reſipiſcant; & nolentes occaſiones rejicere odiaque deponere, ad hujuſmodi Sacramentum non admittant, niſi ſpem moraliter certam habeant, eoſdem in poſterum vitam in melius eſſe commutaturos.* Synod. Nonantulæ, ann. 1688. c. 14.

Quæ etiam doctrina jam tradita fuerat in Synodo Sublacenſi Eminentiſſimi Caroli Card. Barberini, his verbis: *Cum iis qui nec peccata, nec proximas peccandi occaſiones relinquere volunt, abſolutio tanquam indignis deneganda ſit: Prohibemus, ne Confeſſarius* Synod. Sublacen. an. 1674. c. 11. n. 15.

hoc beneficium impertiatur concubinariis, meretricibus, usurariis, blasphemare inter ludendum solitis & tamen ludere pergentibus, odia & inimicitias exercentibus nec tamen deponentibus, aut ignoscere recusantibus, aliisque hujusmodi, nisi per tantum temporis spatium ab his sceleribus se abstinuerint, ut Confessarius spem moraliter certam habeat, eosdem in posterum vitam emendandi firmum propositum animo concepisse.

Synod. Arimin. an. 1696. ti. 5. de Pœnit. §. 2. Et in Synodo Ariminensi Dominicus Maria Card. Cursius sic statuit: *Absolutionem denegent detractoribus, nisi promittant famam restituere: item usurariis qui injunctam restitutionem non impleverint: uxores, seu maritos, qui propria culpa, & sine judicio Ecclesiæ, disjunctim inhabitant: Patres aut Matres familias, qui in causa fuerunt, ne filii servi, & ancillæ ea quæ ad salutem sunt necessaria, edis cerent. Gravi pœnitentia adstringant Sacerdotes vel Clericos, in materiis lubricis & sensualibus delinquentes, quoties absque eo, quòd resipiscant, damnosa recidivatione plagam suam fovere videantur; imò aliquando absolutio sacramentalis suspendatur; ut ad veram pœnitentiam rigor provocet, quos læthalis culpæ sopor diu detinuit.*

Cardinalis Nigronus, In Synodo Faventina. Demùm Eminentissimus Cardinalis Nigronus, in accuratâ Synodo quam dum Ecclesiæ Faventinæ præerat, Faventiæ celebravit, & approbantibus Eminentissimis Cardinalibus Carpineo, Casanata, & Marescotto, imò plaudente sacri Concilii Congregatione, in lucem Romæ edidit anno 1695. *Quia*, inquit, *non sine lacrymis intelligimus, Sacramenti Pœnitentiæ antidotum sæpè converti in animarum venenum, summoperè commendamus omnibus Confessariis, ut curandis recidivis sedulò incumbant, illis, etiamsi sint Sacerdotes, opportunè in*

aliud

aliud tempus absolutionem differendo, ut hac ratione pravos habitus exuere, rebellesque animi affectus compescere doceantur.

Quæst. 3. Exemplum Christi Domini, qui introduxit in gloriam bonum latronem uno eodemque die simul confessum latrocinia sua; qui peccatrici in Euangelio pepercit, dicens, *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum*; qui dixit mulieri adulteræ, *Vade & noli ampliùs peccare*, nulla prorsus imposita Pœnitentiâ; nonne videtur damnare duritiem Confessariorum, qui peccatoribus absolutionem denegant, aut differunt, & opera Pœnitentiæ priùs exigunt, quàm eos absolvant?

Resp. Huic difficultati facilè respondere possumus cum Yvone Carnotensi Episcopo: *Quæstio*, inquit, *facilè solvitur, si interni judicis animadversio, & humanæ fragilitatis consideratio diligentiùs attendatur. Per internum gemitum satisfit interno Iudici: & idcircò indilata datur ab eo peccati remissio, cui manifesta est interna conversio; Ecclesia verò, quia occulta cordis ignorat, non solvit ligatum, licèt suscitatum, nisi de monumento elatum, id est, publica satisfactione purgatum.* Yvo Carnotens. Epist. 1.

His quoque exemplis omnibus à nobis relatis cum Divo Bernardo respondere possumus, ubi de bono latrone loquitur & de aliquibus aliis peccatoribus in momento conversis: *Non tam exemplum, quàm miraculum.* S. Bern. Ep. 8. ad Brunon.

S. August. etiam respondet difficultati propositæ his verbis: *Quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam per verba, vel quæcumque alia signa procedit, cùm sit coram illo cui dicitur:* Gemitus meus à te non est absconditus; *rectè constituuntur ab iis qui Ecclesiæ* S. Aug. de Fide, Spe & Charitate, c. 65.

præ-

præsunt, tempora Pœnitentiæ, ut fiat etiam satis Ecclesiæ, in qua remittuntur peccata; extra eam quippè non remittuntur.

Unde etiam Eminentissimus Cardinalis Denoff, vulgari hâc frivolâque objectione posthabitâ, varios casus enumerat, Rituale Romanum exponens, in quibus differenda vel neganda est absolutio, his verbis: *Admonet* & Rituale Romanum, *ut videat diligenter Sacerdos, quando & quibus conferenda, vel neganda, vel differenda sit absolutio; ne absolvat eos qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt* 1. *Qui nulla dant signa doloris.* Unde rectè docet S. Bonaventura: *Primus casus, in quo Sacerdos non potest confitentes absolvere, est, cum quis non est verè contritus; talis enim nec à Summo Pontifice potest absolvi à peccatis.*

Synod. Cœsenat. ann. 1693. lib. 2. c. 6.

2. *Qui odia & inimicitias deponere nolunt*; eorum enim falsas esse pœnitentias declarat Concilium Lateranense secundum, Can. 22.

3. *Qui aliena, si possunt, restituere nolunt.* Tenetur autem aliquis ad restitutionem famæ, sicut ad restitutionem cujuslibet rei subtractæ; neque illi absolvendi sunt, antequam cum effectu restituerint, si in alia Confessione moniti, restituere neglexerunt.

4. *Qui proximam peccandi occasionem deserere nolunt; qui enim amat periculum, in illo peribit.* Removenda porrò est occasio illa, quæ propinquè ad peccatum incitat aut inducit, quovis temporali incommodo & damno posthabito; *Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Ejusmodi autem occasio quandoque non ex naturâ sua, sed per accidens esse potest; ut evenit in iis qui aliquod vitæ genus profitentur,

quod

quod impossibilitate quadam morali, ex pravâ eorum animi dispositione, absque Dei offensâ, prosequi nequeunt. Tales occasiones, ob mundi corruptelam, plurimis esse solent, in castris esse, mercaturam sequi, magistratus obire, Advocati & Procuratoris officia exercere, &c. Nisi ergo hujusmodi homines, ex sententiâ pii & probati Confessarii, verè existiment, se in posterum abstinere posse à peccatis, in quæ occasione talium officiorum labuntur, illis se abdicare tenentur; *Falsa etenim*, ut inquit Innocentius Papa II. *fit pœnitentia, cum pœnitens ab officio curiali vel negociali non recedit, quod sine peccato agi nulla ratione prævalet.*

5. Qui aliis præbent occasionem peccandi, nec eam removere curant, quique malo, cujus causa fuerunt, remedium efficax, quod ab eis pendeat, afferre renuunt; inter quos meritò numerantur 1. mulieres inverecundæ, quæ pectore & scapulis nudatis provocant viros ad libidinem. 2. Tabernarii, qui advertentes, ex ludo publico foliorum lusoriorum gravia nasci peccata, veluti blasphemias, injustitias, rixas &c. illa nihilominùs in tabernis suis ministrant. 3. Qui componunt, typis imprimunt, aut vendunt libros fidei vel bonis moribus adversantes. 4. Qui lascivas tabellas coloribus expressas ad peccatum incitantes depingunt & distribuunt, quas, sub excommunicationis pœnâ, pingi vetaverat sexta Synodus generalis.

6. Qui habitum peccandi mortaliter non exuunt, donec facto, non verbis, se se emendaverint: *Ad emendanda enim crimina*, ut inquit Sanctus Augustinus, *vox peccatoris sola non sufficit; nam in satisfactionem ingentium peccatorum, non*

verba

verba tantùm, sed opera quæruntur.

7. *Qui publicum scandalum dederunt, nisi publicè satisfaciant, & scandalum tollant.*

8. Qui moniti, præcipua Religionis christianæ mysteria, Orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, & decem Dei præcepta quæ in Decalogo continentur, addiscere neglexerunt.

9. Qui ignorant ea quæ necessariò scire tenentur pro statu & conditione sua: vel qui notabiliter officium suum implere negligunt; *Manifestum est enim*, ait D. Thomas, quòd *quicumque negligit habere vel facere id quod tenetur habere vel facere, peccat peccato omissionis; unde propter negligentiam, ignorantia eorum quæ aliquis scire tenetur, est peccatum. Et quilibet peccator*, subdit idem Angelicus Doctor, *interrogetur de peccatis quæ consueverunt in hominibus illius conditionis abundare.*

10. Qui mutuum dant, & ex eo lucrum quodcumque percipiunt, absque alio legitimo titulo; *Usura* etenim, juxta Canones, *est ubi amplius requiritur quàm datur; V. G. si dederis solidos decem, & amplius quæsieris: vel dederis frumenti modium unum, & super aliquid exegeris.* Eadem servari debet disciplinæ ratio cum iis qui alios quoscumque contractus iniquos & injustos ineunt; nisi debita restitutio, aut satisfactio, ex Canonum præcepto, priùs intercedat.

11. Qui popinas, omnium vitiorum sentinas, frequentant, atque in iis vino se ingurgitant; ebrietas enim flagitiorum est fomes, & Apostolus ebriosos, cum cæteris grandium criminum reis, à Regno Dei excludit, dicens: *Neque fures, neque avari, neque ebriosi &c. Regnum Dei possidebunt.*

Et

Et hi ferè sunt casus magis obvii, in quibus absolutio aut differri, aut prorsùs negari debet.

Cardinalis Julius Spinola statuit in Synodo Sutrinâ, ut *advertant diligenter Confessarii, ne aliquem à peccatis absolvant, qui odium aut inimicitias deponere nolit, aut alienum restituere renuat, seu in statu peccati mortalis constitutus, paratus non sit ipsum peccatum, vel occasionem ejus proximam derelinquere; sed dimissa hac occasione, & experientia facta suæ constantiæ, tunc absolvatur.* Synod. Sutrina, ann. 1671. cap. 18.

Cardinalis Franciscus Barberinus, Sacri Collegii Decanus: *Advertant Confessarii diligenter*, inquit, *ne confessiones defectu dispositionis, hoc est, doloris aut propositi, nullæ fiant; curentque, ut pœnitentes, non solùm à peccatis, sed etiam ab occasione peccandi abstinere proponant.* Synod. Veliterna, ann. 1673. cap. 14. de Pœnit.

Differant absolutionem eorum, qui in gravia & enormia scelera, ex prava consuetudine incurrunt, quousque in eis propositum resipiscentiæ, & revocandæ consuetudinis spem aliquo experimento perceperint.

Cardinalis Hieronymus Columna in Synodo Bononiensi sic decernit: *Quandoque expediet absolutionem aliquibus non impendere, videlicet in occasione proxima peccandi commorantibus, si absque scandalo possint emergere, vel nisi exploratam resipiscendi spem dederint, adhibitis salutaribus remediis antea præstitis: publicis peccatoribus, donec per publicam pœnitentiam amotum fuerit scandalum: disjunctis ex levi causa conjugibus, donec convivant: inimicitias, injurias non condonantibus, consuetaque christiani viri signa denegantibus: mendax testimonium in judicio proferentibus, nisi damnis prius compensatis: rerum aut famæ restitutionem, cum* Synod. Bonon. ann. 1634. par. 1. c. 11. de Pœnit.

tamen

tamen licuerit, piorumque legatorum solutionem differentibus: fœneratoribus, & illicitas pactiones, aut iniquos contractus exercentibus, donec injustum à se lucrum rejecerint, diremptis etiam iniquis hujusmodi conventionibus: litteris monitorialibus pro rebus deperditis aut illatis detrimentis non obtemperantibus; priusquam tamen effecerint, quantum consequi viribus unquam possint.

Synod. Faventin., ann. 1647. tit. 10. c. 6. num. 14.

Cardinalis Carolus Rossetus, in Synodo Faventina, ut Confessarii *magnam adhibeant curam, ne margaritas projiciant ante porcos, indignos absolvendo; quales sunt qui nullum præbent doloris signum; inimicitias deponere, aliena restituere, proximas peccandi occasiones relinquere, cum possint, nolunt.*

Synod. Venusina ann. 1614. pag. 200.

Demùm eruditus Præsul, Andreas Perbenedictus, in præclara Synodo Venusina sic prudenter statuit: *Non si ammettino* quelli che da altri Confessori sono stati mandati via, e non sono stati assoluti, mà rejetti; accioche non si distrugga quello che l'altro hà edificato, overo hà procurato di edificare. Non si assolvino quei che non restituiscono, ne quei che sono habituati nel peccato, ne vogliono levar l'occasione; prima che non costa alli detti Confessori di sufficiente prova. Procurino li Confessori di levar con ogni diligenza alcuni peccati permanenti, ò occasioni di peccati: come inimicitie, litigii, cavillationi d'auvocati e procuratori, e di levare il lavorare li giorni di festa.

Tursellin. lib. 6. c. 17.

Id omninò conforme est praxi S. Francisci Xaverii, Indiarum Apostoli; nam de illo refert Tursellinus Jesuita, quòd *si quando locupletes atque opulenti negociatores, magistratus, aut Præsides vitæ solutioris ad Confessionem accederent: ante omnia censebat, eos esse sedulò admonendos, ut sumpto spatio bidui, triduive, intentiùs anteactam*

vitam

vitam suam inquirentes, delicta omnia, si diffiderent memoriæ, mandarent litteris, dolorisque sensum, contritionemque à Deo suppliciter peterent. Neque tamen à confessario absolvendos illicò, sed posteaquam ea quæ debebent persolverint. Itaque Patri Gaspari de talibus hominibus præcipit in hunc modum: Confessionem non continuò sequetur absolutio; sed biduum triduumve dabitur, eorum pectoribus certarum rerum meditatione præparandis; ut interim primò animorum maculas voluntariis eluant pœnis: 2. si quid debent, restituant: 3. simultates, si quas habent, deponant: 4. redeant cum inimicis in gratiam: 5. à libidinis consuetudine: 6. & à cæteris flagitiis, quibus impliciti sunt, expediantur. Hæc omnia absolutionem præcurrant rectiùs quàm sequantur; namque istiusmodi homines in ipsa Confessione promittunt se cuncta facturos: post absolutionem, fidei datæ immemores, promissa irrita cadere patiuntur. Proinde elaborandum est, ut absolvendi repræsentent, quod præstare debent absoluti.

Hinc est, quòd Episcopus Juvenacensis, Carolus Maranta, in tersâ eruditaque admodùm Synodo, Parochos monens: *Caveant*, inquit, *ne iis qui restitutioni obnoxii sunt, ipsi tempus dilatent. Est restitutio statim facienda ab eo qui potest; sin minus, cum primum opportunitas fuerit; neque in peccato morandum; quia tanquam à facie colubri fugiendum peccatum est. Suadeant igitur eis, ut statim restituant, neque eis absolutionis beneficium interim impertiantur, nisi causa subsit, ob quam restituere tunc non debeant; alioquin alienis peccatis communicabunt. Quemadmodum & eos quoque qui census detinent Ecclesiarum aliorumque piorum locorum; & qui legatis piè testamento relictis non faciunt satis, cum possint & debeant. Perquirant ergo* Synod. Juvenac. ann. 1639. c.18. nu.10.

dili-

diligenter omnia, solertique judicio trutinent, ut justam exhibeant stateram accedentibus. Non enim ad solvendum solummodò potestatem nobis tribuit Christus, sed ad solvendum & ligandum pariter. Pœnitentes haud porrò dici possunt, qui à finibus egredi peccatorum, ab occasionibus videlicet & causis eorum, detrectant; quin peccata peccatis addere potius videntur.

Synod. Juvenec. an. 1639. c.26. n.2.

Et in alio capite ejusdem Synodi sic habetur: *Peccatores quos finibus consistentes agnoverint, nisi ex illis egrediantur (occasiones videlicet proximas eradicando, ne in idipsum statim revertantur) minimè solvant, ni dixerimus, in pejus religent. Aliorum bona retinentes, & non restituentes cum possint, non audiant dilationem petentes; non etenim Confessarius dilationem, ne restitutio fiat, dare potest; cum ad restituendum dominus non ipse sit. Statim restitutio facienda est cum possit, ut peccatum minimè dimittatur nisi restituatur ablatum.*

Synod. Florentina an.1691. tit.1. c. 8 num.6.

Eminentissimus Jacobus Antonius Cardinalis Morrigia statuit, ut *Confessarii absolvere non possint illos, quos in proxima voluntaria agnoverint occasione peccandi, sub pœna suspensionis ab audiendis confessionibus ipso facto incurrenda: suspensionem autem à Divinis incurrant absolventes proprium complicem in re venerea; à casuum denique in documentis pro Confessariis editis contentorum absolutione, Confessarii omninò caveant.*

Quæst. 4. Quomodo se gerere debet Confessarius erga illos, qui, ut absolutionem post peccatorum Confessionem consequantur, dicunt, quòd periclitaretur æterna eorum salus, si repentinâ morte interim opprimerentur, antequam accepissent absolutionem?

Resp. Confessarius exponere debet pœnitenti,

tenti, primò, infelicem hunc casum posse difficilè contingere, quoniam præter specialem curam, quam Confessarius suscipere debet, pęnitentis, cui differt absolutionem, nullus est omninò Sacerdos, qui non possit eum absolvere in articulo mortis, ubi aliqua dederit doloris indicia, licèt subitus morbi casus eum impediret à repetendâ Confessione. Fiducia prætereà quam peccator de Deo debet concipere, ejus timorem in spem bonam commutare debet, considerando animam suam divinæ bonitati esse concreditam; vitam mortemque suam, non à casu, nec à fortunâ dependere: sed à sola voluntate supremi moderatoris, & ab æternis ejus providentiæ Decretis. Si autem divina bonitas eum in hoc mundo toleravit, dum cõcessâ vitâ ad peccandum abutebatur, credere profectò & sperare debet, Deum nolle illum tunc perimere, cùm divinâ gratiâ commotus, & impulsus firmiter statuit Deo totus servire, & tempus deinceps impendere ad deflenda peccata, & præteritos errores corrigendos; si enim Deus per patientiam suam, & longanimitatem eum toleravit, ut ad Pęnitentiam reduceret, ut ait D. Paulus; non facilè credendum est, eum à Deo tunc deserendum, cùm impositam exercet Pęnitentiam, ad quam divinitùs vocari videtur: & quoniam eum tam misericorditer tractavit, cùm in Deum peccare tantùm cogitaret, vix credi potest, eundem Deum eum irato vultu conspicere velle, cùm omni conatu suo, Deo satisfacere per Pęnitentiam studet. Ita respondet S. Cyprianus in simili casu: *Neque enim*, inquit, *deserentur ab ope & auxilio Domini, qui mites & humiles, & Pœnitentiam verè agentes, in bonis operibus perseveraverint, quominus illis quoque divino remedio consulatur*.

S. Cypr. Ep. 13. ad Clerum. lib. 3. ep. 17 incipit: Miror vos Fratres.

Di-

Dicere secundò potest Confessarius, quòd si moriendum sit, eos meliori longè in statu fore, si peccatorum dolore compuncti, Pœnitentiam agere niterentur, secundùm Sacerdotis Dei & Ecclesiæ præceptum, sine absolutione, quàm cùm absolutionem acceperint, sine necessariis dispositionibus: quoniam Ecclesia per sanctos Patres sæpè declaravit, præcipites illas absolutiones, recipientibus nihil prodesse, & dantibus esse periculosas. De his enim loquitur S. Cyprianus, dum ait: *Falsa pax, periculosa dantibus, nihil recipientibus profutura.*

S. Cypr. serm. 5. de lapsis.

Nonnulli, inquit sanctus Ambrosius, *ideo poscunt Pœnitentiam, ut statim sibi reddi Communionem velint: ii non tam se solvere cupiunt, quàm Sacerdotem ligare; suam enim conscientiam non exuunt, Sacerdotis induunt.*

S. Ambr. de Pœnit. lib. 2. c. 9.

Ideò idem sanctus Doctor loquens de S. Petri Pœnitentia, ait: *Inveni, cur tacuit Petrus; ne tam citò veniæ petitio plus offenderet: lacrymæ veniam non postulant, sed merentur.*

S. Ambr. in Comm. in Lucam, lib. 10.

In omni culpa priùs flendum est, ait Sanctus Eligius Episcopus, *& sic deinceps precandum: lacrymæ enim tacitæ quodammodo preces sunt, veniam non loquendo postulant, & merentur.*

Homil. 11.

E contra verò Ecclesia semper bene judicavit de salute hominis, qui verâ peccatorum suorum contritione compunctus, totisque animi viribus, præteritos errores vitæ reparare studens veris Pœnitentiæ fructibus, subitâ priùs morte corriperetur, quàm Sacerdotalem absolutionem susciperet. Legimus in secundo Concilio Vasensi, celebrato ann. 442. in nostra civitate Episcopali: *Pro his qui Pœnitentia accepta in bonæ vitæ cursu satisfactoria compunctione viventes, sine Communione inopinato* non-

Concilio Vasense 2. Canon. 2.

nonnunquam transitu, in agris aut in itineribus præveniuntur, oblationem recipiendam, & eorum funera, ac deinceps memoriam Ecclesiastico affectu prosequendam: quia nefas est eorum commemorationes excludi à salutaribus sacris, qui ad eadem sacra fideli affectu contendentes, dum se diutiùs reos statuunt, indignos salutiferis Mysteriis judicant; ac dum purgatiores restitui desiderant, absque Sacramentorum Viatico intercipiuntur: quibus fortasse nec absolutissimam reconciliationem Sacerdos negandam putasset.

In Concilio Carthaginensi IV. legitur, *Pœnitentes qui attentè leges Pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis subveniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.* Can. 79.

Eadem præcipit Concilium Arelatense II. his verbis: *De his qui in Pœnitentia positi, vita excesserunt, placuit, nullum Communione vacuum debere dimitti: sed pro eo quod honoraverit Pœnitentiam, oblatio illius recipiatur.* Can. 13.

Quocirca videmus Ecclesiam, eos qui in hoc statu moriebantur, semper considerasse tanquam mortuos in pace, & gratiâ Domini; quoniam quidem Presbyteri Oblationes quæ pro iis fiebant, aut eorum nomine, accipiebant, offerentes Sacrosanctum Sacrificium, & Ecclesiæ preces pro illarum animarum salute.

Omnia quæ modò diximus, clarè satis ostendunt, eos qui mori in peccato timent, non recurrere debere ad Sacerdotalem absolutionem nimis præcipitem, tanquam ad securius salutis remedium; sed potiùs ad Pęnitentiam, vel absolutionis dilationem, ut hoc modo contra frequentes relapsus securos tutosque se possint servare.

Qua-

Synod. Veliterna, ann. 1698. tit. 15. Quapropter Cardinalis Cibo, olim Sacri Collegii Decanus, in recentiori Synodo Veliterna sic statuit: *Faciles in absolvendo se præstare prohibemus illos peccatores, qui consuetudine in aliquo peccato ferè in naturam verso, sunt incorrigibiles; veluti usurarios, furta committentes, & alios hujusmodi qui proximam peccandi occasionem cum effectu deserere recusant; etiam si se satisfacturos, & imposterum ab iisdem abstinentes fore promiserint; sub pœna suspensionis ab audiendis confessionibus; nisi ab his sceleribus per tantum tempus abstinuerint, ut Confessarius probabilem spem resipiscentiæ & revocandæ consuetudinis habeat; exceptis in extremo vitæ discrimine constitutis, quibus tamen ita demùm beneficium absolutionis impendat, si sponsione idonea facta caverint, se esse satisfacturos, & occasionem peccandi penitùs derelicturos. Publicè autem peccantes, cum palam, ut ait Apostolus, corripiendi sint, publica similiter pœnitentia afficiant; nec præterea illos qui aliorum bona detinent, aut alicujus vel plurium personarum famæ detraxerunt, sine restitutione, meliori quàm fieri potest modo facienda, absolvant.* Vide quoad restitutionem, Tom. 7 Tr. 8. cap. 3. q. 3.

Quæst. 5. Potest-ne impendi Sacramentalis absolutio moribundo, cui vis morbi facultatem adimit confitendi peccata sua, imò & præbendi aliquod doloris signum, & desiderium percipiendi peccatorum suorum absolutionem?

Resp. Certum est primò, absolvendum esse in extremo mortis articulo pœnitentem, qui antequam morbi violentiâ opprimeretur, aut in phrenesim incideret, Confessorem petiit, à quo absolveretur; ut dicitur in Concilio Carthaginensi relato in Can. Is qui. 26. q. 6. Canone, ubi sic legitur: *Is qui Pœnitentiam*

in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus advenit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit: dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat Pœnitentiam: si supervixerit, admoneatur petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis Pœnitentiæ legibus, quamdiu Sacerdos qui Pœnitentiam dedit, probaverit.

Si verò pœnitens nulla præ morbo potuit edere signa, nec significaverit, priusquam in eum casum inciderit, velle se confiteri, distinguendum videtur; vel enim agitur de homine pio, qui Sacramenta frequentare solebat, cùm sanus erat, & communi hominum existimatione bono; & in hoc casu absolvi potest, etiamsi nulla animi pęnitentis indicia, vel verbo, vel nutu ediderit; nam toto vitæ Christianæ quam egit curriculo, idonea sanè & luculenta conversi ad Deum cordis argumenta præbuit, atque adeò se præstitit dignum, cui in ultimâ vitæ lineâ constituto, Ecclesiæ Sacramenta absque ulla suæ voluntatis significatione porrigerentur.

Et ratio est, quia, ex communi Theologorum consensu post Concilium Carthaginense IV. mox citatum, ei danda est absolutio, quem præsentes testati sunt velle confiteri, licèt aliundè malè viveret, quia ex hoc testimonio Confessarius sufficiens habet fundamentum credendi, ægrum peccatorum suorum Pœnitentiam agere, verumque emendationis propositum habere, & ita sufficientem materiam comperit Confessarius, ut tali moribundo possit absolutionem concedere. A fortiori ei danda est absolutio, qui vitam egit homine Christiano dignam, licèt morbo subito correptus, nullum possit indicium præbere, quoniam ejus bona peracta vita, juxta Patrum

unanimem consensum, securius longè præbet fundamentum credendi, eum tali casu correptum à peccatis absolvi velle, quàm ea signa quæ ab improbo tradi potuerunt, velle se converti in articulo mortis; cùm sancti Patres eas conversiones semper suspectas habuerint, quæ in tali casu fiebant, quando ægroti non solùm confiteri velle se significabant, verùm etiam cum lacrymis confessi erant peccata sua; de quibus ait sanctus Augustinus: *Absolutionem damus, securitatem non damus*. Vide cap. 5. qu. 21.

Id etiam probari potest ex Sacerdotali Romano his verbis: *Talis infirmus, aut jam amisit loquelam, vel usum rationis; putà, quia phreneticus, aut non: in primo casu, si benè vivebat ut bonus fidelis, & frequentabat Confessionem & Communionem, & hujusmodi, quamvis non petierit Sacramenta, quia ex insperato talia acciderunt: vel etiam si malus & obstinatus diù perseverans in peccatis est, & diù non confessus; si petiit Sacerdotem, ut confiteretur, ostendit se facere velle omnia quæ debet, & interea factus est mutus, vel phreneticus, & periculum est in mora, debet præsupponi contritus; & faciente aliquo Confessionem generalem pro eo, sicut fit in populo, Sacerdos faciat absolutionem ab omni sententia & peccato, & potest injungere circumstantibus aliquid pro eo faciendum, vel hæredibus, aut consanguineis pro ejus anima, si volunt acceptare. Deinde debet dari ei Eucharistia, quamvis non sit confessus.*

Sacerdotale juxta usũ Eccles. Rom. Venetiis apud Jo. Variscũ & Socios excusum ann. 1560. fol. 62.

Statuta quoque Synodalia Ecclesiæ Lemovicensis idem asserunt his verbis: *Poterit quoque idem applicari remedium ei, qui judicio, omniumque sensuum usu statim captus est non petita Pœnitentia, nulloque signo contritionis edito, cum violentia morbi judicatur*

Ann. 1610. c. 10.

tur derepentè & ex improviso præventus, & oppressus, & Christianè vixit; ferrique potest judicium ex actionibus vitæ & moribus, eum libenter Pænitentiæ Sacramentum petiturum fore, si tempus & morbi violentia permisissent, licèt hoc in casu nihil de absolutionis effectu promittere possimus: sed animarum salvandarum causa nullum remedium omittere debemus, quod Deus potestati nostræ commisit, Deum orantes, ut immensa bonitate & misericordia, quod deest ægrotorum dispositioni suppleat; cætera inscrutabilibus Dei judiciis commendantes.

Sin autem æger, qui nullum contritionis signum dare potest, luxuriosè nimiâque cum licentiâ vixerit, quæ à nobis dicta sunt, ostendere planè videntur, ei non dandam esse absolutionem, quoniam Confessarius nullum habet legitimum fundamentum credendi, materiam proximam Sacramenti (scilicet pœnitentis actus) esse præsentem.

Nec colligi potest ei dandam esse absolutionem ex verbis Divi Augustini in fine libri primi de Adulterinis Conjugiis, ubi loquens de Catechumenis, hoc est de iis qui se disponebant ad recipiendum Baptismum, ait: *Ego non solùm alios Catechumenos, verùm etiam ipsos qui viventium conjugiis copulati retinent adulterina consortia, cùm salvos corpore in his permanentes non admittamus ad Baptismum: tamen si desperati, & intra se pænitentes jacuerint, nec pro se respondere potuerint, baptizandos puto, ut jam hoc peccatum cum cæteris lavacro regenerationis abluatur: si autem ab illa desperatione fuerint recreati, potuerint vivere, aut facient quod statuerunt ... Quæ autem Baptismatis, eadem reconciliationis est causa; si fortè Pænitentiam finiendæ vitæ periculum præoccupaverit.*

S. Aug. in fine, lib. 1. de Adult. Conjug.

Ex his, inquam, sancti Doctoris verbis non licet concludere in casu, de quo modò locuti sumus, concedendam esse absolutionem; quia Divus Augustinus hoc loco loquitur de iis qui se disponebant ad recipiendum Baptismum, licèt essent adhuc adulterii peccato impliciti, ac proinde sermo est de iis qui significaverant, se velle Baptismum recipere. Unde idem Sanctus ait in eodem loco: *Si autem ab illa desperatione fuerint recreati, potuerint vivere, aut facient quod statuerunt*. Quæ verba satis declarant, eum solùm loqui voluisse de iis qui Baptismum petebant, seque ad eum recipiendum parabant, qui Catechumeni statum erant amplexi.

Quæst. 6. Posset-ne dari absolutio moribundo, saltem sub conditione, qui nimiâ semper cum licentiâ vixit, cùm morbus eum impedit, quominùs aliquod doloris indicium possit proferre?

Resp. Mos ille dandi absolutionem sub conditione, in Ecclesia nunquam viguit per sexdecim sæcula, & asserere possumus, non sine magnâ temeritate rem tanti momenti in Ecclesiam introduci posse, sine aliquâ legitimâ authoritate, & contra universalem Ecclesiarum omnium traditionem; quoniam nullum vestigium ejus reperire licet in aliquo Concilio, in aliquo sancto Patre, aut aliquo Rituali Ecclesiæ Latinæ vel Græcæ: Nusquàm, inquam, comperitur, absolutionem dari posse sub conditione in Sacramento Pœnitentiæ, quocumque tandem casu. Ritualia namque, & præsertim Romanum, minimas quasque Sacramentorum cæremonias præscribunt, & singulari cum curâ ea notant, quæ ad Sacramentum Pęnitentiæ pertinent, quod frequentiùs cæteris Sacramen-

tis administrari solet. Si absolutio sub conditione dari posset, ab illis proculdubio determinatum fuisset; quoniam determinarunt casus, quibus administrari posset Baptismus, & extrema Unctio sub conditione: & quoniam S. Augustinus, & Concilium Carthaginense quartum, multaque Ritualia singulariter tractant de modo quo administrari debet Sacramentum Pęnitentiæ moribundis, certum est eos non omissuros hunc modum ita commodum, dandæ absolutionis sub conditione, si credidissent, illum in aliquo casu fuisse licitum. Videmus etiam apud S. Carolum in Instructione Confessorum, expressum fuisse modum, quo suscipiendi sunt infantes, seu pueri, puellæque teneriores ad Confessionem: Si autem casus esset aliquis, in quo dari posset absolutio sub conditione, eò profectò maximè contingeret, cùm vix detegi possit, si sint capaces absolutionis. Nihilominùs tamen S. hic Archiepiscopus, qui diligentissimè res quasque minimas ad Sacramentum Pęnitentiæ pertinentes denotat, solummodò dixit, Actorum parte quarta Instructionum Confessorum, Presbyteros animadvertere debere, absolutionem Sacramentalem iis non esse dandam, qui non afferunt materiam necessariam huic Sacramento, & qui nondum per rationis usum capaces ejus sunt. Quoniam ergo ab universali Ecclesiæ traditione recedere non possumus, nec authoritate privatâ novos excogitare modos administrandi formam Sacramentorũ; nullo prorsus casu absolutionem Sacramentalem sub conditione dare possumus; & eo quidem magis, quo à Concilio Tridentino prohibetur, ne vel excogitetur, vel mutetur ritus aliquis à receptis Ecclesiæ ritibus in administratione Sacramentorum.

Cõc. Trid. sess. 7. De Sacram. in genere, Can. 13.

Si quis, inquit Concilium Tridentinum, *dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à Ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit.*

Optandum esset, ut qui desiderant callere modum administrandi cum fructu Sacramentum Pœnitentiæ, seriò legerent Tomum secundum libri cui titulus: *Amor pœnitens*, editionis secundæ, qui liber authorem habet Episcopum Castoriensem, Vicarium olim Apostolicum in Provinciis fœderati Belgii: Illic videre possent eamdem doctrinam, quam in hocce Tractatu pro viribus explicuimus, nitidè assertam, & solidis admodùm argumentis probatam.

Specchio di Confessioni composto dal Padre Emerio de Bonis, Gesuita. In Roma, appresso Domenico Baba 1595.

Non absre fore duxi hìc attexere quod in hac materia editum fuit à Reverendo quondam Patre Emerico de Bonis, Jesuita, qui tempore sancti Ignatii Romæ floruit, quique varios abusus notavit, qui à Confessariis sæpiùs committuntur, dum absolutionem Sacramentalem faciliùs pœnitentibus concedunt. Hâc de re locutus est in libro cui titulus: *Confessionum speculum*, quod quidem Romæ vulgari Italico idiomate à Reverendissimo Patre editum fuit, & sæpiùs prælo Romæ & alibi commissum, & in alias subindè linguas translatum.

Avertimẽti per li Cõfessorii.

Advertenda pro Confessariis.

Primo avertiscano i Confessori, di non dar l'assolutione a chi non debbono, cio è a chi non è capace di essa; ta-

Primò advertant Confessarii, ut non concedant absolutionem quibus non debet dari, id est iis qui illius capaces non sunt: ut sunt qui verè de omnibus & quibuscumque peccatis à se commissis non dolent, aut firmiter non proponunt ab illis in posterum

ſterum abſtinere, aut nolunt ſatisfacere, etiam ſi poſſint, illis quibus tenentur, ſive de bonis, ſive de fama, ſive de injuriis illatis agatur, &c. aut occaſionem mortaliter peccandi deſerere nolunt, &c. Ratio eſt, quia tunc non habent debitam contritionem & dolorem, qui abſolutionem præcedere debet.

Secundò, Confeſſarius debet imponere pœnitentias, quæ peccata præterita puniant, & à futuris peccatis præſervare poſſint tanquam medicinæ ſalutares. Id autem non fit, dum illi qui multis jejuniis, diſciplinis, ciliciis, eleemoſynis, peregrinationibus, &c. curandus eſſet, imponitur recitatio coronæ, aut ſeptem Pſalmorum Pœnitentialium, aut etiam aliquid minus. Et ideò pœnitentes brevi ad vomitum redeunt. Si autem Confeſſarius apud ſe perpenderet, Deo de hac anima rationem illi reddendam eſſe, non ita facilè laberetur. Audiat, quod hac de re dicitur in ſacro Concilio Tridentino, ſeſſ. 14. cap. 8. *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum Spiritus & prudentia ſuggeſſerint, pro qualitate criminum & pœnitentium facultate, ſalutares & convenientes ſatisfactiones injungere; ne ſi fortè peccatis conniveant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, leviſſima quædam opera pro graviſſimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.*

Hæc ſunt ſacri Concilii verba. Et ita Confeſſarius, qui ſine juſta & legitima cauſa, pro multiplicibus & graviſſimis peccatis, leves pœnitentias injungit, ſuæ obligationi non facit ſatis. Antiqui Canones pro aliquibus peccatis pœnitentias per ſeptennium duraturas imponebant; & quanquam ſolus Deus, cui dolor internus notus

le è colui che non è veramente pentito di tutti i peccati mortali che hà cõmeſſi, ò non hà fermo propoſito di aſtenerſene per l'auvenire, ò nõ vuol ſodisfar (potendo) a chi è obligato nella robba, fama, ingiuria, &c. ò nõ vuole laſciar l'occaſione di peccare mortalmente, &c. La raggione è, perche non hà la debita cõtritione e dolore che ſi ricerca per l'aſſolutione. Secondo deve il Confeſſore dar penitenze, che ſiano caſtighi delli peccati paſſati, e medicine preſervative dalli peccati futuri: il che

est, noverit etiam, quæ sit justa & proportionata Pœnitentia cuique peccatori imponenda; attamen debet Confessarius prudenter convenientem Pœnitentiam injungere, habito respectu ad qualitatem & quantitatem peccatorum, ad facilitatem cum qua committi solent, ad dolorem qui in illorum confessione apparet, ad emendationis spem, & ad facultates pęnitentis; quia prudenter non ageret, qui amplas eleemosynas pauperi imponeret, aut multa jejunia rustico laboratori, aut disciplinas seu cilicia infirmo & debili injungeret.

Tertiò advertant, rem utilissimam esse & à multis Confessariis in praxi observatam, absolutionem aliquoties suspendere seu differre, & injungere pœnitenti qui sæpiùs in eadem peccata relabitur, ut ad Confessarium redeat, & interim aliqua opera satisfactoria exerceat, quæ illum cautiorem reddant ad cavenda peccata, quæ sæpiùs committere solitus est, & præsertim si carnalia sint. Quia autem id sæpiùs non fit, multi nunquam emendantur, imò statim post absolutionem (si tamen illam consequantur) ad vomitum redeunt, etiam hac ipsâ die, aut saltem intra breve tempus; unde valdè dubitari potest, quòd internæ propriæ dispositionis culpâ, gratiam non receperint, quæ vires subministrat ad resistendum, saltem per notabile tempus, peccatis. Sed hi statim in peccata recidunt, & sæpiùs sine ulla gravi tentatione, imò eam ex propria sponte perquirunt & procurant. Ideò convenit talibus imponere, ut redeant, quò cautiores reddantur.

Objicietis fortè, illos ad Tribunal Confessionis non redituros? Sibi imputent; signum est, illos non fuisse contritos aut re-

non fà, quando uno merita molti digiuni, discipline, cilitii, limosine, peregrinationi. &c. e li dà una corona, ò li sette salmi, ò meno ancora. Per cio i penitenti subito ritornano al vomito; che se il Confessore pensasse che hà da render cõto à Dio di quella anima, staria un poco piu sopra di se. Ascolti quel che dice il sãto Concilio Tridẽtino, sess. 24. cap. 8. Debbono, dice, i Sacerdoti del Signore, per quanto lo Spirito e la prudenza lor detta, secondo la qualità delle colpe, e poter de i penitenti, impor loro

ctè

ctè dispositos. Objicietis, illos facilè alios Confessarios, qui eos statim absolvant, inventuros? Nihil id vestra interest, hi Confessarii rationem coram Deo reddent de peccatis quæ, ob ipsorum laxitatem & indulgentiam, pęnitentes committere solent. Crudelitatis meritò arguitur Medicus, qui, ne infirmum contristet, forti remedio & ferro, quando opus est, non utitur; & multò etiam in pari casu crudelior est Confessarius.

Quartò attentè admodùm perpendant, cui Sacram Communionem concedant; quia certè gravissimum malum est, & abusus verè intolerabilis, illis Communionem permittere, aut Missæ celebrationem, qui continuò, & sine emendatione, in fętidæ libidinis luto involuti remanent; attamen multi sunt, quibus consuetum est, ut pluries in qualibet hebdomadâ in peccata carnalia prolabantur; & tamen volunt qualibet hebdomada, aut saltem intra quindecim dies, Communionem percipere, quia scilicet ita sunt assueti: Et hi ita insensibiles & stupidi fiunt, ut penitùs non agnoscant, aut percipiant miserandum planè statum, in quo versantur; & licèt priùs ad sanctissimam Eucharistiam in timore & tremore reverenter accederent, procedente tempore, sine timore, sine reverentia, & sine ulla devotione accedunt; id autem facilè conjici potest ex eo quòd aliquando hac eadem die, aut saltem intra breve tempus, redeunt ad vomitum, & peccata carnalia denuò committunt; quod valdè horrendum & formidabile est.

salutifere e convenevoli sodisfattioni: accio che se per sorte chiudono gl'occhi a i peccati, ò piu indulgentemente trattano i lor penitenti, imponendo loro per gravissimi delitti leggierissime cose da fare, non siano fatti partecipi delli peccati d'altri.

Sin qui sono parole del S. Concilio. Si che il Confessore, il quale senza giuste e legitime caggioni, per molti ssimi e gravissimi peccati dà picciole penitenze, non sodisfa all'obligo suo. Li Canoni antichi imponevano per certi peccati sett'anni di penitenze; e benche solo Iddio, che vede il dolore e pentimento interiore, sappia, qual sia la giusta penitenza che si dourebbe imponere

nere a ciascuno; nondimeno il Confessore deve con prudenza veder di darli penitenza che convenga, havendo riguardo alla qualità e quantità de peccati, alla facilità con che si commettono, al pentimento con che si confessano, & alla speranza dell'emendatione, & a quel che puo fare il penitente; perche dar grosse limosine al povero, molti digiuni al lavoratore, discipline e cilitii all'infermo e debole, non sarebbe prudenza.

Terzo, avertiscano, che è cosa utilissima e isperimentata da molti Confessori, il sospendere alle volte l'assolutione, e far ritornar il penitente, che tante volte ricasca nelli medesimi peccati, e farli fare fra tanto alcune peniteuze, che l'ajutino ad emendarsi da quei peccati ne quali casca tanto spesso, e massimamente essendo carnali. E perche questo non si fà, molti non s'emendano mai, anzi subito che sono assoluti (se pur ricevono l'assolutione) ritornano al vomito ancor l'istesso giorno, ovvero poco dopo; dal che si puo dubitare, che non habbino ricevuta, per lor mala dispositione, la grazia, che dà forza per resistere (almeno per qualche tempo notabile) alli peccati. Mà questi ritornano subito alli peccati, è molte volte senza grave tentatione, anzi da se stessi la procurano. Però è bene farli tornare, accioche stiano piu sopra di se.

Direte forsi che non tornaranno alla Confessione? Lor danno, è segno che non erano contriti, ò disposti. Direte che trovaranno altri Confessori che subito senz'altro l'*assolvino*? Lasciateli fare, essi renderanno conto de i mali, che li penitenti, per esser essi tanto larghi, commettono. E crudele il Medico che per non contristar l'infermo, non adopera l'unguento forte, & il ferro quando bisogna; così molto piu il Confessore.

Quarto, avertiscano ancora molto bene a chi concedono la Communione; perche il lasciar communicare, ò dir *Messa* a persone, che di continuo stanno involte nel fango della puzzolente libidine senza emendatione, è una pessima cosa, & abuso intolerabile. E pure sono molti, che non lasciaranno passar settimana senza incorrervi piu volte, e pur si vorranno communicare ogni otto ò quindeci giorni, per haver presa questa usanza. Li quali si riducono ad una insensibilità e stupidezza di mente, tal che non conoscono il misero stato in che si trovanno, e come prima andavano al santissimo Sacramento tremando di paura e riverenza, poi vi vanno senza timore, senza rispetto, e senza divozione alcuna. Il che si può vedere da questo, che alle volte ancora l'istesso giorno, ò poco dopo, ritornano al vomito del peccato carnale; cosa veramente horrenda e spaventevole.

Patris

Patris Emerici de Bonis Societatis Iesu, præclarissima profertur sententia, de abusibus qui in usu sacræ Communionis admittuntur.

Trattato del SS. Sacramento dell'Altare, e del modo di riceverlo fruttuosamente. Composto dal Padre Emerico de Bonis della Compagnia di Giesù. In Roma, appresso il Baba. 1595.

DUos magnos abusus, inquit, in frequenti sumptione Sacro-sanctæ Eucharistiæ invenio, & faxit Deus, ut citò tollantur.

Primum est, quorumdam hominum quibus nulla Hebdomada præterit, quin semel aut sæpiùs luxuriæ spurcitiis se contaminent; qui tamen octonis quibusque diebus sanctissimo Christi corpore pasci postulant. Sunt & alii, qui etsi rariùs peccent, iis tamen diebus quibus consuevere, ad Sacram Eucharistiam, quamvis recenter in peccatum lapsi, accedere velint.

Abusi d'alcuni intorno al communicarsi spesso. cap. 19.

Primorum abusus errorque maximus est, quòd non satis cogitent, quàm infame & turpe vitium, carnis illius virgineæ, humanitatis sanctissimæ, & Divinitatis augustissimæ, quam hoc sacramento suscipimus, munditiei atque puritati adversatur; cujus si verè dignitatem, & excellentiam pernoscerent, aut in viam redirent, & mutarent mores; aut non tam sæpè, imò nunquam tremendum Sacramentum sumere auderent, nisi fortè aliquâ Ecclesiæ lege obstricti, quę tamen neminem Sacro-sancta illa Mysteria, nisi in Paschate, percipere adigit, quæque semper ritè paratos poscit.

Io ritrovo due abusi grandi intorno alla frequenza del SS. Sacramento, i quali piacesse à Dio che fosserouna volta levati in tutto, e per tutto.

Il primo è d'alcuni, che mai non lasciano passar settimana, che non pecchino una, e piu volte, carnalmẽte, e con tutto

Et tamen reperiuntur homines adeò audaces, seu potiùs tam perfrictæ frontis, ut sæpè sine ullâ vitæ emendatione, carne Christi vesci non abhorreant; quòd si Confessarius à Communione, ut decet, remo-

vere velit, irascuntur & scrupulosum vocant; nec verentur cum illo contendere, causati alios esse Confessarios contrà sentientes, & ad sanctam Synaxim accedere permittentes: & si quo sunt animi statu ad Cœlestem mensam accedere piaculum esset, futurum esset, ut non afficerentur *illâ* suavitate, illâque lætitiâ, quam sentiunt. Denique nisi cælesti illo pane alerentur, fore ut crebriùs in peccata labantur; & si fides illis sit adhibenda, id saltem emolumenti à Communione percipiunt, quòd rariùs peccant.

Ego verò, etsi nemini legem præfinire velim, non mihi videor pravè sentire, qui tales homines ad sacram Synaxim malè pręparatos putem, cùm ipsi tam citò, tamque frequenter ad suas impuras libidines redeant: timendumque valdè esse, ne *indignæ* Communionis, & infandi sacrilegii periculo se exponant; quia crebri in easdem culpas relapsus, debitam pręparationē defecisse testantur. Nam si nullum adversus vim & efficaciam Sacramenti obicem ponerent, effectus ejus proculdubiò consequerentur; quorum unus est, ut eos qui dignè sumunt, castos faciat, quoniam multùm cupiditatem minuit, quæ sic fracta & coercita facilè vinci superarique potest; quod nunc in multis cernitur, qui cùm antè luxuriæ vitio deditissimi essent, postea cœlesti cibo sæpè refecti, castitatem coluere; qui si pravam in meliorem vitam mutavere, quidni illi quoque idem possint? Sed vultis scire, quid sit quamobrem non faciant, quia nolunt. Quapropter à Communione arcendi sunt; unde qui secùs facit, panem filiorum dat canibus, & margaritas projicit ante porcos; quod à Jesu-Christo Domino nostro expresè prohibetur.

ciò si vogliono cōmunicare ogni otto giorni. Altri sono che peccano più di rado, mà si vogliono communicare i loro giorni deputati, ben che habbiano peccato di fresco. L'error de primi è grādissimo poi che nō considerano, quanto sia contrario questo vitio infame e disonorato alla purità, nettezza, e cādidezza di quella carne virginale, di quell'anima santissima, e di quella Divinità eminētissima, che si riceve nel SS. Sacramento; perche se da douvero penetrassero la sua grandezza & eccellēza, ò si emendarebbono e mutareb-

Quam-

Quamobrem Confessarii & directores diligentiùs attendere sibi debent, ut ne judiciorum Dei experiantur acerbitatem, qui dispensati tam pretiosi thesauri accuratam ab eis rationem reposcet, ipsi secum reputent, indulgentiâ illâ & nimiâ facilitate indignos ad Communionem admittendi, multos eâ duritie eoque animi stupore erga res divinas obriguisse, ut ne quidem status illius miserrimi, in quo torpent, sensum habeant salutarem. Quo fit, ut cùm priùs timentes & venerabundi ad augustissimum Sacramentum accederent, jam id absque timore, veneratione, & pietate suscipiant. Quod inde manifestissimè patet, quòd nonnunquam eodem die, ad suas sordes revertantur; quod horrendum dictu & Angelis ipsis detestabile, quodve valeat solis tenebras offendere, terram tremefacere, elementa permiscere.

De his quoque idem sentio, qui postero, tertio, aut quarto die quàm Eucharistiam sumpserunt, idem quod antea peccant; aut qui pridiè, nudiustertius, aut quartus antè peccaverant, ita ut vix à peccato uno die, biduò vel triduò per hebdomadam se abstineant; qui tamen die Dominico ad sacram Synaxim admitti flagitent.

Quantùm ad id quod dicunt, alios Confessarios esse, qui eos sic affectos à Communione non arceant, sat erit respondere, nolle mihi Deo talium Confessariorum agendi rationem esse præstandam.

Non quidem ignoro, fuisse præteritis sæculis, & etiam nunc esse viros, & piissimos & doctissimos, qui utile sæpè esse, & aliquando necessarium censeant talibus absolutionem denegare, hoc freti, quòd veræ contritionis, ne quidem attritionis signa

bono vita, ò vero non hav rebon' ardire di riceverlo cosi spesso, anzi ne pur mai, se nõ fossero astretti dal precetto della Chiesa, la quale non obliga nissuno a cõmunicarsi frà l'anno. Nondimeno si trovano alcuni tanto arditi, anzi (per dir meglio) tanto sfacciati, che non si vergognano di communicarsi spesso senza emendatione alcuna; e se il Confessore non vorrà loro conceder la Communione, (come veramente nõ debe) si adireranno e diranno, ch'egli è uno scrupuloso, e vorranno disputar cõ esso lui, con dire, che altri Confessori

ſigna ulla oſtendant, ſine qua nemo abſolvi poteſt, & abſolvi ſacrilegium eſt: qui etiam ſanctæ Reſurrectionis tempore, eos qui ante paucos dies crimen aliquod admiſerint, à Communione ſuſpendunt; continentiam aliquandiu ante ſervare jubentes, quàm tremenda adire Myſteria ſinantur; tam crebris, tam facilibus in peccata lapſibus, meritò ſuſpicionem ingerentibus Confeſſario, deeſſe illis veram attritionem, ſine qua non ſolùm poſſunt, ſed etiam debent illos ſine abſolutione remittere.

Utiliſſimum ergo contra relapſum remedium eſt, & frequenti experientiâ confirmatum, ut per aliquod tempus iis hominibus abſolutio differatur, quo victu cultuque aſperiori, antequam ad Communionem accedant, ſe præparent. Sunt enim qui poſtquam innumera crimina & horrenda ſcelera Sacerdoti patefecerint, ſequenti aut tertio die carne & ſanguine Chriſti Domini non timeant refici. Quod ſanè non eſt permittendum; quoniam qui habitum peccati contraxit, non ſine magnâ violentiâ reſipiſcere, magnâque animi contentione excitare in ſe ſalutiferum peccatorum ſuorum dolorem valet.

Quemadmodum arbor annoſa non unico ictu dejicitur, nec vas aliquo tetro liquore imbutum, ſi ſemel frigidâ aquâ abluitur, odorem amittit, ſed opus eſt, ut diu in cinere & lixivio ferveſcat; eâdem quoque agendi ratione erga illos omnes utendum eſt, qui tam ſæpè ad ſua peccata recurrunt: ſubeant poſt expoſita, expanſaque flagitia pœnarum & laborum genera, quibus ſentiant, doleant, & deteſtentur præteritas culpas: quod quia ab illis non exigitur, citò ſuum vomitum reſorbent.

danno licenza: che ſe faceſſero male à communicarſi, Iddio nõ gli darebbe conſolation' e guſti ſpirituali come fà: e che ſe non ſi communicaſſero, caſcherebbono molto piu ſpeſſo nel peccato; ſiche, com'eſſi dicono, almen'cavano queſto frutto di peccar' manco.

Io, ſenza dar ſentenza definitiva, dirò quel che ſento, e nõ penſo di ſentir male: cioè, che queſti tali mi pajono molto mal diſpoſti per communicarſi; poiche ritornano tanto preſto, e tãto ſpeſſo, al vomito del peccato della puzzolẽte, e carognoſa carne: e mi dubito,

Multi Confessarii pii prudentesque testantur, innumeros homines, qui peccatis prius obstricti erant, quòd eam rationem tenuissent, dilatâque absolutione sæpiùs ad Tribunal, ut animi statum identidem aperirent, illis redire jussissent, impositâ interim delictorum pœnâ, pristinos mores in melius mutavisse, & magno gaudio, magnoque deinceps in virtute progressu, infandam peccati consuetudinẽ abjecisse.

Durum equidem & grave primò ipsis videbatur, toties sine absolutione, & piacularibus pœnis oneratos remitti; verùm multi postea severitatis illius fructum & utilitatẽ experti, gaudentes, & ut de se optimè meritis gratulantes rediere, futurumque fatentes fuisse, ut nisi ejusmodi austeritate essent cohibiti, laudabiliorem vitam nunquam instituerent. Magno procul dubio dolore, dum Chirurgus humorem pungit, ægrotus afficitur; sed sanatus gratias agit, mercedemque pro beneficio rependit largiùs.

Si Confessarii majorem severitatem adhiberent, multò major frequentiorque pravorum hominum emendatio consequeretur; non iisdem semper criminibus obnoxios homines cerneremus, neque subinde, ut faciunt, Confessarios mutarent, ut aliquem tandem inveniant mollem facilemque, qui leves imponat pœnitentias, & sinat eos, quoties libuerit, etiam moribus immutatis, ad Eucharisticam mensam accedere; quem deinde inventum, tanquam peritissimum prædicant: cæterosque qui perversorum morum institutorumque mutationem exigunt, tanquam incommodos, scrupulosos, humanæque fragilitati nimiùm duros reprobant, non sicut illi qui faciles sunt, molles & infirmitati eorum condescendentes.

che non si mettano a pericolo assai probabile, di ricever indegnamẽte la Communione, e di far' un sacrilegio; perche quel continuo recidivo mostra che non erano disposti, cõ ciò sia che se il Sacramento nõ trovasse impedimento, essendo di tanta virtù & efficacia, causerebbe i suoi effetti, l'uno de quali è rẽder casti quelli che degnamẽ lo frequentano; percio che sminuisce la concupiscenza, la quale sminuita, facilmẽte si puo superare, come si vede chiaramẽte in tanti altri, che vivono castamente, ben che prima di

Sed miseri illi animarum rectores non cernunt, pravos homines in vitiis suis propterea suâ indulgentiâ detineri, atque in pristina peccata relabi. Medicus qui, ne molestus sit ægroto, vulnus gangrænâ vitiari sinit, quod, si validum unguentum, ignem etiam, aut scalpellum maturè adhibuisset, sanari potuerat, non misericors, sed crudelis haberi debet. Idipsum tam multis peccatorum reis ob nimiam Confessariorum lenitatem, & indulgentiam accidit. Offeret se aliquis, cujus ad expianda peccata, multis diebus jejunia, & cilicia essent imponenda; huic semel Rosarii preces, aut septem Pœnitentiæ Psalmi recitandi imponentur, aut aliquid minus: & quoniam illę pœnæ non sunt molestæ, fit, ut illi citò suis se rursùs criminibus inquinent. Quòd si illi Confessarii seriò perpenderent, rationem Deo de illis hominibus sibi reddendam esse, multò impensiùs sibi cauturos esse existimo.

Quod isti dicunt, se gaudia suavitatemque, cùm Eucharistiam sumunt, experiri, ausim affirmare id valdè suspectum, & errori esse obnoxium, illosque animi motus ab aliâ causâ, quàm à sumpto Corpore Christi proficisci posse, aut aliquam dæmonis fraudem subesse, non autem à verâ pietate provenire. Turcæ namque cùm suum Mahometem colunt, aut de eo sermonem audiunt, tam magno, tamque suavi animi affectu commoventur, ut etiam erumpant in lacrymas; quod tamen vel divinitùs immissum gaudium, aut veræ pietatis affectum nemo dixerit.

Sancti Patres Eremitæ, eum qui per somnum, mali dæmonis fraude, quamvis non suâ culpâ, quid impuræ libidinis passus fuisset, ad sacram Synaxim accedere non sine-

frequẽtarlo fossero carnalissimi. Hora, come questi si sono ajutati e mutati, perche nõ potrebbono far ancor'essi il medesimo? Volete ch'io vi dica la causa perche nõ lo fanno? La causa è perche nõ vogliono. Hor se cosi è, non si deve conceder loro per modo alcuno la Cõmunione; poiche questo sarebbe un dar il pane de figliuoli a cani, e gittar le margarite avanti a porci, il che è prohibito dà Christo Nostro Signore.

Però il Cõfessore dee auvertire molto bene quello che fà, accio che nõ ne habbia da render conto a Dio, per

finebant: quomodo putatis arcituros fuisse eos, qui tam libenter, ac tam sæpè in peccatum relabuntur? Non est dubitandum, quin à sancta Communione eos penitùs fuissent exclusuri.

Id modò expendendum restat, quod dicunt, nisi cęlesti carne crebrò reficerentur, se frequentiùs in peccata lapsuros. Quibus respondendum est, ad id Eucharistiæ Sacramentum non fuisse institutum, ne tam sæpè homines peccata committerent; quamvis id quoque, vel etiam quid præstantius dignè sumentibus præstet, sed ut sit illis esca cœlestis, quâ ad virtutis culmen promoveantur. Illi autem divino cibo non aluntur; quandoquidem vitæ cęlesti nihil cum carne commune est, cui ita serviunt, ut aliter vitam se instituere non posse, ipsimet affirment.

Venio jam ad eorum errorem, qui non Hebdomadibus singulis quidem, sed semel aut bis quibusque mensibus, ad Sacram Communionem accedunt, eò quòd sodalitio, aut societati alicui nomen dederunt, quæ diebus quibusdam Sacro-sanctam Eucharistiam percipere statuit; qui licèt non ita frequenter in peccata libidinis incidant, si tamen pridie, aut nudiustertius eo se turpi crimine polluerint, abstinere à sacrâ mensâ nolunt; Ne, inquiunt, si non faciamus, aliis malo exemplo simus & offensioni. Quod est humanis rationibus potiùs, quàm veræ pietatis affectu Communionem sumere.

Idem quoque aulicis nonnullis familiare est, qui diebus quibusdam festivis, cùm alioquin non sumerent Panem Eucharisticum, cum tota familia illum accipere solent; quod ideo faciunt, ut spectentur, & ne ab heris suis ejiciantur, minitantibus, eos quos

haver dispensato malamēte un tesoro cosìpretioso, e così divino: e sappia, che questa indulgenza hà ridotto molti ad una certa insensibilità delle cose di Dio, & una stupidezza di mente, che essi stessi non s'accorgono del miserabile stato nel quale si trovano; e così come prima andavano al SS. Sacramento tremando di paura e riverenza, hora vi vanno sēza timore, senza rispetto, e senza divotione alcuna. Il che si puo veder da questo che alle volte ancora l'istesso giorno della Communione ritornano al vomito

quos vident ad sacram Synaxim rarò accedere, domo suâ ejecturos. Quid de illis dicemus? Istis nonne permittenda Communio est?

Re, sicut diximus, positâ, multis diebus post patrata scelera, ob reverentiam Sacrosancto Mysterio debitam, censeo illos esse à Communione removendos, præsertim cum nullo ad id faciendum precepto astringantur.

Sed quid dicemus de offensione & prætenso scandalo? dico, quòd ei possunt ipsi aliqua verisimili excusatione mederi. Cæterùm prudenti alicui Confessario se committant, qui quod facto opus sit, solerter dignoscat, utrum satius fuerit eum ad Eucharistiam admittere, an offensioni locum dare, quæ nunquam pœnitentem culpæ reum faciet.

Quoniam autem sodalitii præfectus, inquirere solet à sodalibus, cur ad Sacram Eucharistiam non accesserint, dicet aliqua animi anxietate imparatum abstinuisse, aut non ita visum esse Confessario. At si id causæ afferam, inquies, malam de me ingeram suspicionem. Respondeo, quòd si quid mali suspicetur, id immeritò faciet, & temerarii judicii culpâ se adstringit. Potest enim Confessarius cuilibet suorum Pœnitentium, non modò ob lethalem culpam, sed nonnumquam ob levem, aut ut eum duriùs, exercendæ patientiæ causâ, habeat, aut ut leve aliquod vitium corrigat, aut ut eorum quæ ad Dei cultum pertinent, magis sollicitum faciat, aut quibusdam aliis de causis Communionem denegare: at in rebus dubiis, debemus sentire de proximo in bonitate.

Si roges me, quandiu ille homo removendus sit, & Communione privandus? Res-

del peccato, cosa veramente da fare stupire gl' Angeli, oscurare il sole, tremar la terra, e confondere tutti gli elementi. Il medesimo dico di quelli, che peccano il giorno seguente, il terzo, & il quarto, e di quelli che hanno peccato il giorno precedēte, e l'altro, e l'altro; si che a pena lascieraño di peccar un giorno, ò due, ò al più trè la settimana, e pur si vorranno communicar la Domenica.

E questo basti per risposta di quello che dicono, che altri Confessori li lasciano communicare, & io dico, che non vorrei haver a téder con

Respondeo, cùm varia sint hominum genera, variæ occasiones, varia ad peccandum proclivitas atque facilitas, varius admissorum peccatorum dolor, diversa præteritæ vitæ emendatio, cæteraque id genus, nullam certam & accuratam ea de re statui regulam posse. Nam, exempli gratiâ, non est tamdiu removendus qui rarò peccat quàm qui frequenter, quando æquales apparent dispositiones & æquale emendationis propositum.

Dicam tamen in universum multò satius esse fræna cohibere, quàm laxare; quoniam semper causa, nimia illa facilitas fuit, & etiam nunc est, cur multi libentiùs in peccatum cadant, & corrigere se negligant.

to di tali Cõfessori. Sò bene, che sono state, e sono hoggi di molte person e letterate e religiose, le quali tengono, che a questi tali sia bene molte volte il negar loro l'assolutione; e che sia alle volte ancora necessario, per nõ mostrar essi alcun segno di vera contritione, ne di attritione, senza la quale non si può dare l'assolutione, e riceverla sarebbe sacrilegio.

Ne manco la danno la Pasca, se hanno peccato di fresco, mà lasciano passar alcuni giorni di continenza; perche questo tanto frequente recidivo, senza alcuna mutazione, & emenda, è bastante a far dubitare il Confessore, che non habbia manco vera attritione; & in tal caso puo, anzi dee negar l'assolutione.

Et è poi utilissimo & esperimentato rimedio contra il recidivo, il sospendere e differire l'assolutione a questi tali, accio che faccian qualche poco di penitenza prima d'andare a ricevere il santissimo Sacramento; perche uno si confessarà di moltissimi e gravissimi peccati, e con tutto cio si vorrà communicare il giorno seguente overo l'altro. Il che ordinariamente non si dee per mettere; perche l'huomo mal avezzo e mal habituato non puo, senza grande sforzo, ridursi alla divotione, ne à sentir vera compuntione, dispiacer, e dolore de i peccati commessi. Come un albero grosso non si taglia in un colpo, ne un vaso puzzolente perde la puzza con una risciaquata d'aqua fredda; mà bisogna farlo bollir molto bene nella cenere e liscia, ò ranno ben forte. Così bisogna far con questi tali, cioè disporli per mezzo di penitenze alla cognitione, dolor, e detestatione de peccati passati. E perche questo non si fà, ritornano subito al vomito; e molti Confessori religiosi e prudenti testificano, che con questo mezzo di differir l'assolutione, e farli ritornar piu volte, e farli far prima qualche penitenza, molti si sono emendati, e diventati continenti, lasciando in tutto e per tutto quella maledetta consuetudine di peccare, con loro grandissima consolatione e frutto spirituale;

tuale; e se bene quando erano mandati via senza assolutione, e gli era ordinato, che facessero quelle penitenze, pareva loro duro; pur dipoi si rallegravano e ringratiavano il Confessore di quanto havea fatto con essi loro, confessando, che mai si sarebbono emendati, se non havesse fatto così. E non è dubbio alcuno, che dispiace all'infermo, quando il Chirurgico taglia la postema, mà vedendosi poi guarito, lo ringratia e lo paga molto bene.

Si che se tutti li Confessori stringessero la mano, si vedrebbe più emendazione ne penitenti, e non terrebbono sempre carichi de i medesimi peccati, ne muterebbono tanti Confessori quanto fanno, cercando un Confessore largo che non li riprenda, che li dia piccole penitenze, e li lasci communicar ogni volta che vogliono, benche non si emendino: e questo tengono per il miglior Confessor del mondo, e dicono de gl'altri, i quali ricercano la mutatione della vita, che sono fastidiosi e scrupulosi, e che non hanno compassione alla fragilità humana, come hanno li tali e tali, che sono facili, piacevoli, e buoni compagni,

Mà non s'accorgono i meschini, che questa larghezza li fà perseverar ne peccati, e ritornar subito al vomito. Non è compassione, mà crudeltà, quella del Medico, che per non dispiacer all'infermo, lascia marcir la piaga, che sarebbe guarita, se havesse adoperato unguento forte, overo il ferro & il fuoco. Così auviene a molti penitenti per la troppa facilità de Confessori.

Sarà uno che meritava molti digiuni e discipline, e li daranno una volta la corona, overo i sette salmi, e manco ancora; e perche questi non cuociono, però ritornano subito al vomito: i quali Confessori, se pensassero, che hanno da render conto a Dio di queste anime, starebbono piu sopra di se. Però ascoltino quello che dice il Conc. Trid. sess. 14. cap. 8. Debbono dunque i Sacerdoti del Signore, per quanto lo spirito e la prudenza loro dettarà, secondo la qualità delle colpe, e poter de i penitenti, impor loro salutifere e convenevoli sodisfattioni, acciò che se à sorte chiudono gl'occhi a i peccati, ò più indulgentemente trattano i loro penitenti, imponendoli per gravissimi delitti leggierissime cose da fare, non siano fatti partecipi de i peccati d'altri. Sin quì son parole del Santo Concilio. S. Gregorio chiama falsa penitenza la minore di quella che conviene. In cap. Falsas. De Pœnit. dist. 5. Non perche faccia la Confessione nulla, mà perche puo ingannar il penitente, pensando per quella d'haver sodisfatto a pieno. L'Abulense quæst. 49. super cap. 18. Matth. dice, che il Confessore pecca, se impone penitenza senza debita consideratione delli peccati: Et Adriano in 4. dice, che il Sacerdote non hà da condonare l'offese fatte contra Dio, senza gran prudenza e penitenza. E Maggiore. in 4. dist. 20. dice, che non è cosa da vero amico, dar picciole penitenze; si che il Confessore, il quale, senza giuste e legitime cause, per moltissimi e gravissimi peccati dà picciole penitenze, non sodisfà all'obligo suo.

Li Canoni antichi imponevano per certi peccati gravi, sette anni di penitenza. E benche solo Iddio, che vede il dolor e pentimento interiore, sappia, quale sia la giusta penitenza, che si do-

si dovrebbe imporre a uno; nondimeno il Confessore dee con prudenza vedere di darli penitenza che convenga, havendo risguardo alla qualità e quantità de peccati, alla facilità con che si commettono, al pentimento con che si confessano, & alla speranza dell'emendatione, & a quello che puo fare il penitente; perche dar grosse limosine al povero, molti digiuni al lavoratore, discipline e cilicii all'infermo e debole, non sarebbe prudenza.

A quello poi che dicono della consolatione spirituale che Dio dà loro, rispondo, che ancora in questo ci puo essere inganno grande; e puo essere che non venga dalla Communione, mà da altra causa, overo che sia illusione del demonio, e non vera divotione; imperoche ancora i Turchi, pensando a Maometto, ò sentendone raggionare, piangono per tenerezza di cuore, e pure niuno dirà che quella sia vera divotione, ò consolatione spirituale. I santi Padri dell'eremo non permettevano, che colui che haveva patito pollutione dormendo, si communicasse il giorno seguente, benche fosse stato senza sua colpa: che vi pensate che haverebbono fatto con questi tali che peccano cosi alla libera e tanto spesso? certo è che gli haverrebbono esclusi in tutto e per tutto dalla santa Communione.

Resta hora da vedere quello che dicono, che peccherebbono più che non fanno, se non si communicassero spesso. Al che rispondo, che il Sacramento non fù instituito, perche l'huomo peccasse manco (benche faccia ancor questo effetto, e maggiore ancora in quelli che degnamente lo frequentano) mà per nutrirlo spiritualmente, e condurlo alla perfettione. Hòr questi tali non ricevono questi effetti, poiche sono tanto lontani dalla perfettione, nè si nutriscono spiritualmente; perche la vita spirituale non hà che far con la carne, della quale eglino sono schiavi talmente, che dicono di non poter far' altro.

Vengo ora all'abuso di quelli, che non si communicano ogni settimana, mà una, ò due volte il mese, per essere di qualche compagnia, congregarione, ò confraternità, che hà questo instituto: i quali ancora non peccano così spesso in questo peccato della carne; mà se per sorte saranno caduti il giorno precedente ò l'altro, si vorranno communicare, con dire che darebbono scandalo, non lo facendo. Si che è piu presto rispetto humano, che vera devotione.

Il medesimo suole auvenire a certi cortigiani in certi tempi, che i Padroni vogliono veder communicare tutta la famiglia, che altrimente non si communicarebbono; mà per esser visti, lo fanno, accioche i Padroni non li tenghino per mali Christiani, ò perche non li caccino di casa, come hanno minacciato di far con quelli che non si communicaranno.

Che diremo di questi tali? devesi loro concedere la Communione nel caso proposto, ò nò? Dico che s'hanno da far aspettare molti giorni doppo il peccato per riverenza; poiche non vi è il precetto della Chiesa che gl'obblighi. Mà che diremo al scandalo? Dico che a questo possono rimediar lor stessi con qualche apparente scusa, per cui non si communicano, e

del

del tutto rimetterſi nelle mani di un prudente Confeſſore, il quale ſappi giudicare, che coſa ſia meglio da farſi, ò che ſe communichi, overo che permetta queſto ſcandalo, qual non è forſi ſe non paſſivo.

E perche il Prefetto della Congregatione ſuole domandar la cauſa, perche non ſi è communicato, potrà dire, che non era preparato bene per certi faſtidii che ha havuto, overo che il Confeſſore non gl'hà voluto dar la licenza.

Dirai, ſe io dico queſto, ſubito penſarà male. Riſpondo che non hà raggione ne cauſa di penſarlo, e che farà un giuditio temerario; perche il Confeſſore può negar la Communione ad uno, non ſolo per coſe gravi, mà per leggieri ancora, ò per mortificarlo, ò perche ſi emendi di qualche mancamento picciolo, ò per farlo più ſollecito alle coſe del divin ſervitio, ò per altri ſimili riſpetti: & ogn'uno hà da penſare ſempre il meglio, non il peggio.

E ſe dirai, quanto tempo s'hà da far aſpettare doppo il peccato? Riſpondo, che non ſi può dar regola certa per la varietà de i caſi, delle perſone, dell'occaſioni, dell'inclinatione al peccare, della facilità con che ſi pecca, del pentimento, con che viene, dell'emendatione che ſuol fare, & altre coſe ſimili; perche uno che pecca rare volte, non s'hà da far aſpettare quanto uno che pecca più ſpeſſo, ſe però nel reſto ſono pari, cioè nel pentimento, propoſito &c.

Dirò bene, che è meglio ſtringer la mano, che ſlargarla; perche queſta facilità è ſtata, & è cauſa, che molti caſchino più liberamente, e che non ſi emendino.

Eminentiſſimus Cardinalis Denoff monitum etiam ſalutare Parochis in Synodo præbet, his verbis: *Admonemus Parochos, ne Sacramentum hoc miniſtrare cunctentur ægris ſubita morbi vi adeo oppreſſis, ut nec peccata confiteri, nec Communionem ſumere poſſint; ea tamen ratione, ut ſi illi aliquod contritionis ſignum dederint, prius eis abſolutionem impertiant; quod ſi verò non conſtet de aliquo contritionis ſigno, ſaltem teſtimonio aliorum, miniſtrent nihilominùs extremam unctionem, ſi æger piè & Chriſtianè vixerit, neque gravis ſubſit ſuſpicio, eum eſſe in peccato mortali.*

(Synod. Cœſenat. ann. 1693. lib. 2. c. 7.)

Monet præterea Illuſtriſſimus Epiſcopus Averſanus, Innicus Caracciolus, ut *Sacramento hoc jam adhibito, ſui muneris partes in eo deſinere nullatenùs Parochi exiſtiment: ideoque ne prætermittant infirmum*

(Synod. Averſana, ann. 1702. par. 2. c. 7. num. 14.)

ſæ-

sæpiùs invisere, eumque in extremis laborantem, ad benè in Domino moriendum disponere, sumptis, ad hoc argumentis è Rituali, vel aliundè oportunioribus pro illius captu, ne imparatus, & sine ulla mortis cogitatione decedat. Et cum extremum agere spiritum, jamque agonizare cognoverint, eum in illo præsertim momento, unde pendet æternitas, ne deserant.; sed in tanti plena periculi arena luctantem, in christiana fortitudine & virtute confirment, perque reiteratas voces, & pias preces ac orationes, quas jaculatorias vocant, ad vivaciores fidei, amoris Dei, doloris, contritonis, sanctæque spei affectus excitantes, assiduè & tempestivè adjuvent. Vtque hoc gravissimæ consequentiæ munus, quo tempore major est auxilii necessitas, summa, qua par est, diligentia expleant, Sacerdotes alios in partem ad tanti operis meritum advocent.

TRA-

TRACTATUS SEPTIMUS.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ-UNCTIONIS.

CAPUT PRIMUM.

De Nomine, definitione, institutione, materia & forma hujus Sacramenti.

Quæst. 1. CUr hoc Sacramentum vocatur Extrema-Unctio?

Resp. *Hoc Sacramentum*, ait Cathecismus Concilii Tridentini, *idcirco Extremam-Vnctionem appellatum esse, quod hæc omnium Sacrarum Vnctionum quas Dominus Salvator noster Ecclesiæ suæ commendavit, ultima administranda sit. Quare hæc ipsa Vnctio à Majoribus nostris Sacramentum etiam Vnctionis infirmorum, & Sacramentum exeuntium dicta est: quibus vocabulis fideles in memoriam novissimi illius temporis facilè redire possunt.*

Catech. Concil. Trid. p. 2.

Quæst. 6. Quid est Extrema-Unctio?

Resp. Est Sacramentum, quo Fideles cùm infirmi sunt, recipiunt remissionem reliquiarum peccatorum suorum; gratiam quâ possint patienter ferre labores & in-

& incommoda morbi; virtutem seu vim, quâ se disponant ad bene moriendum, aut sanitatis restitutionem, si ea sanitati animæ utilis sit. Hanc definitionem sequentibus quæstionibus pleniùs explicabimus.

Quæst. 3. Quisnam instituit hoc Sacramentum?

Resp. Christus Dominus noster, qui & cætera Sacramenta instituit; ut enim ait Concilium Tridentinum: *Instituta est autem Sacra hæc Vnctio infirmorum, tanquam verè & propriè Sacramentum novi Testamenti à Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum, per Iacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatum ac promulgatum. Infirmatur*, inquit, quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; & Oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei. Cōc. Trid. sess. 14. de Sacram. Unct. c. 1.

Quæst. 4. Quænam est materia hujus Sacramenti?

Resp. Eam his verbis definit Concilium Tridentinum: *Intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab Episcopo benedictum: Nam Vnctio aptissimè Spiritus-sancti gratiam, qua invisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat.* Cōc. Trid. ibid.

Quæst. 5. Specialis benedictio, quâ utitur Ecclesia in hoc oleo infirmorum, est-ne de necessitate hujus Sacramenti?

Resp. Videtur esse de necessitate; ita ut si Presbyter infirmum periculosè decumbentem ungeret oleo, vel non consecrato, vel per alium, quàm per Episcopum, nullum penitùs esset Sacramentum: & ratio est, quia quando Concilium Tridentinum

TRACTATUS SEPTIMUS.

DE

SACRAMENTO

EXTREMÆ-UNCTIONIS.

Caput Primum.

De Nomine, definitione, institutione, materia & forma hujus Sacramenti.

Quæst. 1. CUr hoc Sacramentum vocatur Extrema-Unctio?

Resp. *Hoc Sacramentum*, ait Cathecismus Concilii Tridentini, *idcirco Extremam-Unctionem appellatum esse, quod hæc omnium Sacrarum Unctionum quas Dominus Salvator noster Ecclesiæ suæ commendavit, ultima administranda sit. Quare hæc ipsa Unctio à Majoribus nostris Sacramentum etiam Unctionis infirmorum, & Sacramentum exeuntium dicta est: quibus vocabulis fideles in memoriam novissimi illius temporis facilè redire possunt.*

Catech. Concil. Trid. p. 2.

Quæst. 6. Quid est Extrema-Unctio?

Resp. Est Sacramentum, quo Fideles cùm infirmi sunt, recipiunt remissionem reliquiarum peccatorum suorum; gratiam quâ possint patienter ferre labores & in-

& incommoda morbi ; virtutem seu vim, quâ se disponant ad bene moriendum, aut sanitatis restitutionem, si ea sanitati animæ utilis sit. Hanc definitionem sequentibus quæstionibus pleniùs explicabimus.

Quæst. 3. Quisnam instituit hoc Sacramentum?

Resp. Christus Dominus noster, qui & cætera Sacramenta instituit ; ut enim ait Concilium Tridentinum: *Instituta est autem Sacra hæc Vnctio infirmorum, tanquam verè & propriè Sacramentum novi Testamenti à Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum, per Iacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatum ac promulgatum. Infirmatur*, inquit, quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; & Oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei. Cõc. Trid. sess. 14. de Sacram. Unct. c. 1.

Quæst. 4. Quænam est materia hujus Sacramenti?

Resp. Eam his verbis definit Concilium Tridentinum : *Intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab Episcopo benedictum : Nam Vnctio aptissimè Spiritus-sancti gratiam, qua invisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat.* Cõc. Trid. ibid.

Quæst. 5. Specialis benedictio, quâ utitur Ecclesia in hoc oleo infirmorum, est-ne de necessitate hujus Sacramenti?

Resp. Videtur esse de necessitate; ita ut si Presbyter infirmum periculosè decumbentem ungeret oleo, vel non consecrato, vel per alium, quàm per Episcopum, nullum penitùs esset Sacramentum: & ratio est, quia quando Concilium Tridentinum

de finivit, oleum ab Episcopo benedictum, esse materiam Sacramenti Extremæ-Unctionis, videtur tantùm voluisse loqui de oleo benedicto in usum hujus Saramenti & non aliorum.

Quæst. 6. Quid agendum esset à Presbytero, qui per errorem usus fuisset, in administrando hoc Sacramento, oleo Catechumenorum, aut Chrismatis?

S. Carol. Act. p. 4. Instruct. Extrem. Vnct.

Resp. Ex sancto Carolo: *Si per errorem Sacerdos aliud oleum, quàm quod infirmorum est, ad ægrotum ungendum unquam adhibuerit, etiamsi Chrismatis aut Catechumenorum sit; ut erratum emendet, olei sacri quod proprium infirmorum est, unctionem eidem adhibeat, tumque Sacramenti formam iteret.*

Quæst. 7. Quid agere debet Sacerdos, cùm non sufficit oleum consecratum ad unctiones perficiendas?

Resp. Ex Rituali Romano, de Sacramento Extremæ-Unctionis: *Si fortè intra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo non benedicto in minori quantitate superinfuso reparari potest.*

Quæst. 8. Quare oleum Extremæ-Unctionis oportet esse benedictum?

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 29. art. 5. in corp.

Resp. Sanctus Thomas huic quæstioni respondet his verbis: *Potest autem triplex ratio assignari, quare exigitur materiæ sanctificatio in hoc Sacramento. Prima est, quia omnis efficacia Sacramentorum à Christo descendit: & ideo Sacramenta illa, quibus ipse est usus, habent efficaciam ex ipso usu suo, sicut tactu suæ carnis vim regenerativam contulit aquis. Sed hoc Sacramento non est usus, nec aliqua corporali unctione: & ideo in omnibus unctionibus requiritur sanctificatio ma-*

materiæ. Secunda causa est, propter plenitudinem gratiæ quæ confertur, non solùm ut tollat culpam, sed etiam reliquias culpæ, & infirmitatem corporis. Tertia est ex eo, quòd effectus ejus corporalis, scilicet sanatio corporalis, non causatur ex materiæ naturali proprietate: & ideo oportet, quòd hæc efficacia ei per sanctificationem detur.

Quæst. 9. Quænam est materia proxima hujus Sacramenti?

Resp. Ipsamet unctio, ut patet ex his Divi Jacobi verbis: *Vngentes eum oleo.* Et, ut ait Concilium Tridentinum; *Intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab Episcopo benedictum; nam unctio aptissimè Spiritus sancti gratiam, qua invisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat.* Cōc. Trid. sess. 14. de Sacram. Extrem. Unct. c. 1.

Quæst. 10. Quænam est forma hujus Sacramenti?

Resp. Idem Concilium ibidem asserit: *Formam deinde esse illa verba: Per istam sanctam Vnctionem, &c.* quibus utitur Presbyter in administratione hujus Sacramenti.

Quæst. 11. In quibusnam corporis partibus fieri debent unctiones?

Resp. Ut dicitur in Rituali Romano: *Quinque verò corporis partes præcipuè ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit; nempè oculi, aures, nares, os, & manus; attamen pedes etiam & renes ungendi sunt; sed renum unctio in mulieribus, honestatis gratia, semper omittitur; atque etiam in viris, quando infirmus commodè moveri non potest. Sed sive in mulieribus sive in viris, alia corporis pars pro renibus ungi non debet.* Ritual. Roman. de Sacram. Extrem. Unction.

Quæst. 12. Quando unguntur oculi, aut aliæ partes geminatæ, sunt-ne proferenda verba formæ super qualibet sigillatim?

Resp. *Dum oculos*, inquit Rituale Romanum, *aures & alia corporis membra, quæ paria sunt, Sacerdos ungit, caveat, ne alterum ipsorum inungendo, Sacramenti formam priùs absolvat, quàm ambo hujusmodi paria membra perunxerit*. Debet autem semper incipere unctiones per oculum dextrum, & per alia membra dextra, quando duplicia sunt.

Quæst. 13. Quid agendum est, cùm ægrotus caret aliquo ex membris, in quibus unctio fieri debet?

Resp. In hoc casu, unctio fieri debet in parte corporis ei membro proximiori, eadem verba formæ proferendo. Verbi gratia, si ægrotus manum unam tantùm habeat, unctio fieri debet in pugno vicino: *Mutilati*, inquit sanctus Thomas, *inungi debent, quantò propinquiùs esse potest ad partes illas in quibus unctio fieri debuerat: quia quamvis non habeant membra, habent tamen potentias animæ, quæ illis membris debentur, saltem in radice: & interiùs peccare possunt per ea, quæ ad partes illas pertinent, quamvis non exteriùs*. Verbi gratia, qui sine manibus natus foret, velle potest furari; & sic de aliis.

S. Th. in 4. sent. dist. 23. quæst. 2. ar. 3. q. 3. in corp.

Quæst. 14. Manus debent-ne exteriùs, an interiùs inungi?

Resp. *Manus verò*, ait Rituale Romanum, *quæ reliquis infirmis interiùs ungi debent, Presbyteris exteriùs ungantur*; Et ratio est, quia scilicet in Ordinatione manus interior Presbyteri fuit uncta & consecrata.

Quæst. 15. Unctio pedum debet-ne fieri in plantâ, aut superiùs?

Resp. Videtur, quòd hæc unctio fieri debeat in plantâ pedum, quia hac præcipuè parte utimur ad ambulandum.

Quæst.

Quæst. 16. Quid agendum est, si fortè ægrotus decedat omnibus unctionibus nondum perfectis?

Resp. Ex eodem Rituali Romano: Si verò dum inungitur infirmus, decedat, Presbyter ultra non procedat, & prædictas orationes omittat; quòd si dubitet, an vivat adhuc, unctionem prosequatur sub conditione, pronunciando formam, dicens: *Si vivis, per istam sanctam Vnctionem, &c.*

CAPUT II.

De Ministro hujus Sacramenti, & de iis quibus conferri debet.

Quæst. 1. QUisnam est Minister hujus Sacramenti?

Resp. Solus Sacerdos, juxta hæc Divi Jacobi verba, *Inducat Presbyteros Ecclesiæ*; nec alteri à Sacerdote, etiam in articulo necessitatis, competit hoc Sacramentum ministrare, ut definitum est in Concilio Tridentino, his verbis: *Si quis dixerit proprium Extremæ-Vnctionis Ministrum, non esse solum Sacerdotem, Anathema sit.*

Cōc. Trid. sess. 14. de Extrem. Unct. Can. 4.

Quæst. 2. Potest-ne omnis Sacerdos licitè ministrare hoc Sacramentum?

Resp. Solus proprius Sacerdos est verus, & ordinarius Minister hujus Sacramenti, ut ait sanctus Carolus: *Nec verò*, inquit, *tamen cuivis id ex sacris Decretis administrare licet: sed proprio Parocho qui Iurisdictionem habeat, aut alteri, cui ille superiorve*

S. Carol. Act. p. 4. Instruct. Extrem. Unct.

ministrandi Sacramenti facultatem ex causa dederit.

Titul. Quæ pertinent ad Sacr. Extrem. Unct.

Et Concilium Mediolanense quintum ait: *Si porrò is impeditus, aut aliàs in mora est, mortisque periculum instat, tunc Sacerdos alius ministret licitè.*

Et in Clementinis, *De Privilegiis & excessibus privilegiatorum*, Capite *Religiosi*, sic habetur: *Religiosi qui Clericis aut Laicis Sacramentum Unctionis Extremæ ministrare, non habita super his Parochialis Presbyteri licentia speciali, præsumpserint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, per sedem Apostolicam duntaxat absolvendi.*

Quæst. 3. Quodnam est officium Parochi circa hoc Sacramentum?

Resp. Ut ait sanctus Carolus in Concilio Mediolanensi primo: *Extremæ-Unctionis Sacramentum curet Parochus, ut ægroto, dum integris est sensibus, adhibeatur.*

Et in Concilio Mediolanensi quinto dicitur: *Parochus ad omnem hujus Sacramenti in tempore administrandi diligentiam, præterquam quòd præcipuæ curæ suæ, quæ sanctæ sollicitudinis plena est, officio valdè admodùm perpetuo excitetur, proposito etiam sibi exemplo sanctissimi Episcopi Malachiæ accendatur, qui tam vehementi animi dolore ex eo affectus est, quòd culpa sua mulier quædam Sacramenti hujus gratia fraudata decesserit, ut totam noctem orando, gemendo, lacrymando consumpserit, lacrymarumque vi, quasi maximo imbre, pro oleo sancto quod non ministravit, mortuam perfuderit: Manè autem exaudivit Dominus sanctum suum, ita ut illa è morte tanquam è somno excitata, è lecto sese erigens, Sacramentum hoc ab eo acceperit, ac deinceps à morbo convaluerit.*

Pa-

Parochus, ut ait idem sanctus Carolus in Concilio Mediolanensi tertio, *in Sacramento Extremæ-Vnctionis ministrando, ægro, cæterisque præsentibus explicet vim illius & utilitates, tum ad animæ salutem, tum etiam ad corporis valetudinem, si hæc ad æternam gloriam profutura sit.*

Denique, ut dicitur in Concilio Mediolanensi primo: *Idem cum ad ungendum infirmum accesserit, diligenter eum consoletur, & hortetur, ut bono animo sit, & à curis ac desideriis hujus vitæ ad cælestis beatitudinis cogitationem ita se erigat, ut abiecto mortis metu, se à Deo in æternam requiem vocari gaudeat.*

Quæst. 4. Quibusnam administrari debet hoc Sacramentum?

Resp. Ex sancto Carolo in Concilio Mediolanensi quarto: *Parochus Extremæ-Vnctionis Sacramentum, sicut his ministrare debet, adultis scilicet periculosè ægrotantibus propèque moribundis, seniò confectis etiam non ægrotis in diem morituris: Ita istis ne ministret, nempè pueris rationis usu carentibus, mulieribus in partu laborantibus, ad bellum proficiscentibus, navigantibus, peregrinantibus, & iis qui mox ultimo supplicio mulctandi sunt.*

Quanquam enim hæ personæ magno sint in mortis periculo, id tamen non ex morbo contingit; sanctus autem Jacobus expressè dicit: *Infirmatur quis in vobis?*

Unde etiam in Synodo Veliterna Eminentissimi Cardinalis Cibo, statuitur, ut extrema unctio *denegetur impænitentibus, ut illis qui in manifesto mortali moriuntur, excommunicatis, & interdictis: pueris rationis usu carentibus, mulieribus in partu laborantibus, non constito de vitæ periculo, & ultimo supplicio damnatis.* Synod. Veliterna, ann. 1698. tit. 15.

Conc. Florentin. an. 1573. de Extr. Unct. c. 2. Et in Concilio Provinciali Florentino sic statuitur: *Impœnitentibus, & his qui cum notorii peccatores essent, vel ab Ecclesia alieni, nullum pœnitentiæ signum emiserint, sacram hanc unctionem, ex Sacrorum Canonum dispositione, negandam esse non ambigitur.*

Decernitur autem in recentiori Concilio Neapolitano, à Jacobo Cardinali Cantelmo congregato, ut *caveat Parochus, ne iterati laboris vitandi studio, non in ea morbi gravitate Sacram Unctionem perficiat, in qua ejus Sacramenti subsidium conferendum est. Tunc enim usui erit, cum prudenti judicio ægrotantis timetur interitus,* ut oratio fidei alleviet infirmum: *Illud etiam sedulò curabit Parochus, ne adeo Sacra extremæ Unctionis medicina, non solum animæ sed corpori etiam salutaris, differatur, ut ægrum sensibus omninò destitutum inveniat.* Conc. Neapol. ann. 1699. tit. 3. c. 6.

Quæst. 5. Potest-ne hoc Sacramentum ministrari iis, quibus nulla superest ampliùs cognitio, & nullus rationis usus?

Resp. Ex eodem sanctissimo Archipræsule in Concilio Mediolanensi tertio: *Quod Concilio primo Decretum est, ut dum æger integris est sensibus, Extremæ-Unctionis Sacramentum ei ministretur: si tamen vel curantium negligentia, vel morbi vi, vel repentino aliquo casu sensum omnem amiserit, ut nihil planè intelligat, illius Decreti sententia vetitum non esse declaramus, quin hoc Extremæ-Unctionis Sacramentum ei ministrari liceat, si modò adhuc vivus, & dum usum rationis haberet, pii animi significationem dederit, ut inde judicari possit, eum hoc Sacramentum petiturum, si adhuc integra mente esset.*

Quæst. 6. Potest-ne hoc Sacramentum bis eidem ægroto ministrari?

Resp.

Resp. Hanc quæstiunculam egregiè dissolvit Concilium Tridentinum : *Declaratur*, inquit, *etiam, esse hanc unctionem infirmis adhibendam, illis verò præsertim, qui tam periculosè decumbunt, ut in exitu vitæ constituti videantur, unde & Sacramentum exeuntium nuncupatur. Quod si infirmi post susceptam hanc unctionem convaluerint, iterum hujus Sacramenti subsidio juvari poterunt, cùm in aliud simile vitæ discrimen inciderint.* Cõc. Trid. sess. 14. de Extrem. Unct. c. 3.

Observat autem sanctus Thomas : *Esse quasdam diuturnas ægritudines, qualis est ethica & hydropisis, & hujusmodi; & in talibus non debet fieri Vnctio, nisi quando videntur perducere ad periculum mortis; & si homo illum articulum evadat, eadem infirmitate durante, & iterum ad similem statum per illam ægritudinem reducatur, iterum potest inungi, quia jam quasi est alius infirmitatis status, quamvis non sit alia infirmitas simpliciter.* S. Th. supplem. 3. p. q. 33. art. 2. in corp.

Quæst. 7. Potest-ne phreneticis & furiosis hoc Sacramentum administrari?

Resp. Non potest, si semper tales sint aut fuerint ; quia ut ait Divus Thomas : *Illis qui non possunt recognoscere, & cum devotione suscipere hoc Sacramentum, dari non debet, & præsertim furiosis & amentibus.* S. Th. in 2. sent. dist. 23. quæst. 2. art. in respons. ad 3. quæst.

Quoniam quidem in iis nullæ sunt peccatorum reliquiæ, sicut & in infantibus, à quibus indigeant purgari.

Infirmis autem, ut habetur in Rituali Romano, qui dum sanâ mente & integris sensibus essent, illud petierunt, seu verisimiliter petiissent, seu dederunt signa contritionis, etiamsi deinde loquelam amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, nihilominùs præbeatur.

Sed si infirmus, dum phrenesi aut amentiâ laborat, verisimiliter posset quidquam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur omninò.

Caput III.

De necessitate & effectibus Sacramenti Extremæ-Unctionis.

Quæst. 1. **P**ERCEPTIO hujus Sacramenti est-ne de necessitate præcepti?

Resp. Perceptio hujus Sacramenti videtur esse præcepta periculosè laborantibus, ut probatur ex his Divi Jacobi verbis: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ.* Et ut ait Concilium Tridentinum: *Nec verò tanti Sacramenti contemptus, absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus-sancti injuria, esse potest.*

Jacob. c. 5.

Cõc. Trid. sess. 14. c. 3.

Necessitas hujus Sacramenti probatur ex fine, propter quem institutum est.

Nam, ut ait idem Concilium Tridentinum: *Clementissimus Redemptor noster Extremæ-Unctionis Sacramento finem vitæ tanquam firmissimo quodam præsidio munivit; nam etsi adversarius noster occasiones per omnem vitam quærat, & captet, ut devorare animas nostras quoquo modo possit; nullum tamen tempus est, quo vehementiùs ille omnes suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos nos penitùs, & à fiducia etiam, si possit, divinæ misericordiæ deturbandos, quàm cum impendere nobis exitum vitæ perspicit.* Quæ qui-

Cõc. Trid. sess. 14. de Sacram. Extrem. Unct. in principio.

quidem verba hujus Sacramenti necessitatem satis declarant.

Quæst. 2. Quinam sunt effectus Sacramenti Extremæ-Unctionis?

Resp. Explicantur, ut ait Concilium Tridentinum, per hæc beati Jacobi verba: *Oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei*. Hinc constat, duos esse principales hujus Sacramenti effectus, alterum ad corpus, alterum ad animam pertinentes.

Quæst. 3. Quinam sunt effectus pertinentes ad corpus?

Resp. *Sanitatem corporis interdum, ubi saluti animæ expedierit, consequitur ægrotus*, ut ait Concilium Tridentinum. Et Divus Thomas ait: *Sicut ablutio Baptismi habet effectum corporalis ablutionis, quia etiam corporalem mundationem facit: Ita etiam Extrema-Unctio habet effectum corporalis medicationis, scilicet corporalem sanationem... Sed hæc est differentia, quia corporalis ablutio ex ipsa naturali proprietate elementi facit corporalem mundationem, & ideò semper eam facit. Sed Extrema-Unctio non facit corporalem sanationem ex proprietate naturali materiæ, sed ex virtute divina, quæ operatur rationabiliter. Et quia ratio operans nunquam inducit secundarium effectum, nisi secundùm quod expedit ad principalem: ideo ex hoc Sacramento non sequitur corporalis sanatio semper, sed quando expedit ad spiritualem sanationem: & tunc semper eam inducit, dummodò non sit impedimentum ex parte recipientis.*

Sess. 14. c. 2. S. Th. in 4. sent. dist. 23. q. 1. a. 2. in resp. ad 2. quæst.

Quæst. 4. Quinam sunt effectus hujus Sacramenti respectu animæ.

Resp. Quatuor sunt. Primum locum videtur obtinere gratia sanctificans, quod ei

Cõc. Trid. sess. 14. Can. 2. cum reliquis Sacramentis commune est; quod definitum fuit à Concilio Tridentino, his verbis: *Si quis dixerit, Sacram infirmorum Unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos, Anathema sit.*

Secundus ejus effectus est, arma viresque dare, quibus fortiter resistere possimus insultibus, quos dæmon communis generis nostri inimicus inferre solet in extremis laborantibus; quanquam enim per totum vitæ tempus omnia quæ possit ad nos perdendos adhibere soleat media, tum potissimùm artes omnes suas & astutias hic serpens exercet, ut nos in peccata præcipites agat, in hoc ultimo vitæ discrimine: conatur enim nos in desperationem impellere, & fiduciam illam nobis eripere, quam in paterna Dei misericordia collocare debemus. Quocirca idem Concilium Tridentinum ait: Sess. 14. c. 2. *Ægroti animam alleviat, & confirmat, magnam in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus sublevatus, & morbi incommoda ac labores leviùs fert, & tentationibus dæmonis calcaneo insidiantis faciliùs resistit.*

S. Gregor. hom. 39. in Euang. *Qui sunt*, inquit S. Gregorius Papa, *humanæ animæ majores inimici, quàm maligni spiritus, qui animam à corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam, deceptoriis adulationibus fovent, quam vallo circumdant; quia ante mentis ejus oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, hanc ad societatem suæ damnationis trahentes coarctant, ut in ipsa extremitate vitæ deprehensa, & à quibus hostibus circumclusa sit, videat, & tamen evadendi exitum invenire non possit.*

Un-

Unde in hujuſcemodi periculis deeſſe non debent Parochi, ut oves ſibi commiſſas à luporum rabie in hac decretoria æternitatis circumſtantiâ liberare poſſint; id graviter ſtatuit Cardinalis Carolus Cicerus in Synodo Comenſi, his verbis: *Durus eſt ſermo, quòd qui in infirmitatibus languent, & hominem præſtolantur, per quem in piſcinam mittantur, levitam non habeant, qui oleum & vinum in lenitatis ſpiritu plagis infundat, infirmum conſolidet, ſanet, aut ſoletur ægrotum; & à Curatis ipſis, medicis nempe eorum curationi addictis, debita illis cura non impendatur; cum vix manibus impoſitis per ſacramentorum miniſtrationem, ægrotantium infirmitatibus per paternas viſitationes nonnulli condolere & compati dedignentur, prout ſuper inde frequentes querimoniæ delatæ ſunt.* Syno d. Comenſis, an. 1686. c.6. n. 5.

Durius tamen eſt, quod infirmos in ſingulari conflictu certantes cum inferis poteſtatibus, hoc eſt, ſagittariis & fundibulariis, univerſo tentationum genere agonem gravantibus, Parochi gladio ſpiritus galeaque ſalutis negligant præmunire. Quamobrem, ad eorum ſocordiam excitandam, ſicut per Vicarios foraneos à populis frequenter inquiri mandamus, an animarum Rectores, in infirmorum viſitatione, viſcera miſericordiæ gerant; ita iis injungimus, ſub arbitraria pœna, ut agonizantibus opem, per animæ commendationem, aliaque ſalutaria ſubſidia, charitate magiſtra, ubi moniti fuerint, diſcretè impendere non omittant.

Et in Synodo Viterbienſi Cardinalis Tiberii Muti, obſervatur, quòd *licèt omni tempore Parochis curandum ſit, ut oves paſtorali curæ ſuæ commiſſæ, nihil eorum deſiderent, quæ ad ſalutem faciunt animarum; tunc præſertim id ſumma diligentia præſtandum erit,* Synod. Viterbien. ann. 1614. cap. 15.

erit, quando infirmus in ultimo vitæ suæ agone constitutus, acriora cum Diabolo cogitur inire certamina, & tum animi tum corporis viribus deficientibus, ne succumbat valdè timendum est. Idcircò mandamus, ut parochianis suis in tanto periculo constitutis indeficienter assistant, illos consolentur, & hortentur, ut à curis, periculis, atque amore momentaneæ hujus vitæ, ad spem & desiderium mentem erigant salutis æternæ, à dæmone incussum timorem contemnant, à divina misericordia peccatorum suorum non desperent condonationem: si in aliquo conscientiam suam gravari sentiant, onus desponant: ac ne consanguineorum, amicorum, & familiarium mœrore & ploratibus, à cœlestis illius patriæ, propter peccata nostra, à Iesu Christo Domino Nostro effusi sanguinis, & mox futuri de se judicii consideratione distrahantur, in quantum corporis cura, quæ prætermittenda nulla ratione est, concedit, è loco, ubi jacet infirmus, hujusmodi alienandæ mentis occasiones removeantur.

Tertius effectus Sacramenti Extremæ Unctionis est, delere peccata venialia, & etiam mortalia, quando ægrotus veram eorum concipit contritionem, & facultatem non habuit ea confitendi: Idcircò B. Jacobus Apostolus ait, *Et si in peccatis sit*, scilicet infirmus, *remittentur ei*: Et, ut ait Concilium Tridentinum ibidem: *Delicta si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit*. Quod quidem, secundùm Divum Thomam, intelligi debet tam de mortali, quàm de veniali peccato; sic enim ait: *Si invenit peccatum aliquod vel mortale vel veniale, quoad culpam, tollit ipsum, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis.*

Quartus denique & ultimus hujus Sacramen-

menti effectus, qui ei maximè proprius est, est animam à reliquiis peccati liberare; datur enim, ut ait Divus Thomas loco mox citato, *Contra illos defectus, quibus homo spiritualiter infirmatur, ut non habeat perfectum vigorem ad actus vitæ gratiæ, vel gloriæ; & hic defectus nihil aliud est, quàm quædam debilitas & ineptitudo, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali: & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc Sacramentum.* S. Tho. in suppl. 3. p. q. 30. art. 1. in corp.

Omnes autem hi effectus tam insignes producti à Sacramento Extremæ-Unctionis, excitare debent Pastores, ne quidquam prætermittant, vel negligant, ut tale auxilium præbeant infirmis, quando eis magis prodesse potest ob bonas dispositiones ægroti, neve expectent extremum vitæ discrimen, in quo vi morbi solent ita premi, ut non possint bene se præparare ad recipiendas gratias, quæ in extremo illo conflictu adeò sunt necessariæ. His quoque uti possunt rationibus Parochi, ut sibi commissos populos adhortentur ad hoc divinum remedium obtinendum, quod adeò illis utile futurum est, ut implacabilem suum hostem superent, & æternæ vitæ aditum sibi parent, quæ eorum victoriæ futura est merces magna nimis.

Quæst. 5. Quid est Oratio fidei, de qua S. Jacobus loquitur?

Resp. Per orationem fidei potest, Primò intelligi oratio communis, quâ Sacerdos Sacramentum administrans, & adstantes invocant Deum, ut infirmo periclitanti salutem animæ, & corporis, si ad ejus salutem sit profutura, impertiatur.

Secundò, Oratio fidei propriè loquendo, est forma Sacramenti Extremæ-Unctionis; quæ quidem forma, cùm sit deprecatoria, seu

ſeu per modum Orationis, neceſſariò adjunctam habet fidem, cui veluti radici, Oratio, tanquam ejus primus fructus, adſcribitur.

Tertiò, dicitur Oratio fidei, quia fides complectitur & ſignificat omnes virtutes quæ ex ipſa proſiliunt.

Quartò, dicitur Oratio fidei, quia pro ſolis fidelibus eſt inſtituta, & proficiſcitur ex fide Eccleſiæ, cujus Sacerdos hujus Sacramenti miniſter perſonam ſuſtinet.

Denique, quia Oratio, quæ ſacræ Unctionis formam conſtituit, totque præſtantes effectus, ſi modò fides commendet, & hos qui precantur, & illum pro quo deprecantur, in ſuſcipientium animis ingenerat, ſola fide intelligitur, utpotè quæ magnum Myſterium fidei contineat.

Caput IV.

Quænam Diſpoſitiones ad legitimam hujus Sacramenti perceptionem exiguntur.

Quæſt. I. QUænam diſpoſitiones exiguntur ad hoc Sacramentum ritè ſuſcipiendum?

Reſp. Præſuppoſitis diſpoſitionibus remotis, ut qui ungendus eſt oleo ſacro, ſit Baptiſmi Sacramento initiatus; ut periculosè decumbat, ut ſit adultus, id eſt, ad rationis uſum pertigerit, ut nullâ excommunicationis notâ ſit innodatus: His, inquam, præſuppoſitis, inter diſpoſitiones proximas & internas, primum locum obtinet, ut ægrotus ſi in ſtatu gratiæ, *Quoniam*, ut ait Sanctus Carolus, *nihil Sacramenti*

gra-

gratiam magis impedit, quàm mortiferi alicujus peccati conscientia; idcirco in eo ministrando usum consuetudinemque hanc tenebit, ut si fieri potest, infirmum non ante ungat, quàm peccata confessus sit. Et ut habet Rituale Romanum: *In quo illud imprimis ex generali Ecclesiæ consuetudine observandum est, ut si tempus, & infirmi conditio permittat, ante Extremam-Unctionem, Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta infirmis præbeantur.* Sin autem morbi vis ita impediat ægrotum, ut confiteri non possit, eum Presbyter excitare debet, ut verum sui peccati dolorem concipiat, ejusque remissionem ita mereatur: Si verò nulla possit indicia Pœnitentiæ præbere, sive quia in phrenesim incidit, aut alio quovis modo vi morbi oppressus est, eo tamen Sacramento Parochus eum privare non debet, si probabiliter judicet, sive ex bona ægroti vita, sive ex præcedenti desiderio recipiendi Sacramenta, ægrotum hoc Sacramentum petiturum, si posset: Quoniam, ut ait Divus Augustinus: *Multò satius est nolenti dare, quàm volenti negare, ubi velit an nolit non apparet; attamen credibilius est, eum si posset, velle se potiùs dicturum fuisse.*

Actor. p. 4. Instruct. Extrem. Unct.

S. Aug. lib. de Adult. conjug. cap. ult.

Et, ut ait S. Antoninus, *Sacramentum Extremæ-Unctionis dari potest, dummodo appareant signa Pœnitentiæ in eo, nec in aliquo alio notorio mortali inveniatur.*

S. Ant. 3. p. tit. 14. c. 8. §. 3.

Et ut habetur in Canone, *Non pœnitentibus illud infundi non debet.* Et, ut legitur in Rituali Romano: *Impœnitentibus verò, & qui in manifesto peccato mortali moriuntur, & excommunicatis, & nondum baptizatis penitùs denegetur.*

Can. Illud, dist. 95.

Licèt autem infirmus confessus fuerit, eum tamen Parochus excitare debet ad

ma-

magnum de peccatis suis concipiendum dolorem, præsertim verò de iis, quæ malo sensuum usu commisit, quibus applicari debent Unctiones.

Secunda dispositio ad hoc Sacramentum cum fructu suscipiendum, est magna gratiæ & virtutis hujus Sacramenti fides, & fiducia comparanda cum illa, qua se sistebant Christo & Apostolis, quotquot ab iis animæ, corporisque sanitatem impetrare gestiebant, ut ait Sanctus Carolus, *Ut ea fide*, inquit, *se ungendum præbeat, qua olim qui à sanctis Apostolis sanandi erant*: Quoniam vivâ imprimis fide, cum ferventi Oratione conjunctâ, hujus Sacramenti effectus percipitur: *Oratio enim Fidei*, ut ait S. Jacobus, *salvabit infirmum*. Quocirca Sacerdos hoc Sacramentum administraturus, debet hortari, & excitare præsentes ad orandum pro infirmo, ut à Deo consequatur per hujus Sacramenti applicationem, gratiam quam conferre debet, quæ tantoperè necessaria est in hoc ultimo vitæ discrimine, in quo de æternitate agitur.

Actor. p. 4. tit. Quæ Præp. ad Extrem. Unct. adhibenda.

Quæst. 2. Quænam sunt dispositiones externæ, & cæremoniæ observandæ in administratione Sacramenti Extremæ-Unctionis?

Resp. Sic præscribuntur in Rituali Romano de Sacramento Extremæ-Unctionis: *Sacerdos hoc Sacramentum ministraturus*, quatenùs fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappâ candidâ coopertam, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in septem globulos distinctum, ad distergendas partes inunctas; medullam panis ad distergendos digitos, & aquam ad abluendas Sacerdotis manus; ceream item candelam, quæ deinde accensa ipsi ungenti lumen præbeat. Denique ope-

operam dabit, ut quantâ poterit munditiâ ac nitore hoc Sacramentum ministretur. Deinde convocatis Clericis, seu Ministris, vel saltem uno Clerico, qui crucem sine hastâ, aquam benedictam cum aspersorio, & librum Ritualem deferat, ipse Parochus decenter accipit vas sacri olei infirmorum, sacculo serico violacei coloris inclusum, illudque cautè deferat, ne effundi possit. Quòd si longiùs iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel aliàs adsit periculum effusionis, vas olei sacculo aut bursa inclusum, ut dictum est, ad collum appendat, ut commodiùs, & securiùs præferat; procedat autem sine sonitu campanulæ, & ut pleniùs in Rituali Romano habetur.

DECRETA SS. D. N. ALEXANDRI PAPÆ VII.

Adverſus laxas Caſuiſtarum opiniones.

Feria V. die 24. Septembris 1665.

In Congregatione generali ſanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſſimo D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus, à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

SAnctiſſimus D. N. audivit non ſine magno animi ſui mœrore, complures opiniones Chriſtianæ diſciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquas iterum ſuſcitari, partim noviter prodire; Et ſummam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excreſcere, per quam in rebus ad conſcientiam pertinentibus, modus opinandi irrepſit alie-

nus

nus omninò ab Euangelica simplicitate, sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam esse definivit, in animarum perniciem dilatari, seu veriùs perverti contingeret, idem Sanctissimus D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, lataque, per quam itur ad perditionem, via, pro Pastorali sollicitudine in rectam semitam evocaret, earumdem opinionum examen pluribus in sacra Theologia Magistris, & deindè Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus seriò commisit: Qui tantum negotium strenuè aggressi, eique sedulò incumbentes, & maturè discussis usque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati suę singillatim exposuerunt.

1. Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum *fidei, spei, & charitatis*, ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3. Sententia asserens, Bullam Cœnæ solùm prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Julii in Consistorio sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium visa, & tolerata est.

4. Prælati Regulares possunt in foro con-

conſcientiæ abſolvere quoſcumque ſęculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.

5. Quamvis evidenter tibi conſtet, Petrum eſſe hęreticum, non teneris denunciare, ſi probare non poſſis.

6. Confeſſarius, qui in Sacramentali Confeſſione tribuit Pœnitenti chartam poſteà legendam, in qua ad venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in Confeſſione, ac proinde non eſt denunciandus.

7. Modus evadendi obligationem denunciandæ ſollicitationis eſt: Si ſollicitatus confiteatur cum ſollicitante, hic poteſt ipſum abſolvere abſque onere denunciandi.

8. Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licitè accipere, applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus, ipſime tcelebranti correſpondentem, idque poſt Decretum Urbani VIII.

9. Poſt Decretum Urbani poteſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ traduntur, per alium ſatisfacere collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendii ſibi retenta.

10. Non eſt contra juſtitiam, pro pluribus ſacrificiis ſtipendium accipere, & ſacrificium unum offerre; Neque etiam eſt contra fidelitatem, etiamſi promittam promiſſione etiam juramento firmata, danti ſtipendium, quòd pro nullo alio offeram.

11. Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſam, non tenemur in ſequenti confeſſione exprimere.

12. Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.

13. Sa-

13. Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.

14. Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.

15. Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius Pœnitentiam adimpleat.

16. Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem, non approbatum ab Ordinario.

17. Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.

18. Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam judicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

19. Non peccat Maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.

20. Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam judicis, eo quòd sit pœna.

21. Habens Cappellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet.

22. Non est contra justitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa Beneficia Ecclesiastica

pecunia interveniente non exigit illam pro collatione Beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23. Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subjicere præcepto.

24. Mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ; ideoque sufficit dicere in Confessione, se procurasse pollutionem.

25. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicens: commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

26. Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.

27. Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet, rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.

28. Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à principe promulgatam.

Quibus peractis, dum similium propositionum examini cura, & studium impenditur, intereà idem Sanctissimus re maturè considerata statuit, & decrevit, prædictas propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum, tanquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet; itaut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim, docuerit, & defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim, tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto in-

incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione divini judicii prohibet omnibus Christi fidelibus, cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, & etiam speciali specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus sanctæ Romanæ, & Vniversalis Inquisitionis Not. &c.

Loco ✠ Sigilli.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu-Christi, millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, Indictione tertia, die verò 2. mensis Octobris; Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Alexandri divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Vrbis, per me Carolum Melanum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ, & SS. Inquisitionis Cursorem.

Feria V. die 18. Martii 1666.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SAnctissimus D. N. post latum Decretum die 24. Septembris proximè elapsi, quo viginti octo propositiones damnatæ fuerunt, examinatis sedulò, & accuratè usque ad hanc diem infrascriptis aliis quadragesimum quintũ numerum implentibus, per plures in sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reverendissimos DD. Cardinales adversus hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, eorum suffragia singillatim super unaquaque ipsarum audivit.

Propositio 29. In die Jejunii qui sæpiùs modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.

30. Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii; nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.

31. Excusantur absolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, ut cumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.

32. Non est evidens, quòd consuetudo non

non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem Horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

34. In die Palmarum recitans Officium Paschale, satisfacit præcepto.

35. Unico Officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientiæ uti Privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiæ concessæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodie sunt revalidatæ.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimùm, est consilium, non præceptum.

39. Illa particula *quamprimùm* intelligitur, cùm Sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantùm veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

41. Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò *regalo*, dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. Annuum legatum pro anima relictum non durat plusquàm per decem annos.

44. Quoad forum conscientiæ, Reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant censuræ.

45. Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, prædictas propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimùm tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: itaut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim, docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione divini judicii prohibet omnibus Christi fidelibus, cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus sanctæ Romanæ, & Vniversalis Inquisitionis Notarius.

Loco ✠ Sigilli.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu-Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo-sexto, Indictione quarta, die verò 13. mensis Martii, Pontificatus autem Sanctissimi in

Chri-

Christo Patris D. N. D. Alexandri, divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Carolum Melanum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Feria V. die 2. Martii 1679.

In generali Congregatione sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Vaticano coram Sanctissimo D. N. D. Innocentio divina Providentia Papa XI. ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SAnctissimus D.N. Innocentius Papa XI. prædictus, ovium sibi à Deo creditarum saluti sedulò incumbens, & salubre opus in segregandis noxiis doctrinarum pascuis ab innoxiis à fel. rec. Alexandro VII. Prædecessore suo inchoatum prosequi volens, plurimas propositiones partim ex diversis, vel libris, vel thesibus, seu scriptis excerptas, & partim noviter adinventas Theologorum plurium examini, & deinde Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus subjecit. Quibus propositionibus sedulò, & accuratè sæpiùs discussis eo-

eorundem Eminentissimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem suam auditis. Idem Sanctissimus D.N. re postea maturè considerata, statuit, & decrevit pro nunc sequentes propositiones, & unamquamque ipsarum, sicut jacent, ut minimùm tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas, esse damnandas, & prohibendas, sicuti eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas sua per hoc Decretum alias propositiones in ipso non expressas, & Sanctitati suæ quomodolibet, & ex quacumque parte exhibitas, vel exhibendas, ullatenùs approbare.

1. Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2. Probabiliter existimo, judicem posse judicare juxta opinionem etiam minùs probabilem.

3. Generatim dum probabilitate, sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

4. Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minùs probabili.

5. An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantùm in vita eliceret, condemnare non audemus.

6. Probabile est, ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum charitatis erga Deum.

7. Tunc

7. Tunc solùm obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, quâ justificari possimus.

8. Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modò non obsit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.

9. Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitùs caret culpa, ac defectu veniali.

10. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11. Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

12. Vix in sæcularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantùm ex superfluo statui.

13. Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.

14. Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirùm ei obventura est pinguis hæreditas.

15. Licitum est filio gaudere de parricidio Parentis à se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias indè ex hæreditate consecutas.

16. Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundùm se.

17. Satis est actum fidei semel in vita elicere.

18. Si à potestate publica quis interroge-

tur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo & fidei gloriosum consulo, tacere, ut peccaminosum per se non damno.

19. Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

20. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat, supernaturalem.

21. Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem, stat cum notitia solùm probabili revelationis; imò cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

22. Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

23. Fides latè dicta ex testimonio Creaturarum, similive motivo, ad justificationem sufficit.

24. Vocare Deum in Testem mendacii levis, non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25. Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.

26. Si quis, vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod revera fecit; intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verbum, revera non mentitur, nec est perjurus.

27. Causa justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis

tutis actum, itaut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

28. Qui mediante commendatione, vel munere, ad Magistratum, vel Officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

29. Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.

30. Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

31. Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.

32. Non solùm licitum est defendere defensione occisiva, quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.

33. Licitum est tam hæredi, quàm legatario, contra injustè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere, sicut & jus habenti in Cathedram, vel Præbendam contra eorum possessionem injustè impedientem.

34. Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.

35. Videtur probabile, omnem fœtum, quamdiù in utero est, carere anima rationali, & tunc primùm incipere eamdem habere, cùm paritur, ac consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

36. Permissum est furari, non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

37. Famuli, & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

38. Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

39. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

40. Contractus Mohatra licitus est etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis prævie inito, cum intentione lucri.

41. Cùm numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quàm futuram, potest creditor aliquid ultrà sortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

42. Usura non est, dum ultrà sortem aliquid exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solùm si exigatur tanquam ex justitia debitum.

43. Quidni non nisi veniale sit, detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam falso crimine elidere?

44. Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat. Etsi hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

45. Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed dumtaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solùm

lùm gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.

46. Et id quoque locum habet, etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale; imò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quàm res spiritualis.

47. Cùm dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles, ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium, vel primò videtur per hoc digniores non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; vel secundò locutione minùs propria ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertiò, quando fit concursus.

48. Tam clarum videtur, fornicationem secundùm se nullam involvere malitiam, & solùm esse malam, quia interdicta, ut contrarium omninò rationi dissonum videatur.

49. Mollities jure naturæ prohibita non est. Unde si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

50. Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

51. Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandum virginem, & multoties eidem subservit, deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à domino malè tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

52. Præceptum servandi Festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

53. Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imò quatuor simul à diversis celebrantibus audit.

54. Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem.

55. Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem.

56. Frequens Confessio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.

57. Probabile est, sufficere attritionem naturalem, modò honestam.

58. Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.

59. Licet Sacramentaliter absolvere dimidiatè tantùm confessos ratione magni concursus Pœnitentium, qualis v.g. potest contingere in die magnæ alicujus Festivitatis, aut Indulgentiæ.

60. Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio; dummodò ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.

61. Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere; quinimmò directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.

62. Proxima occasio peccandi non est fu-

fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.

63. Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.

64. Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat Mysterium sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri Jesu-Christi.

65. Sufficit illa Mysteria semel credidisse.

Quicumque autem cujusvis conditionis, status, & dignitatis, illas, vel illarum aliquam conjunctim, vel divisim defenderit, vel ediderit, vel de eis disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem latæ sententiæ, à quâ non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quamcumque etiam dignitate fulgente, nisi pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione divini judicii prohibet omnibus Christi fidelibus, cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Tandem, ut ab injuriosis contentionibus Doctores, seu Scholastici, aut alii quicumque imposterum se abstineant, & ut paci & charitati consulatur, idem Sanctissimus in virtute sanctæ Obedientiæ eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quàm in Thesibus, Disputatio-

tationibus, ac Prædicationibus caveant ab omni censura, & nota, necnon à quibuscumque conviciis contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc indè controvertuntur, donec à S. Sede recognitæ, super iisdem propositionibus judicium proferatur.

Franciscus Riccardus sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notar.

Loco ✠ Sigilli.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu-Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo nono, Indictione secunda, die verò 4. mensis Martii, Pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ XI. anno tertio, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campli Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Franciscum Perinum ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Feria V. die 23. Novembris 1679.

In Generali Congregatione sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo D. N. D. Innocentio divina Providentia Papa XI. ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

CUm supradictis Eminentissimis, & Reverendissimis DD. delatæ fuerint hæ duæ propositiones, *Deus donat nobis omnipotentiam suam, ut ea utamur, sicut aliquis donat alteri villam, vel librum*; &, *Deus subjicit nobis suam omnipotentiam*; eorumdem jussu per Theologos ad id specialiter SS. D. N. relata, & coram sua sanctitate proposita unà cum votis ipsorum Eminentissimorum, RR. DD. S. R. E. Cardinalium, Sanctitas sua decrevit, & mandavit, ut ambæ propositiones omninò prohiberentur, sicut eas præsenti Decreto damnat, & prohibet, uti temerarias ad minimum, & novas, mandatque, ne quisquam deinceps, cujuscumque sit gradus, Ordinis, aut conditionis, illas, vel illarum alterutram audeat imprimere, vel imprimi facere, sive scriptis, aut etiam ore tenùs docere, vel asserere; sub pœnis, & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, aliisque Sanctitati suæ benè visis.

Franciscus Riccardus S. Romanæ Ecclesiæ, & universalis Inquisit. Secr.

Loco ✠ Sigilli.

Die

Die 2. Decembris 1679. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Vrbis, per me Franciscum Perinum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ, & sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Feria V. die 24. Augusti 1690.

In generali Congregatione sanctæ Romanæ, & Vniversalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo D. N. Alexandro divina Providentia Papa VIII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SAnctissimus D.N. Alexander Papa VIII. non sine magno animi sui mœrore audivit, duas Theses, seu propositiones, unam denuò, & in majorem Fidelium perniciem suscitari, alteram de novo erumpere. Et cùm sui Pastoralis Officii munus sit, oves sibi creditas à noxiis pascuis avertere, & ad salutaria semper dirigere, dictarum Thesium, sive propositionum examen pluribus in sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus sedulò commisit; qui pluries re maturè discussa, infra scriptis Thesibus, seu propositionibus, super unaquaque ipsarum sua

suf-

suffragia Sanctitati suæ singillatim exposuerunt.

I. *Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali: Formalis verò in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè, hunc homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decursu vitæ suæ mortalis.*

II. *Peccatum philosophicum, seu morale est actus humanus disconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi: Theologicum verò, & mortale est transgressio libera divinæ legis. Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.*

Quibus peractis, Sanctissimus, omnibus plenè, & maturè consideratis, primam Thesim, seu propositionem declaravit hæreticam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet sub Censuris, & pœnis contra hæreticos, & eorum fautores in jure expressis; secundam Thesim, seu propositionem declaravit scandalosam, temerariam, piarum aurium offensivam, & erroneam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet, ita ut quicumque illam docuerit, defenderit, ediderit, aut de ea etiam disputaverit publicè, seu privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi. Insuper districtè in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione divini Judicii prohibet omnibus

nibus Christi fidelibus, cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictam Thesim, seu propositionem ad praxim deducant.

Alexander Speronus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco ✠ Sigilli.

Die 24. Augusti 1690. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii sancti Officii, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Franciscum Perinum SS. D. N. Papæ & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

SAN-

SANCTISS. D. N. D.

INNOCENTII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XII.

Damnatio, & prohibitio libri Parisiis anno MDCXCVII. impressi, cui titulus,

Explication des Maximes des Saints sur la Vie interieure, &c.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUm aliàs ad Apostolatus Nostri notitiam pervenerit, in lucem prodiisse librum quemdam Gallico idiomate editum, cui titulus: *Explication des Maximes des Saints sur la Vie interieure, par Messire François de Salignac Fenelon, Archeveque Duc de Cambray, Precepteur de Messeigneurs les Ducs de Bourgogne, d'Anjou, & de Berry. A Paris chez Pierre Aubouin, Pierre Emery, & Charles Clousier.* 1697. Ingens verò subinde de non sana libri hujusmodi doctrina ex-

excitatus in Galliis rumor adeò percrebuerit, ut opportunam Pastoralis vigilantiæ nostræ opem efflagitaverit, nos eumdem librum nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus, aliisque in sacra Theologia Magistris, maturè, ut rei gravitas postulare videbatur, examinandum commisimus. Porrò hi mandatis nostris obsequentes, postquam in quamplurimis Congregationibus varias propositiones ex eodem libro excerptas diuturno, accuratoque examine discusserunt, quid super earum singulis sibi videretur, tam voce, quàm scripto, nobis exposuerunt. Auditis igitur in pluribus itidem coram nobis desuper actis Congregationibus memoratorum Cardinalium, in sacra Theologia Magistrorum sententiis, Dominici Gregis Nobis ab Æterno Pastore crediti periculis, quantum nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, librum prædictum ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione hucusque impressum, aut in posterum imprimendum, quippe ex cujus lectione, & usu fideles sensim in errores ab Ecclesia Catholica jam damnatos induci possent, ac insuper tanquam continentem propositiones, sive in obvio earum verborum sensu, sive attenta sententiarum connexione, temerarias, scandalosas, malè sonantes, piarum aurium offensivas, in praxi perniciosas, ac etiam erroneas respectivè, tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ipsiusque libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum, omnibus, & singulis Christi fidelibus etiam specifica, & indivi-
dua

dua mentione, & expreſſione dignis, ſub pœna excommunicationis, per contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrenda, interdicimus, & prohibemus. Volentes, & Apoſtolica auctoritate mandantes, ut quicumque ſupradictum librum penes ſe habuerint, illum ſtatim, atque præſentes litteræ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus tradere, ac conſignare omninò teneantur. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Cæterùm propoſitiones in dicto libro contentæ, quas Apoſtolici cenſura judicii, ſicut præmittitur, configendas duximus, ex Gallico idiomate in latinum verſæ, ſunt tenoris, qui ſequitur, videlicet: *I. Datur habitualis ſtatus amoris Dei, qui eſt Charitas pura, & ſine ulla mixtione motivi proprii intereſſe. Neque timor pœnarum, neque deſiderium remunerationum habent ampliùs in eo partem. Non amatur ampliùs Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in eo amando inveniendam. II. In ſtatu vitæ contemplativæ, ſeu unitivæ, amittitur omne motivum intereſſatum timoris, & ſpei. III. Id quod eſt eſſentiale in directione animæ, eſt non aliud facere, quàm ſequi pedetentim gratiam cum infinita patientia, præcautione, & ſubtilitate. Oportet ſe intra hos limites continere, ut ſinatur Deus agere, & nunquam ad purum amorem ducere, niſi quando Deus per unctionem interiorem incipit aperire cor huic verbo, quod adeò durum eſt animabus adhuc ſibimet affixis, & adeò poteſt illas ſcandalizare, aut in perturbationem conjicere. IV. In ſtatu ſanctæ indifferentiæ anima non habet ampliùs deſideria voluntaria, & deliberata propter ſuum intereſſe, exceptis iis occaſionibus, in quibus toti ſuæ*

gra-

gratiæ fideliter non cooperatur. V. In eodem statu sanctæ indifferentiæ nihil nobis, omnia Deo volumus. Nihil volumus, ut simus perfecti, & beati propter interesse proprium, sed omnem perfectionem, ac beatitudinem volumus, in quantum Deo placet efficere, ut velimus res istas impressione suæ gratiæ. VI. In hoc sanctæ indifferentiæ statu nolumus ampliùs salutem, ut salutem propriam, ut liberationem æternam, ut mercedem nostrorum meritorum, ut nostrum interesse omnium maximum; sed eam volumus voluntate plena ut gloriam, & beneplacitum Dei, ut rem, quam ipse vult, quam nos vult velle propter ipsum. VII. Derelictio non est nisi abnegatio, seu sui ipsius renunciatio, quam Iesus-Christus à nobis in Euangelio requirit, postquam externa omnia reliquerimus. Ista nostri ipsorum abnegatio non est, nisi quoad interesse proprium. Extremæ probationes, in quibus hæc abnegatio, seu sui ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes, quibus Deus æmulator vult purgare amorem, nullum ei ostendendo perfugium, neque ullam spem quoad suum interesse proprium, etiam æternum. VIII. Omnia Sacrificia, quæ fieri solent ab animabus quàm maximè desinteressatis circa earum æternam beatitudinem, sunt conditionalia. Sed hoc Sacrificium non potest esse absolutum in statu ordinario. In uno extremarum probationum casu hoc Sacrificium fit aliquo modo absolutum. IX. In extremis probationibus potest animæ invincibiliter persuasum esse persuasione reflexa, quæ non est intimus conscientiæ fundus, se justè reprobatam esse à Deo. X. Tunc anima divisa à semetipsa expirat cum Christo in Cruce dicens: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? In hac involuntaria impressione desperationis conficit Sacrificium absolutum sui interesse proprii quoad æternitatem. XI. In hoc

statu

statu anima amittit omnem spem sui proprii interesse, sed nunquam amittit in parte superiori, id est, in suis actibus directis, & intimis spem perfectam, quæ est desiderium desinteressatus promissionum. XII. *Director tunc potest huic animæ permittere, ut simpliciter acquiescat jacturæ sui proprii interesse, & justæ condemnationi, quam sibi à Deo indictam credit.* XIII. *Inferior Christi pars in Cruce non communicavit superiori suas involuntarias perturbationes.* XIV. *In extremis probationibus pro purificatione amoris fit quædam separatio partis superioris animę ab inferiori. In ista separatione actus partis inferioris manant ex omninò cæca, & involuntaria perturbatione; nam totum quod est voluntarium, & intellectuale, est partis superioris.* XV. *Meditatio constat discursivis actibus, qui à se invicem facilè distinguuntur. Ista compositio actuum discursivorum, & reflexorum est, propria exercitio amoris interessati.* XVI. *Datur status contemplationis adeò sublimis, adeoque perfectæ, ut fiat habitualis, ita ut quoties anima actu orat, sua oratio sit contemplativa, non discursiva. Tunc non ampliùs indiget redire ad meditationem, ejusque actus methodicos.* XVII. *Animæ contemplativæ privantur intuitu distincto, sensibili & reflexo Iesu-Christi duobus temporibus diversis. Primò; in fervore nascente earum contemplationis. Secundò, anima amittit intuitum Iesu-Christi in extremis probationibus.* XVIII. *In statu passivo exercentur omnes virtutes distinctæ, non cogitando, quòd sint virtutes. In quolibet momento aliud non cogitatur, quàm facere id, quod Deus vult, & amor Zelotypus simul efficit, ne quis ampliùs sibi virtutem velit, nec unquam sit adeò virtute præditus, quàm cùm virtuti ampliùs affixus non est.* XIX. *Potest dici in hoc sensu, quòd anima passiva, & desinteressata*

nec

nec ipsum amorem vult ampliùs, quatenùs est sua perfectio, & sua felicitas, sed solum quatenùs est id, quod Deus à nobis vult. XX. *In confitendo debent animæ transformatæ sua peccata detestari, & condemnare se, & desiderare remissionem suorum peccatorum, non ut propriam purificationem, & liberationem, sed ut rem, quam Deus vult, & vult nos velle propter suam gloriam.* XXI. *Sancti Mystici excluserunt à statu animarum transformatarum exercitationes virtutum.* XXII. *Quamvis hæc doctrina* (de puro amore) *esset pura, & simplex perfectio Euangelica in universa traditione designata, antiqui Pastores non proponebant passim multitudini justorum, nisi exercitia amoris interessati eorum gratiæ proportionata.* XXIII. *Purus amor ipse solus constituit totam vitam interiorem, & tunc evadit unicum principium, & unicum motivum omnium actuum, qui deliberati, & meritorii sunt.* Non intendimus tamen per expressam propositionum hujusmodi reprobationem alia in eodem libro contenta ullatenùs approbare. Ut autem eædem præsentes literę omnibus faciliùs innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam valeat allegare, volumus pariter, & auctoritate præfata decernimus, ut illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ generalis in Monte Citorio, & in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur; ita ut sic publicatæ, omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent: Utque ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigil-

& sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quàm extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 12. Martii MDCXCIX. Pontificatus Nostri anno octavo.

J. F. Card. Albanus.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu-Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo nono, Indictione septima, die verò 13. mensis Martii, Pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ XII. anno ejus octavo, supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Magnæ Curiæ Innocentianæ, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Vrbis, per me Franciscum Perinum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Sebastianus Vasellus Mag. Curs.

CONSTITUTIO GREGORII PAPÆ XV.

Contra solicitantes in Confessionibus.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

UNiversi Dominici gregis curam, quamquam immeriti, cœlesti dispositione gerentes, sedulò invigilare tenemur, ut ab omnibus pravis contagiis conservetur immunis, multòque majori studio providere, ut omnis pestis ab iis avertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne quod Euangelica scripta nos admonent, sale infatuato non sit in quo saliatur, & ad nihilum prosit ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris quibusdam in locis provisum fuit, ut impium ac nefandum scelus, quod non solùm inter Christi fideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicet, ut aliquis Sacerdos ad sacras audiendas Confessiones deputatus, sacrosancto Pœnitentiæ Sacramento, sollicitando pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, & ex cœlesti Medico infernalis veneficus, ex Patre spirituali proditor execra-

trabilis animarum reddatur: idcircò nos ea, quæ his perniciosissimis diaboli insidiis arcendis, certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desiderentur, quantùm ex alto conceditur, providendum duximus. Aliàs siquidem à fel. record. Pio Papa IV. Prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet: Pius Papa IV. Venerabili Fratri Archiepiscopo Hispalen. in Regnis Hispaniarum hæreticæ pravitatis Inquisitori Generali. Cùm sicut nuper, non sine animi nostri molestia, accepimus, diversi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Civitatibus, & Diœcesibus curam animarum habentes, sive eam pro aliis exercentes, aut aliàs audiendis Confessionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, ut Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi Confessiones abutantur, nec illi, & qui id instituit, Domino Deo, & Salvatori nostro Jesu Christo injuriam facere vereantur; mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiant Confessiones, alliciendo, & provocando, seu allicere, & provocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum hujusmodi Creatori nostro reconciliationis graviori peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli tradendo, in divinæ Majestatis offensam, & animarum perniciem, Christi fidelium scandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quòd, qui de fide Catholica rectè sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis injuriam faciant: Fraternitati tuæ, de cujus eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimùm in Domino confidimus, per præsentes committimus, & mandamus,

quatenùs per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos, contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Civitatum, & Dioecesum de præmissis quomodolibet diffamatos, tam sæculares, quàm quorumvis etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectorum Ordinum Regulares, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & praeeminentiæ existant, tam super præmissis, quàm super Fide Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras, & juxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæresi quovis modo suspectos, à Sede Apostolica concessarum, continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos, juxta excessuum suorum qualitates, prout juris fuerit, punias, eos etiamsi & prout de jure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, sæcularis judicis arbitrio puniendos tradendo. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, nec non Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 16. Aprilis

his MDLXI. Pontificatus nostri anno secundo. Igitur, ut litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, ubique locorum inviolabiliter observentur, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, præinsertas litteras hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, illasque non solùm in prædictis Regnis Hispaniarum, sed in quibusvis Christiani Orbis partibus firmiter, & inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus, ac prætereà, ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi, ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quòd omnes, & singuli Sacerdotes, tam sæculares, quàm quorumvis, & quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares, cujuscumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quovis privilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda, in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu Confessionis hujusmodi, etiam ipsa Confessione non sequuta, sive extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiantur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibi-

dem Confeſſiones audire, ſollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſive tractatus habuerint, in Officio ſanctæ Inquiſitionis ſeveriſſimè, ut infra, puniantur: Et præterea omnes hæreticæ pravitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, & locorum univerſi Orbis Chriſtiani, in ſuis quemque Diœceſibus, & Territoriis, per has noſtras litteras, etiam privativè quoad omnes alios, ſpecialiter, ac perpetuò judices delegamus, ut ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis Fidei, juxta ſacrorum Canonum formam, necnon Officii Inquiſitionis hujuſmodi conſtitutiones, privilegia, conſuetudines, & decreta, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex hujuſmodi nefariis exceſſibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumſtantiis, ſuſpenſione ab executione ordinis, privationis Beneficiorum, Dignitatum, & Officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis activæ, & paſſivæ, ſi Regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes, & carceres, etiam in perpetuum abſque ulla ſpe gratiæ, aliaſque pœnas decernant, eos quoque ſi pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ ſæculari puniendos tradant. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Inquiſitoribus, ne delictum tam enorme, & Eccleſiæ Dei tam pernicioſum remaneat ob probationum defectum impunitum, cùm difficilis ſit probationis, teſtibus, etiam ſingularibus, concurrentibus præſumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis deli-

delictum probatum esse, arbitrio suo judicandi, & Curiæ sæculari, ut præfertur, reum tradendum esse pronunciandi. Non obstantibus omnibus, quæ dictus prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque: mandantes omnibus Confessariis, ut suas pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra, sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, ut præfertur, tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis; quod si officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra ubique habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quòdque eędem præsentes litteræ, seu illarum exempla, ad valvas Basilicarum sancti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1622. Pontificatus nostri anno secundo.

S. Card. S. Susannæ.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu-Christi millesimo, sexcentesimo, vigesimo secundo, Indictione quinta, die verò prima

mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris D. N. Gregorii divina Providentia Papæ XV. anno ejus secundo, retroscripta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandinantem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octavius Spada Mag. Curs.

Lettera della Sacra Congregatione del Santo Officio, sopra la Bolla di Gregorio IV. contra solicitantes.

REv. P. Doppo essersi havuta longa e matura consideratione sopra il dubio significato da diverse bande, se i penitenti siano obligati a denuntiare i Confessori, da quali sono stati sollicitati nel luogo e atto della Confessione, quando hanno acconsentito alla sollecitatione: Nostro Signore, e questi miei Signori Eminentissimi, in Congregatione tenuta avanti sua Santità a 25. Luglio passato, doppo haver anche inteso il parere d'una particolar Congregatione deputata a quest'effetto, hanno risoluto, che qualsivoglia penitente è tenuto a denuntiare il Confessore, dal quale sarà stato sollecitato nel luogo, & atto della Confessione, ancor che gli habbia consentito, e non è tenuto a propalare il proprio consenso, ne sopra ciò s'interroghi dal Vescovo, ò dall'Inquisitore, ò da' loro Vicarii, avanti i quali deporrà: ne meno il Confessore denuntiato, procedendosi poi contro di lui, ne i costituti

turi che fegli faranno, s'interroghi fopra detto confenfo, & in cafo ch'egli voleffe dirlo da fe, non fi fcriva il fuo detto, come cofa in ordine alla perfona follecitata non fpettante al Sant'Officio della Santa Inquifitione. Le parti dunque di V. R. fono di fignificar a Confeffori della rifolutione, e d'incaricargliene ftrettamente l'offervanza, accio ne i cafi, che occorrono alla giornata, conforme al tenore della Conftitutione publicata da Gregorio XV. di fan. mem. contro i Confeffori follecitanti, fignifichino à i penitenti l'obligo, che hanno di denunciar'i Confeffori, da quali faranno ftati follecitati, & havendoli confentito, e facendo difficoltà di fcoprire il proprio confenfo, conforme alla rifolutione che fi è fatta, gli dichino apertamente, che non fono tenuti a propalare il detto confenfo, e che tanto i penitenti, quanto i Confefforifollecitanti, procedendofi contro di loro, non faranno di cio interrogati, e dicendolo da fe, non fi fcriverà ne riceverà il detto loro. E quando il Penitente perfifteffe tuttavia nella medefima renitenza, Noftro Signore fi contenta, che dal Vefcovo, ò dall'Inquifitiore fi dia autorità al Confeffore di ricevere per fcrittura, e con giuramento, la denuncia, per portarla a chi gli haurà data autorità di pigliarla. E fe oltre le cofe fudette, occorrerà altro cafo grave, per il quale il Penitente non fi poffa indurre, Sua Santità vuole, che fe ne fcriva quà, e fi afpetti la ripofta, & in tanto non fi proceda all'affolutione. E tanto V. R. fi contentarà di far offervare nella fua giurifdittione, facendo regiftrare la prefente negl'atti di cotefto Sant'Officio per informatione fua e de fuoi Succeffori, quali haverranno mira, che la prefente ri-

mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris D. N. Gregorii divina Providentia Papæ XV. anno ejus secundo, retroscripta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandinantem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octavius Spada Mag. Curs.

Lettera della Sacra Congregatione del Santo Officio, sopra la Bolla di Gregorio IV. contra solicitantes.

REv. P. Doppo essersi havuta longa e matura consideratione sopra il dubio significato da diverse bande, se i penitenti siano obligati a denuntiare i Confessori, da quali sono stati sollicitati nel luogo e atto della Confessione, quando hanno acconsentito alla sollecitatione: Nostro Signore, e questi miei Signori Eminentissimi, in Congregatione tenuta avanti sua Santità a 25. Luglio passato, doppo haver anche inteso il parere d'una particolar Congregatione deputata a quest'effetto, hanno risoluto, che qualsivoglia penitente è tenuto a denuntiare il Confessore, dal quale sarà stato sollecitato nel luogo, & atto della Confessione, ancor che gli habbia consentito, e non è tenuto a propalare il proprio consenso, ne sopra ciò s'interroghi dal Vescovo, ò dall'Inquisitore, ò da' loro Vicarii, avanti i quali deporrà: ne meno il Confessore denuntiato, procedendosi poi contro di lui, ne i costi-

tuti

tuti che s'egli faranno, s'interroghi sopra detto consenso, & in caso ch'egli volesse dirlo da se, non si scriva il suo detto, come cosa in ordine alla persona sollecitata non spettante al Sant'Officio della Santa Inquisitione. Le parti dunque di V. R. sono di significar a Confessori della risolutione, e d'incaricargliene strettamente l'osservanza, accio ne i casi, che occorrono alla giornata, conforme al tenore della Constitutione publicata da Gregorio XV. di san. mem. contro i Confessori sollecitanti, significhino à i penitenti l'obligo, che hanno di denunciar'i Confessori, da quali saranno stati sollecitati, & havendoli consentito, e facendo difficoltà di scoprire il proprio consenso, conforme alla risolutione che si è fatta, gli dichino apertamente, che non sono tenuti a propalare il detto consenso, e che tanto i penitenti, quanto i Confessori sollecitanti, procedendosi contro di loro, non saranno di cio interrogati, e dicendolo da se, non si scriverà ne riceverà il detto loro. E quando il Penitente persistesse tuttavia nella medesima renitenza, Nostro Signore si contenta, che dal Vescovo, ò dall'Inquisitiore si dia autorità al Confessore di ricevere per scrittura, e con giuramento, la denuncia, per portarla a chi gli haurà data autorità di pigliarla. E se oltre le cose sudette, occorrerà altro caso grave, per il quale il Penitente non si possa indurre, Sua Santità vuole, che se ne scriva quà, e si aspetti la riposta, & in tanto non si proceda all'assolutione. E tanto V. R. si contentarà di far osservare nella sua giurisdittione, facendo registrare la presente negl'atti di cotesto Sant'Officio per informatione sua e de suoi Successori, quali haverranno mira, che la presente ri-

ſolutione riſguarda ſolo a quei Penitenti, che per haver conſentito, fanno difficoltà in denunciare; mà a quei, che non hanno conſentito, ò havendo conſentito, non ſono in ciò renitenti, il Confeſſore non deve porre difficoltà alcuna, mà laſciare, che indifferentemente e liberamente ſodisfaccino all'obligo che hanno di denuntiare, conforme alla Conſtitutione. Et il Signor Iddio la conſervi.

Di Roma li 27. Settembre 1624.

D. V. R.

Come Fratello
Il Card. Mellino.

In Synodo Lycienſi anno 1663. ab Illuſtriſſimo D. Aloyſio Pappacoda congregatâ, poſt prædictam Epiſtolam S. Congregationis Sancti Officii, inſerta fuit Inſtructio diſtincta ſuper eadem ſolicitationis materiâ, quam hic adjungere congruum duxi.

Iſtruttione per prenderſi la denuntia della Donna ſollecitata in Confeſſione, che non può comparire in perſona.

SI fà un memoriale dalla denuntiante, per il quale narra haver da eſporre coſe pertinenti al tribunal del S. Offitio, che però prega ſua Signoria Illuſtriſſima, commettere a perſona religioſa, che con ogni ſecreto vada a ricevere detta denuncia nel tal luogo, a fine di liberare da ogni ſcrupolo la coſcienza di eſſa ſupplicante, ſottoſcrivendo a piedi del memoriale il nome e co-

cognome di essa esponente, potendo mandarsi detto memoriale per il Confessore al Prelato; il quale udendo dire, che se l'hà da proporre negotio spettante alla Santa Inquisitione, deve riceverlo con grandissimo secreto, assumendo almeno due persone gravi, religiose, e zelanti, delle quali una se ne servirà per scrivere gl'atti che occorrono, come sarebbe.

Die .... Mense ..... anni .... in Palatio Episcopali N. in aula interiori ejusdem solitæ habitationis Illustrissimi & Reverendissimi D. Episcopi N. coram eodem prædicto D. Illustrissimo, assistente R. D. N. Canonico Cathedralis N. & in præsentia mei D. N. Sacerdotis Ecclesiæ N. actuarii assumpti ad hunc actum, comparet R. P. Fr. N. N. professus sacerdos Theologus Ordinis N. exponens, videlicet.

Vengo avanti V. S. Illustrissima a portarle questo memoriale continente negotio del S. Offitio, consignatone da N. N. la quale con occasione, che io sono andato a confessare alla Chiesa N. mi è stato dato da lei, a fine ch'io con ogni secreto lo presenti a V. S. Illustrissima, acciò deputi una persona che riceva la denuntia di questa supplicante, la quale mi hà detto, che se venisse di persona, darebbe da sospettare altri negotii a suoi parenti, che se potrebbe cagionare danno grave.

Overo, se la Supplicante non saprà scrivere, potrà inviare detto Religioso a dire a bocca tutto ciò, che chi sà scrivere direbbe per memoriale; e si procederà nel modo come di sopra dal Prelato, mutatis mutandis.

L'Attuario notarà ogni cosa per extensum.

Tunc Illustrissimus D. prædictus commisit eidem P. Fr. N. N. professo Religionis &c. ut accedat ad locum N. ad finem accipiendi denunciationem faciendam à N.N. juxta Instructionem Tribunalis S. Officii, quam præcepit sibi dari à me Notario assumpto, exacto priùs juramento, tam à prædicto R. P. N.N. tangendo prout tetigit Sacra Euangelia, & pro veritate omnium supradictorum, & pro benè & fideliter recipiendâ denunciatione sibi dandâ, ac sub silentio omnia retinendi, quàm à vobis assistentibus, & à me, de non præsentia propalando, nec in totum nec in partem, prout juravimus tactis sacris prædictis Euangeliis, imponendo dicto Patri & nobis de toto præsenti negocio silentium, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ statim incurrendæ in casu contraventionis, reservatæ eidem Illustrissimo, respectu assistentis & mei ipsius, & Sanctissimo D. Papæ, respectu prædicti Rev. Patris. Et fuit dimissus præsens tutus, cum mandato, ut omnes subscribamus. Ego P. Fr. N. N. professus Ordinis N. N. S. Theolog. P. prædicta omnia exposui. Ego N. N. Canonicus Ecclesiæ N. assistens deputatus interfui. Ita est. N. N. Sacerdos Ecclesiæ N. Actuarius assumptus ad hunc actum ab Illustriss. D. N. Episcopo N.

Il Delegato dal Vescovo andarà con carta e calamajo, se non potrà accompagnarsi con il Notaro predetto, ò Assistente, almeno esso solo, nel luogo, tempo, e giorno più oportuno per osservanza del segreto, e venendo la denunciante, hà da scrivere nel seguente modo.

Die...... Mense...... anni &c. in tali loco (s'averta che sia fuori del Confessionario, e non potendosi, si noti il luogo, ubi solent

sa-

ſacramentales Confeſſiones excipi, ſed hęc omnia extra Sacramentum Pęnitentię) comparet coram me N. N. profeſſo talis Religionis, qui de mandato Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. Epiſcopi N. acceſſi ad finem &c. talis de tale, ætatis ſuæ annorum.... ut dixit, & ex aſpectu apparet ſæcularis, vel Monialis, profeſſa, vel bizzocca, vidua qu. N. N. vel uxorata &c. filia (e ponendo il nome del padre, madre, luogo dove habita, profeſſione che eſercita, confini della Parochia, paeſe, ò tempo che ne manca) ſtatura, pelo, ſegnali, & altre circoſtanze, che poſſono deſcrivere la perſona, quando non fuſſe ben nota alla Corte Veſcovale: ſpontè, non citata, neque vocata, quæ medio ejus juramento ſibi per me dato, tactis ſanctis Euangeliis mei Breviarii, prout tetigit, de veritate dicendâ, prius monita de gravitate ejuſdem, fuit interrogata, ad quid venerit? quæ reſpondit.

Sono venuta, come diſſi a V. R. la ſettimana paſſata, che mi volevo ſgravare la coſcienza, gia che mi havete detto, che ſono obligata denunciare il Confeſſore, che mi hà parlato di coſe brutte, quando mi confeſſavo; deſidero ſaper, ſe havete parlato a Monſignor Illuſtriſſimo, e che vi hà detto.

Cui à me fuit dictum, habere in commiſſis recipiendi formiter ſuam denunciationem, & proinde, pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, explicitè fuit interrogata, ut dicat quidquid ſibi occurrerit circa prædicta à ſe ſuperiùs nominata. Reſpondit; e ſi pongono le ſue proprie parole volgari che dice, ben vero ſiano chiare & eſplicative, il Confeſſore ſollicitante per nome, cognome, Religione, ò dignità, giorno, meſe, anno,

anno, volte che sollecitò, segni, contrasegni, habitatione, luogo dove habita, habitava il sollecitante, parole dette, espresse, segni, seu atti fatti, e tutte le circostanze, che conducono alla replicata chiarezza del sollecitante, ò sollecitatione.

Auvertendo, che se la persona non si sapesse esplicare, il Deputato, con l'interrogatorii che andarà facendo, farà esplicare le cose predette necessariamente.

L'Interrogatorii, benche si diano in volgare, se scrivono in latino. V. G.

Interrogata, quænam verba specialia, vel quosnam actus inhonestos fecerit prædictus N. Confessarius ipsi testi exponenti, & dicat explicitè & clarè omnia.

Respondit: mi disse &c.

Se la sollecitatione è di qualche tempo passato, se le dice.

Interrogata, quare prius non exoneravit suam conscientiam, denunciando prædictum? &c.

Respondit &c.

Interrogata de contestibus.

Respondit: questo fatto è passato da solo a solo, frà me & il detto N. N. mentre mi confessava nel confessionario, come hò detto di sopra, e perciò non v'è persona che lo possa deporre.

Interrogata, an exerceat aliquam inimicitiam, vel aliquam exercuerit cum dicto N.N. Confessario, vel cum suis consanguineis, aut amicis, vel è contra?

Respondit &c.

Interrogata, cujus famæ sit prædictus N. N. Confessarius, & an audierit aliquando ab aliis, similia prædictum N. N. patrasse?

Respondit &c.

S'auverta, che le risposte (non mi ricordo)

do) non s'ammettono, mà si dimanda doppo quelle, & fuit dictum à me, ut benè recordetur &c.

Se parlasse con ira, e passione grande, che dasse sospetto d'inimicizia, dal Notaro, ò dal Deputato si noti: videlicet, locuta est nimis iracundè &c. vel animosè, aut temerè.

Interrogata, an viderit ipsa comparens prædictum N. N. Confessarium fecisse aliqua opera spiritualia, videlicet, orare, eleemosinas elargiri, Missas auscultare, & similia.

Respondit &c.

Quibus habitis, ego ipse mandavi, ut se subscribat, imponendo silentium, ut nullatenùs alicui dicat, se revelasse & denunciasse prædicta in totum vel in partem, contra prædictum N. N. Confessarium, sub pęnâ excommunicationis ipso facto incurrendæ, reservatæ ipsi Domino Illustrissimo Episcopo (e se sarà necessario, SS. D. Papę) & fuit dimissum examen, præstito denuò juramento, tactis &c. prout tetigit, de silentio observando super prædictis.

Io N. N. hò deposto, come di sopra. Overo ✠ Et quia scribere nescit, fecit signum crucis cum calamo à me dato.

Ita est, Ego N. N. professus Ordinis N. de mandato Illustrissimi &c. accessi, & interrogavi.

Ricevuta la scritta rivelatione, il Prelato averta conservarla con estremo segreto; se il caso sarà grave, ò vero fussero piu rivelationi contro uno stesso Confessore, potrà detto Vescovo farne copia (avertendo dare il giuramento, quando assume persona molto grave per far detta copia) & includer l' atti in una sua, che potrà scrivere alla S. Congregatione del S. Officio di Roma, a

fine

fine che l'ordini, come s'hà a portare in tal caso, è chiegga l'Instruttione per non errare: auvertendo di più, non fare veruno motivo contro il denunciato, acciò non penetri esser reo nel Tribunale, ne communichi tal segreto al suo Superiore, ò altro che sia nel mondo; perche sarebbe errore grave in materia di S. Officio.

Le scritture sopra queste materie, non si confidano a Ministri, mà ò se consegnano al Tribunale supremo, ò vero si suggellano, scrivendovi sopra: *Scritture che appartengono al Tribunale del S. Officio*; quale nessuno puo aprire, lacerare, bruggiare, ò occupare, sotto le pene apposte nella Bolla di Papa Pio V. che comincia: *Si de protegendis*, cautelandosi a fine, che in vita detti negotii passino come quelli del sogello Sacramentale, e prevedere in caso di morte, non vadano in potere de Commissarii delli spogli, ministri della Sedia vacante, ò Corteggiani de Prelati defonti, quali per lo piu, non havendo molta coscienza, ò publicano li negotii, ò li consegnano in mano della parte per mercede. E questo basti per una breve e facile Instruttione.

C A-

CASUS

Summo Pontifici intra Italiam reservati.

1 Violatio clausuræ Monialium ad malum finem.

2 Injicentium violentas manus in Clericos.

3 Simonia realis scienter contracta.

4 Confidentia Beneficialis.

5 Provocantium, & pugnantium in duello, juxta Concilium Tridentinum, ex Constitutione Gregorii XIII.

6 Violatio immunitatis Ecclesiasticæ circa confugientes ad Ecclesias.

DE IMMUNITATE

Circa confugientes ad Ecclesias.

1 Gregorius XIV. in quadam Constitutione, quæ incipit, *Cùm alias nonnulli, &c.* statuit, ut omnes delinquentes, qui confugiunt ad Ecclesias, gaudeant immunitate, exceptis casibus expressis. §.3. cujus tenor est hujusmodi.

2 Ut Laicis ad Ecclesias, locaque sacra, & religiosa prędicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur.

3. Aut

3. Aut depopulatores agrorum.
4. Quivè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumque Cœmeteriis committere non verentur.
5 Aut qui proditoriè proximum suum occiderint.
6 Aut Assassini.
7 Vel hæresis rei.
8 Aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis, eis immunitas Ecclesiastica non suffragatur.
9 In aliis casibus delinquentes, confugientes ad Ecclesias, gaudent immunitate: si qui verò contra hanc Constitutionem læserint immunitatem Ecclesiasticam, erit Casus reservatus Papæ.

SAN-

SANCTISS. D. N.

CLEMENTIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ X.

Constitutio, in qua Regularium privilegia quoad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem declarantur.

SUperna, &c. Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diœcesano benedictionem petere, prædicare tamen posse, quamvis illam non obtinuerint. Quòd si Episcopus benedictionem nedum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesiis licere Regularibus prędicare, eosque contravenientes, ab illo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis fel. rec. Gregorii XV. Prædecessoris nostri incipientis, *Inscrutabili Dei Providentia*, coerceri, & puniri posse. Episcopum tamen absque justa, atque rationabili causa contradicere non debere, & hujusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscumque Oratoriis sui Ordinis sermonem coram populo, vel in Ecclesiis, vel ad crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum Jurisdictioni subje-

jectarum, licèt clausis januis, & nullus sæcularis ibi intersit, habere voluerint. Posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus Laicis nominatos, etiamsi Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare, si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit, & licentiam prædicandi semel iisdem concessam, ob rationabiles causas, licèt occultas, prædicationem tamen concernentes, suspendere: non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum prędicent.

Ad hæc Regulares ab Episcopo ad Confessiones sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerunt approbati; & generaliter ab Episcopo ad personarum sæcularium Confessiones audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum; sed egere, quoad hoc, speciali Episcopi approbatione, atque approbatos pro audiendis Confessionibus Monialium unius Monasterii, minimè posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidem Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audienda, haud posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi, illarum Confessiones audire,

sed

ſed toties ab Epiſcopo eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit. Cæterùm in Monaſteriis, ac etiam Collegiis ubi juxta Regularia inſtituta vivitur, poſſe tam Prælatos Regulares, quàm Confeſſores Regularium eorumdem Monaſteriorum, ſeu Collegiorum, audire Confeſſiones illorum ſæcularium, qui inibi ſunt verè de familia, & continui Commenſales: non autem illorum, qui tantùm ipſis deſerviunt. Illos autem Religioſos, qui ad Confeſſiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Epiſcopis quoque, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporum, certorumque locorum, aut generis perſonarum, in Diœceſi propria admittendos. Quoad cæteros verò, qui non adeò idonei reperiuntur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. Semel autem ſimpliciter approbatos, poſſe in Diœceſi Epiſcopi approbantis, quovis anni tempore, etiam Paſchali, & quorumcumque, etiam infirmorum, Confeſſiones audire, abſque ulla Parochorum, vel ipſius Epiſcopi licentia. De qua tamen Confeſſione teneri dictos Religioſos eorumdem infirmorum Parochum illicò certiorem reddere, & hoc poſſe illis ab Epiſcopo ſub pœna ſuſpenſionis à facultate audiendi Confeſſiones præcipi; ſufficere tamen, ut certioratio hujuſmodi fiat ſaltem per ſcripturam apud ipſum infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religioſis ſimpliciter approbatis Paſchali tempore confeſſi fuerint, Conſtitutioni, quæ incipit: *Omnis utriuſque ſexus*, quoad Confeſſionem dumtaxat ſatisfeciſſe cenſendos. Regulares verò ad ejuſmodi Confeſſiones audiendas

prævio

prævio examine ſimpliciter, & abſque ulla temporis præfinitione ab ipſomet Epiſcopo, ſecus autem ſi ab ejus Vicario, aut ab Anteceſſoribus Epiſcopis, approbatos, non poſſe ab eodem, qui ſic approbavit, iterum examinari, aut ab eiſdem Confeſſionibus audiendis ſuſpendi, ſeu licentias ipſis conceſſas revocari, niſi nova ſuperveniente cauſa, quæ ipſas Confeſſiones concernat, de qua tamen haud neceſſarium eſſe, ut in actis conſtet, nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat, ubi eam aperiri poſtulaverit. Porrò ſi Regulares cum ſcandalo, aut aliàs inhoneſtè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Epiſcopi judicio videantur à Confeſſionibus ſuſpendendi, in quo ipſius Epiſcopi conſcientiam oneratam eſſe volumus, cùm præcipua Miniſtri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas ſit vitæ integritas, ac morum honeſtas, utique eam cauſam ad Confeſſionis Miniſterium pertinere, ac proinde nihil obſtare, quo minùs ob eam poſſit Epiſcopus Regulares à ſemetipſo approbatos ſuſpendere, aut repellere à Confeſſionibus audiendis. Attamen Confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſſoribus adimi ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſtolica, nullatenùs poſſe. Ex facultatibus per Mare magnum, aliavè privilegia Regularibus cujuſcumque, Ordinis, Inſtituti, aut Societatis etiam Jeſu, conceſſis, factam eis non eſſe poteſtatem abſolvendi in caſibus ab Epiſcopo ſibi reſervatis. Et per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apoſtolica poſt Sacrum Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixiſſe privilegia priùs ab eodem Concilio,

aut

aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à casibus Episcopo reservatis.

Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis non ideò à casibus Episcopo reservatis posse absolvere; posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse. Vigore supradictorum privilegiorum nequaquam licere Regularibus etiam satisfacta parte absolvere pœnitentes à Censuris, quoad externum, & judiciale forum, & absolutos ab eis in foro pœnitentiali utique non censeri absolutos in exteriori judicio, & contentioso. Quin immò Censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis cogi posse gerere se pro talibus, etiamsi à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis Privilegiis coram Episcopo, ab eo judicetur, ipsa non suffragari casui, de quo agitur, si dictorum privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non esse ad Metropolitanum provocandum; sed cùm ejus sit interpretari, cujus est condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apostolicæ judicio, prout aliàs Constitutione Prædecessoris nostris, &c. fel.rec. Clementis IV. statutum fuit, esse exequendum.

Non obstantibus quibuscumque, &c. etiam insolitis casibus.

Datum Romæ anno 1670. undecimo Ka-

Kalendas Julii Pontificatus nostri anno primo.

Nota: Iu propositionibus damnatis ab Alexandro VII. propositio duodecima videbatur limitata ad solos mendicantes. Ita enim habet propositio; Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id ab Episcopo facultate. At Clemens X. magis amplè loquitur, dum absolutè sic pronunciat. Ex facultatibus per Mare magnum, aliave privilegia cujuscumque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam Jesu concessis, facta eis non est potestas absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis.

DECLARATIO

Sacræ Congregationis Concilii Tridentini à SS. D. N. Clemente Papa IX. approbata, super accessu Regularium ad Monasteria Monialium.

DIe 11. Maji 1669. S. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, habita notitia, quòd nonnulli Regulares absque licentia crates Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes, non esse interdictum per breve tempus, etiam usque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliasque personas intra Clausuram existentes alloqui; & hanc opinionem tanquam tutam affirment, disseminent, & etiam forsan in scrip-

ſcriptis evulgent, proprias graviter illaqueantes conſcientias, & ſcandala confoventes, ad hujuſmodi pernicioſos errores eliminandos opinionem prædictam improbans, rejiciens, & damnans, declaravit, Regulares cujuſcumque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Inſtituti, etiam de quibus ſpecialis mentio foret habenda, qui ad Monaſteria Monialium, quamvis ab Ordinarii Juriſdictione quomodolibet exempta, & etiam ipſis Regularibus ſubjecta, vel aliàs ſpeciali mentione digna, abſque legitima facultate accedunt, colloquendo, etiam per quodcumque modicum tempus, cum Monialibus, aut aliis intra Clauſuram degentibus, peccare mortaliter, eoſque ſub excommunicationis, & privationis vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque contra Regulares accedentes ſine licentia ad Monaſteria Monialium ſtatutis pęnis, poſſe ab Ordinario, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, carcerari.

Et die 7. Junii ejuſdem anni, facta relatione SS. D. N. Sanctitas ſua præſentem Declarationem approbavit, ac typis dari, ſervarique juſſit.

A. Card. Celſus Præfectus.

|Loco ✠ Sigilli.

S. Brancaccius Archiep. Adrianop. Secretarius.

D U B I A

Super Collocutione Regularium cum Monialibus.

EDita lege, statim illam eludere malitia excogitat. Non ita pridem emanavit generale Decretum, arctissimè prohibens colloquia Regularium cum Monialibus, quando jam super eo variæ interpretationes confingi cœperunt, aliæque nunc Bergomi suboriuntur; pro quarum resolutione supplicant Confessarii Monialium, quærendo,

1. An Regularibus missis ad crates Monialium pro munere prædicationis obeundo, prohibitum sit sub peccato mortali, Censuris, & pœnis, &c. immediatè post cum ipsis Monialibus, absque expressa licentia ad colloquendum, immiscere sermones cum quæstionibus, vel dubiis spiritualibus, aut materiis ipsius Concionis.

2. An talis prohibitio intelligatur, tam de collocutione cum aliquibus Monialibus, quàm cum una tantùm (omnibus tamen aliis audientibus) immediatè post Concionem.

Die 21. Maji 1678.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad utrumque respondit affirmativè.

DECRETUM

Super actu Attritionis, quæ concipitur ex metu gehennæ, excludens voluntatem peccandi cum spe veniæ ad impetrandam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ.

SAnctissimus D.N. Alexander Papa VII. cùm acceperit non sine gravi animi mœrore, Scholasticos quosdam acriùs, nec absque fidelium scandalo inter se contendere, an illa Attritio, quæ concipitur ex metu gehennæ, excludens voluntatem peccandi cum spe veniæ ad impetrandam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ, requirat insuper aliquem actum dilectionis Dei, asserentibus quibusdam, negantibus aliis, & invicem adversam sententiam censurantibus: Sanctitas sua enixè cupiens pacis vinculum inter fideles servari, omnemque scissuræ fomitem extingui, auditis votis Eminentissimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium adversùs hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, nec non DD. Consultorum, & Qualificatorum sacræ Congregationis ejusdem Generalis Inquisitionis; hoc præsenti Decreto in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ huic sanctæ Sedi reservatæ, aliisque pœnis ejusdem sanctæ Sedis arbitrio taxandis, præcipit cunctis, & singulis fidelibus, quocumque gradu, ac dignitate etiam Episcopali, & majori, imò & Cardinalitia fulgentibus,

ut si deinceps de materia Attritionis præfatæ scribent, vel libros, aut scripturas edent, vel docebunt, vel prædicabunt, vel alio quovis modo pœnitentes, aut scholares, cæterosvè erudient, non audeant alicujus Theologicæ Censuræ, alteriusvè injuriæ, aut contumeliæ nota taxare alterutram sententiam, sive negantem necessitatem aliqualis dilectionis Dei in præfata Attritione ex metu gehennæ concepta, quæ hodie inter Scholasticos communior videtur, sive asserentem dictæ dilectionis necessitatem, donec ab hac sancta Sede fuerit aliquid hac in re definitum. Statuitque prætereà, Decretum hoc, seu illius exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixum, omnes ubique existentes arctare, & afficere, ac si unicuique personaliter fuisset intimatum.

Franciscus Riccardus sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco ✠ Sigilli.

Anno à Nativitate Domini nostri IesuChristi 1667. Indictione quinta, die verò 7. Maii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri, divina Providentia Papæ VII. anno decimotertio, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Carolum Melanum, ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

INSTRUCTIO
DE
SACRAMENTO
POENITENTIÆ.

Ex Rituali Romano.

SAnctum Pœnitentiæ Sacramentum, ad eos, qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos, à Christo Domino institutum; eò diligentiùs administrandum est, quò frequentior est ejus usus, quò plura requiruntur ad illud rectè, dignèque tractandum, ac suscipiendum. Cùm autem ad illud constituendum tria concurrant, Materia, Forma, & Minister: illius quidem remota materia sunt peccata; proxima verò sunt actus pœnitentis, nempè Contritio, Confessio, & Satisfactio: Forma autem illa absolutionis verba: *Ego te absolvo, &c.* Minister denique est Sacerdos, habens potestatem absolvendi, vel ordinariam, vel delegatam. Sed si periculum mortis immineat, approbatusque desit Confessarius, quilibet Sacerdos potest à quibuscumque Censuris, & peccatis absolvere. In ejus Ministro requiritur etiam bonitas, scientia, atque prudentia, cum sigillo secretæ Confessionis, sub exacto, perpetuoque silentio. Quibus, & aliis ad id opportunis, ut optimè sint instructi, omni studio curare debent Confessarii.

In primis meminerit Confessarius, se judicis, pariter, & medici personam sustinere, ac Divinæ justitiæ simul, & misericordiæ ministrum à Deo constitutum esse; ut tanquam arbiter inter Deum, & homines, honori Divino, & animarum saluti consulat.

Ut ergo rectè judicare queat, discernens inter lepram, & lepram, & tanquam peritus medicus animarum morbos prudenter curare, & apta cuique remedia applicare sciat; quantam potest maximam ad id scientiam, atque prudentiam, tum assiduis ad Deum precibus, tum ex probatis auctoribus, præsertim è Catechismo Romano, & prudenti consilio peritorum, studeat sibi comparare.

Sciat casus, & censuras Sedi Apostolicæ, & Ordinario suo reservatos, & suæ cujusque Ecclesiæ constitutiones; easque diligenter observet.

Denique hujus Sacramenti doctrinam omnem rectè nosse studebit, & alia ad ejus rectam administrationem necessaria. Atque in hoc ministerio ita procedat, ut infra præscribitur.

ORDO
MINISTRANDI
SACRAMENTUM
POENITENTIÆ.

SAcerdos ad audiendam Confessionem vocatus, promptum, facilemque se præbeat: ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suppetat, ad hoc Ministerium rectè, sanctèque obeundum, Divinum auxilium piis precibus implorabit.

In Ecclesia, non autem in privatis ædibus Confessiones audiat, nisi ex causa rationabili: quæ cùm inciderit, studeat tamen id decenti, ac patenti loco præstare.

Habeat in Ecclesia sedem Confessionalem, in qua sacras Confessiones excipiat: quæ sedes patenti, conspicuo, & apto Ecclesiæ loco posita, crate perforata inter Pœnitentem, & Sacerdotem sit instructa.

Superpelliceo, & stola violacei coloris utatur, prout tempus, vel locorum feret consuetudo.

Pœnitens, si opus fuerit, admoneatur, ut qua decet humilitate mentis, & habitus accedat, & flexis genibus signo Crucis se muniat.

Mox Confessarius inquirat de illius statu (nisi aliter notus fuerit) & quàm pridem sit confessus, & an impositam Pœnitentiam adimpleverit, num ritè, atque integrè aliàs confessus fuerit, num conscien-

tiam suam, ut debet, priùs diligenter discusserit.

Quòd si pœnitens aliqua censura, vel casu reservato sit ligatus, à quo ipse non possit absolvere, non absolvat, nisi priùs obtenta facultate à Superiore.

Si verò Confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit, pœnitentem ignorare Christianæ Fidei rudimenta; si tempus suppetat, eum breviter instruat de articulis Fidei, & aliis ad salutem cognitu necessariis, & ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentiùs addiscat.

Tum pœnitens Confessionem generalem latina, vel vulgari lingua dicat, scilicet, *Confiteor, &c.* vel saltem utatur his verbis, *Confiteor Deo Omnipotenti, & tibi Pater*. Peccata sua exindè confiteatur, adjuvante, quotiescumque opus fuerit, Sacerdote; qui confitentem non reprehendet, nisi finita, ut dicetur, Confessione: neque interpellabit, nisi opus fuerit aliquid meliùs intelligere: proindè fiduciam ei præbeat, & humaniter suggerat, ut omnia peccata sua ritè, & integrè confiteatur, remota stulta illa quorumdam verecundia, qua præpediti, suadente diabolo, peccata confiteri non audent.

Si pœnitens numerum, & species, & circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget.

Sed caveat, ne curiosis, aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præsertim juniores utriusque sexus; vel illos de eo, quod ignorant, imprudenter interroget, ne scandalum patiantur, indeque peccare discant.

Demùm, audita Confessione, perpendens

dens peccatorum, quæ ille admisit, magnitudinem, ac multitudinem, pro eorum gravitate, ac pęnitentis conditione, opportunas correptiones, ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna charitate adhibebit, & ad dolorem, & contritionem efficacibus verbis adducere conabitur; atque ad vitam emendandam, ac meliùs instituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.

Postremò salutarem, & convenientem satisfactionem, quantùm Spiritus, & prudentia suggesserit, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus, & ætatis, & item dispositionis pęnitentium. Videatque, ne pro peccatis gravibus levissimas Pœnitentias imponat, ne si fortè peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id verò ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantùm ad novæ vitæ remedium, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum castigationem.

Quare curet, quantùm fieri potest, ut contrarias peccatis pęnitentias injungat; veluti avaris eleemosynas, libidinosis jejunia, vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosis devotionis studia. Rariùs autem, vel seriùs confitentibus, vel in peccata facilè recidentibus, utilissimum fuerit consulere, ut sæpè, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus confiteantur, & si expediat, communicent.

Pęnitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarii non applicent: neque à pęnitentibus quidquam tanquam Ministerii sui pręmium petant, vel accipiant.

Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam Pęnitentiam non imponant.

S 5 Vi-

Videat autem diligenter Sacerdos, quando & quibus conferenda, vel neganda, vel differenda sit absolutio: ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces, quales sunt, qui nulla dant signa doloris; qui odia, & inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, & vitam in melius emendare nolunt: aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publicè satisfaciant, & scandalum tollant: neque etiam eos absolvat, quorum peccata sunt Superioribus reservata.

Si verò quis confiteatur in periculo mortis constitutus, absolvendus est ab omnibus peccatis, & censuris, quantumvis reservatis: (cessat enim tunc omnis reservatio) *sed* priùs, si potest, cui debet, satisfaciat; ac si periculum evaserit, & aliqua ratione superiori, à quo aliàs esset absolvendus, se sistere teneatur, cùm primùm poterit, coram eo se sistat, quidquid debet, præstiturus.

Quòd si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox, & loquela ægrum deficiat, nutibus, & signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata pœnitentis cognoscere; quibus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium, sive per se, sive per alios, ostenderit, absolvendus est.

Meminerit porrò Sacerdos, ægris non esse injungendam gravem, aut laboriosam Pœnitentiam: sed indicendam tantùm illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi aliqua oratione, aut levi satisfactione interposita, & acceptata, absolvantur, prout opus fuerit.

DECRETUM

Sacræ Congregationis Cardinalium ſacri Concilii Tridentini Interpretum.

Circa Communionem Quotidianam.

CUm ad aures SS. D. N. fide dignorum teſtimonio pervenerit, in quibuſdam Diœceſibus vigere uſum quotidianæ Communionis, etiam in Feria ſexta Paraſceue, & ſimul affirmari, eamdem quotidianam Communionem præceptam eſſe à jure Divino, quin etiam in illius adminiſtratione aliquos abuſus inoleviſſe, videlicet, quòd aliqui, non in Eccleſia, ſed in privatis Oratoriis, & domi, imò cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis nota, ſumant Sacro-ſanctam Euchariſtiam, quam argentea theca incluſam in crumena, aut ſecretò illis deferunt Sacerdotes ſæculares, aut Regulares; aliique in Communione accipiant plures formas, ac particulas, vel grandiores ſolito, ac tandem quis confiteatur peccata venialia ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario: Cùm autem hæc Sanctiſſimus conſideranda commiſerit ſacræ Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, eadem ſacra Congregatio, prævia matura diſcuſſione ſuper prædictis, unanimi ſententia ita cenſuit: Et ſi frequens, quotidianuſque Sacro-ſanctæ Euchariſtiæ uſus à ſanctis Patribus

 fue-

fuerit ſemper in Eccleſia probatus, nunquam tamen, aut ſæpiùs illam percipiendi, aut ab ea abſtinendi, certos ſingulis menſibus, aut hebdomadis dies ſtatuerunt, quos nec Concilium Tridentinum præſcripſit; ſed quaſi humanam infirmitatem ſecum reputaret, nihil præcipiens, quid cuperet, tantùm indicavit, cum inquit: Optaret quidem Sacro-ſancta Synodus, ut in ſingulis Miſſis Fideles adſtantes Sacramentali Euchariſtiæ perceptione communicarent; idque non immeritò, multiplices enim ſunt conſcientiarum receſſus, variæ ob negotia ſpiritus alienationes, multæ è contra gratiæ, & Dei dona parvulis conceſſa, quæ cum humanis oculis ſcrutari non poſſimus, nihil certi de cujuſque dignitate, atque integritate, & conſequenter de frequentiori, aut quotidiano vitalis panis eſu poteſt conſtitui: & propterea, quod negotiatores ipſos attinet, frequens ad Sacram alimoniam percipiendam acceſſus, Confeſſariorum ſecreta cordis explorantium judicio eſt relinquendus, qui ex conſcientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem proceſſu, Laicis negotiatoribus, & Conjugatis, quod proſpicient eorum ſaluti profuturum, id illis præſcribere debebunt. In Conjugatis autem hoc ampliùs animadvertant, cùm beatus Apoſtolus nolit eos invicem fraudari, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut vacent orationi; eos ſeriò admoneant, tantò magis ob Sacratiſſimæ Euchariſtiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad cœleſtium epularum Communionem eſſe conveniendum. In hoc igitur Paſtorum diligentia potiſſimùm invigilabit, non ut à frequenti aut quotidiana ſacræ Communionis ſumptione unicâ præcepti

for-

formulâ aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur; sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet; illudque omninò provideat, ut nemo à Sacro Convivio, seu frequenter, seu quotidie accesserit, repellatur, & nihilominùs det operam, ut unusquisque dignè pro devotionis, & præparationis modo rariùs, aut crebriùs Dominici Corporis suavitatem degustet. Itidem Moniales quotidie Sacram Communionem petentes, admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis instituto præstitutis communicent; si quæ verò puritate mentis eniteant, & fervore Spiritus ita incaluerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis à Superioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum, & Confessariorum diligentiam operâ quoque Concionatorum uti, & cum eis constitutum haberi, ut cùm Fideles ad sanctissimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accenderint, statim de magna ad illud sumendum præparatione orationem habeant, generatimque ostendant, eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive Laici negotiatores sint, sive Conjugati, sive quicumque alii, suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini judicii formidine discant Cœlestem Mensam, in qua Christus est, revereri, & si quando se minùs paratos senserint, ab ea abstinere, seque ad majorem præparationem accingere. Episcopi autem, in quorum Diœcesibus viget hujusmodi devotio erga Sanctissimum Sacramentum, pro illa gratias Deo agant, eam-

que

que ipso adhibito prudentiæ, & judicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio postulari sibi maximè persuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentia, & scandali suspicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque, ac dona in sumentibus augeantur: quod abundè continget, si ii, qui devoto hujusmodi studio, Divina præstante gratia, tenentur, seque Sacratissimo Pane frequentiùs reficere cupiunt, suas vires expendere, seque probare cum timore, & charitate assueverint: Quibus Christum Dominum, qui se Fidelibus manducandum, & se pretium in morte tradidit, atque in cœlesti Regno se præmium est daturus, precatur Sacra Congregatio, ut suam opem ad dignam præparationem & sumptionem largiatur. Porrò Episcopi, & Parochi, seu Confessarii redarguant asserentes, Communionem quotidianam esse de jure Divino; doceant in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis ex dispensatione, seu Privilegio Pontificis de manu Sacerdotis sumendam Sanctissimam Eucharistiam, nec eam ullo modo deferendam in crumena, aut secretò ad existentes domi, vel cubantes in lecto, præterquam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos, si ab Ecclesia deferatur, publicè, & cum pompa juxta formam Ritualis Romani; si verò ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam, ut circa Communionem in Feria sexta Parasceue Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus serventur: Insuper admoneant, nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas. Non permittant, ut venialium Confessio

fessio fiat simplici Sacerdoti, non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Si Parochi, & Confessarii, etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes secus egerint, sciant Deo Optimo Maximo rationem reddituros esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa.

Et facta de præmissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas sua approbavit, ac præsens Decretum typis dari, ac publicari voluit; In quorum, &c.

Datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. Card. Columna Præf.

S. Archiepiscopus Brancaccius. Episc. Viterbien. Secretarius.

I N-

INSTRUTTIONE
Per li Confessori.
Publicata nella Sinodo di Farfa. 1685.

E' tanto importante nella Chiesa di Dio la retta amministratione del Santo Sacramento della Penitenza, che per il molto se ne dica, ò se ne scriva, e per qualsivoglia mezzo, che si tenti a questo fine dalla vigilanza di chi presiede al governo delle Anime, non può mai alcuna diligenza, che in ciò s'adopri, riprendersi come superflua, ò tacciarsi come infruttuosa. Quindi se bene nel Sinodo sotto il capitolo *de Sacramento Pœnitentiæ*, si è procurato con opportuni, e salutevoli decreti di prescrivere diffusamente l'esercitio di questo Sacramento conforme alle sante ordinationi Canoniche, nondimeno per agevolarne la prattica, e per imprimere più altamente nell'animo de' Confessori l'importanza de' medesimi Decreti, si è stimato bene d'aggiungere la presente instruttione, che da essi dovrà frequentemente leggersi, & attentamente ponderarsi.

1. Primieramente dunque nessun Sacerdote dimandi la licenza, ò approbatione per sentire le Confessioni, se non è d'età matura, e di scienza sufficiente: & a quest' effetto se gli farà un diligente esame prima di concedergli detta licenza, ò approbazione; la quale ottenuta, il Confessore considerando l'altezza del proprio ministerio, do-

dovrà in tal maniera riformare i proprii costumi, e con tale santità misurare le proprie operationi, che il solo esempio della sua vita, & il solo riflesso della sua virtù sia una tacita riprensione de' peccatori, a' quali in tal forma si renderanno più fruttuose le ammonitioni, che da lui si faranno.

2. Avanti che si ponga a confessare, con alcuna breve Oratione domãdi lume, e gratia à Dio di non commettere alcun errore nella cognitione de' peccati, e delle specie loro, come anco nel concedere, ò negare l'assolutione; e sopra tutto se conosce egli medesimo di trovarsi in qualche peccato mortale, si ricordi di purgar l'anima sua con la Confessione, e non potendo ciò esseguire per mancanza di Confessore, faccia almeno un atto efficace di Contritione.

3. Se sarà Paroco, ò sacerdote secolare, si esporrà sempre nel Confessionario con la cotta, e stola, particolarmente ne' giorni festivi, quando dovrà ascoltare le confessioni di piu persone; e se sarà Regolare, adoprerà l'habito, ch'è solito portare in Choro.

4. Converrà anche, che nel confessare, fuori di caso di necessità, osservi il tempo, e luogo stabilito nel Sinodo, non ascoltando alcun Penitente prima del nascere, nè dopo il tramontare del Sole; e nell'istessa maniera non confessando alcuno, e massime donne, fuori di Confessionario, quale dovrà esser posto in luogo patente della Chiesa con lamine ben ferme, e di forami stretti, e di dentro una tavoletta mobile per coprire la faccia del Confessore, mentre sta attualmente ascoltando le confessioni. Nel medesimo Confessionario dalla parte del Penitente dovrà esser affissa un'Imagine divota, e dalla parte del Confessore la

Bolla

Bolla in Cœna Domini, con la nota de' casi riservati all'Eminentissimo Abbate.

5. Quando poi gli fusse necessario per causa d'infermità, ò d'altri simili accidenti confessar Donne in casa, terrà la porta della camera talmente aperta, che possa esser veduto, mà non ascoltato, da quelli, che stanno nella stanza più vicina. Dovrà però ricordarsi ogni Confessore tanto secolare, quanto Regolare, che quando sarà chiamato a confessare alcun infermo, egli è tenuto, sotto pena di sospensione, ad attestare nell'istesso giorno al Paroco dell'infermo, d'haverlo confessato, & assoluto, ò almeno à lasciare intorno à ciò in casa dell'istesso infermo una fede sottoscritta di propria mano per notitia del medesimo Paroco, acciò che egli, col fondamento di tale attestatione, possa secondo il bisogno amministrargli susseguentemente gli altri sacramenti.

6. Ricevasi il Penitente dal Confessore con volto allegro, e cortese, acciòche in tal guisa prenda maggior fiducia di svelargli liberamente le proprie colpe; e per dar buon principio alla confessione sarà bene che il Penitente presentandosi con la dovuta divotione, e compositione di corpo anco esteriore, doppo fatto il segno della S. Croce, reciti inginocchiato il Confiteor da se stesso, ò insieme col Confessore, quando la moltitudine de' Penitenti non ricercasse il contrario.

7. Dovrà il Confessore da principio interrogarlo, da quanto tempo si sia ultimamente confessato, non tanto per misura del tempo, che gli conviene spendere per ascoltarlo, quanto per potere con tale notitia meglio regolare il giudizio che egli deve formare in quel Tribunale. Non è però sano consiglio il rigettare alcun Peniten-

ten-

tente, benche fusse passato molto tempo dall'ultima sua Confessione, se non in caso, che molti altri aspettassero per confessarsi, il tempo fosse angusto, e il Penitente di buona voglia si contentasse di differire la Confessione à tempo più opportuno, e di più che tutto ciò possa farsi senza scandalo.

8. Cercherà inoltre, s'egli hà fatto la Penitenza impostagli nella Confessione passata, e se non l'havrà fatta, l'esorterà caldamente a non più differirne l'adempimento; quando poi il Penitente affermasse renderseglі molto difficile di poterla adempire, potrà il Confessore commutargliela in altra opera pia, secōdo la sua prudenza, cōsiderato lo stato, e cōditione del Penitente, e di più ponderata la qualità della Penitenza, se è medicinale, ò puramente sodisfattoria; e à tal effetto dovrà il Penitente reiterargli intieramente la passata Confessione, ò almeno narrare la cagione, per la quale probabilmente gli fù imposta tale Penitenza. Quando però il Penitente potesse commodamente tornare dal Confessore, che glie l'impose, sarebbe meglio a consigliarlo à domandare la commutatione a quell'istesso.

9. Principalmente dovrà insistere il Confessore, che il Penitente si accosti à questo sacramento con quella dispositione, che è necessaria per la validità di esso: e perciò l'interrogherà, se hà fatto il dovuto esame della coscienza, & in caso che non l'habbia fatto, non per questo lo licentierà, ma con carità egli medesimo l'ajuterà a farlo, interrogandolo, conforme giudicherà convenirsi allo stato, età, esercizio, e professione del Penitente. Similmente l'istruirà, quando ne conosca il bisogno, con ogni possibile accuratezza sopra le altre parti essentiali di questo.

questo sacramento; e se con tale occasione, ò anco nel progresso d'ascoltare la confessione, venisse in cognitione, che le confessioni passate non fussero state valide, ò perche non siano state intiere, ò perche fussero fatte senza proposito fermo di confessare tutti i peccati commessi, e di sodisfare, ò perche fussero fatte ad un Confessore non approvato, in tal caso si ricordi il Confessore di fargli ripetere le confessioni mal fatte.

10. Venendo alla Confessione de' peccati, esorterà il Penitente a dir tutti quelli, de' quali si ricorda, & havendo bisogno d'essere interrogato, l'interrogherà, come si è detto di sopra, secondo la qualità del suo stato, scorrendo intorno a i precetti del Decalogo, e della Chiesa, sopra i sette peccati capitali, ò altro, conforme stimerà necessario; & il tutto faccia con tale prudenza, che nell'interrogarlo, non gl'insegni quel che non sà, particolarmente se sarà Donna, ò altra persona semplice, e si sforzerà usar parole, che non offendano l'orecchie del Penitente.

11. Non lascierà mai di domandare il numero de' peccati mortali, e se il Penitente non saprà dirlo precisamente, gli commanderà, che dica quel numero, che pensa essere più vicino al vero; Et essendo vissuto per molto tempo in istato continuo di peccato mortale, dichiari almeno, per quanto tempo.

12. Domanderà ancora le circostanze, che di veniale fanno mortale, e quelle, che mutano le specie, ò accrescono gravemente la malitia del peccato, contenute in questo verso.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

13. Se

13. Se troverà nel principio della Confessione, ò nel progresso di essa, che il Penitente sia incorso in qualche scommunica, ò in alcuno de' casi riservati alla Sede Apostolica, ò all'Eminentissimo Abbate, da' quali non habbia egli facoltà d'assolverlo, senza passar più oltre nella confessione, lo rimetterà a chi ne tiene l'autorità, ò pure l'istesso Confessore si assumerà il peso di procurargliela, differendogli intanto l'assolutione, pur che non sia il Penitente in pericolo di morte, nel qual caso potrà sempre assolverlo. Fuori di questo caso, si ricordi ogni Confessore tanto secolare, quanto Regolare, che non ostante qualsivoglia privilegio non può assolvere da' casi riservati alla Sede Apostolica, ò all'Ordinario, sotto pena di scommunica di lata sentenza, e altre gravissime pene contenute ne' Decreti allegati nel Sinodo; anzi benche alcun Confessore havesse facoltà di assolvere da i casi riservati alla Sede Apostolica, non perciò può assolvere da i riservati all'Ordinario.

14. Auverta parimente, che secondo la dispositione dell'istesso Sinodo, egli non può assolvere da quei peccati enunciati nel detto Sinodo al cap. 11. num. 8. de' quali egli medesimo sia stato complice col Penitente: e perciò in tal caso dovrà rimetterlo ad altro Confessore.

15. Si guarderà, mentre confessa, dal fare atto, ò gesto alcuno, per il quale i circostanti possano accorgersi della gravezza del peccato confessato, & anco per non ispaventare il Penitente, acciò che non tacesse altri simili, e maggiori peccati; anzi gli faccia animo, nè lo riprenda, se non dopo finita la Confessione; all'hora gli faccia conoscere la bruttezza de' suoi peccati,

cati, e particolarmente de' più gravi, e de' più frequenti, sforzandosi d'indurlo al dolore di essi, & al fermo proponimento di non mai più commetterli, col mostrargli la gravezza dell'offesa fatta a Dio, la pena preparatagli nell'Inferno, & il bene del Paradiso, che ha perduto; e dopo havere con questi, e simili motivi eccitata nel Penitente la necessaria compuntione, potrà dargli la Penitenza, la quale sia non solo sodisfattoria per le colpe passate, ma anche rimedio per le future.

16. Riprenda severamente, & imponga gravi penitenze a i bestemmiatori; si ricordi però che la bestemmia contro Dio, ò la Beatissima Vergine, è caso riservato. Auverta insieme li Penitenti dell'obligo, che hanno di denuntiare quelli, che haveranno udito proferire bestemmie hereticali contro Dio, la Beatissima Vergine, e li Santi, e non gli assolva, quando ricusino di denuntiarli; l'istesso osservi con quelli, che ricuseranno di denuntiare l'altre persone contenute nell'Editto del S. Offizio impresso frà le promulgationi. car. 507.

17. Non domanderà per se, per la sua casa, ò convento, l'elemosina, principalmente quando l'imporrà per penitenza, nè farà darsi denaro alcuno per dir messe, principalmente quando le imporrà per penitenza: e se talhora non potrà ricusare d'accetarle per l'istanze, che li vengono fatte, auverta di non prender l'elemosina per tali messe, se non fuori del Confessionario.

18. La restitutione, che si dovrà fare dal Penitente à persona certa, se sarà ricercato il Confessore à farla, non ricusi di prendersi tal peso, e la faccia, senza nominare il Penitēte, con procurarne però ricevuta da dare

ad

ad esso Penitente; ma havendosi a fare la restitutione a persone incerte, e per conseguenza dovendosi distribuire à poveri, ò impiegare in usi pii, onninamente il Confessore se ne astenga, e la lasci all'arbitrio dell'istesso Penitente.

19. Ammoniscasi il Penitente per maggior profitto dell'Anima sua à fare elettione d'un buon Confessore, e à non mutarlo senza necessità; ma questo però non si dia per penitenza, mentre di ciò non vi sia grave cagione particolare.

20. Assegnata la penitenza, & accettata che sarà dal Penitente, verrà all'assolutione, e quando la strettezza del tempo non ricercasse il contrario, usarà intieramente la forma commune, cioè *Misereatur &c. Indulgentiam &c. Dominus noster Iesus Christus &c. Passio Domini nostri &c.* Auvertendo, che nell'assolvere i Laici secolari, deve lasciarsi quella parola *Suspensionis* posta nel versicolo sopradetto *Dominus noster &c.*

21. Non però dovrà darsi l'assolutione a chi non ne fusse capace, ò perche stia involto in qualche scommunica, ò in alcuno de' peccati riservati, de' quali ogni Confessore deve havere pronta, & esatta notitia, ò perche viva in istato di peccato attuale continuo, e non habbia dato segno di mutatione, e d'emenda di vita, con l' astenersene almeno per qualche tempo precedente, ò perche non voglia lasciar l' occasione prossima del peccato mortale, come è il tenere in casa Donna, con la quale suole peccare mortalmente, ò giocare a givoco, nel quale è solito bestemmiare; e se altre volte havesse promesso ad altri Confessori di levar simile occasione, e non l'havesse fatto, di che dovrà interrogarsi il Penitente, in questo caso si differisca l'assolutio-

lutio-

lutione, fin che havrà levata affatto l'occasione del peccato.

22. Si negherà parimente l'assolutione a quelli, che haveranno da far qualche restitutione, ò sia di robba, ò sia di fama, se non prometteranno di farla; e se havendo ciò promesso altre volte, ò all'istesso Confessore, ò ad altri, del che dovranno interrogarsi, non l'havranno osservato, non fidandosi piu di tal promessa, si differisca loro l'assolutione sino all'istessa sodisfattione.

23. Si ricordino in oltre i Confessori d'interrogare frequentemente i Penitenti adulti, e particolarmente quelli, che conoscono esser piu rozzi, se sappiano il Simbolo degli Apostoli, i dieci commandamenti di Dio, e quelli della Chiesa, l'Oratione Domenicale, e la salutatione Angelica; quali cose tutte devono da ogni Christiano necessariamente sapersi, almeno quanto alla sostanza; E perciò trovando che essi non le sappiano, gli ammoniranno da principio strettamente ad impararle quanto prima, anzi eglino medesimi patientemente glie l'insegneranno, e prima d'assolverli, l'istruiranno almeno ne' misterii principali della Fede, e necessarii necessitate medii à sapersi. Quando tali ammonitioni, e diligenze anco replicate non giovino, & essi trascurino d'instruirsene, potranno i Confessori, secondo che prudentemente giudicheranno, imporre anche loro per Penitenza d'imparare alcuna delle predette cose necessarie a sapersi; anzi tal hora, quando da questi dopo molte ammonitioni non si sia usata alcuna diligenza per impararle, potranno differir loro l'assolutone, fin tanto ne habbiano imparata qualche parte dentro il termine da prefiggersi

dagl'

dagl'iſteſſi Confeſſori;e finalmente quando tutti queſti rimedii non giovino, & i Penitenti non per difetto di capacità, mà meramente per traſcuraggine voglino oſtinatamente perſiſtere nella propria ignoranza, ſi potrà in tal caſo da' Confeſſori negar loro intrepidamente l'aſſolutione.

24. Douranno parimente i Confeſſori riprendere gravemente quei padri, e madri di famiglia, e ſimili perſone, che hanno cura d'altri, che ſono negligenti in fare imparare i medeſimi rudimenti della fede a' loro figlivoli, ò in altro modo ſoggetti: Anzi quando ne ſiano ſtati ammoniti altre volte, & eſſi traſcurino l'adempimento di ſi grave obligatione, ſi potrà anche loro differire, ò negare l'aſſolutione, ſecondo il prudente arbitrio de' Confeſſori.

25. E di più neceſſario, che qualſivoglia Confeſſore ſappia il tenore della Bolla della San. mem. di Papa Gregorio XV. contro i Confeſſori ſollecitanti, la quale diſpone, che tutti i ſacerdoti, tanto ſecolari, quanto Regolari, e di qualſivoglia dignità, li quali nell'atto della Confeſſione ſacramentale, ò vero innanzi, ò dopò immediatamente, overo per occaſione, ò preteſto di Confeſſione, ancor che la Confeſſione non ſeguiſſe, overo fuori dell'occaſioni di eſſa, nel Confeſſionario, ò in qualunque luogo, nel quale ſi aſcoltino le Confeſſioni ſacramentali, ſimulando in quei luoghi d'udire le Confeſſioni, ſolleciteranno, ò tenteranno di ſollecitare, ò provocare Penitenti à peccati carnali, overo con quelli haveranno colloquii e tratati illeciti, ed inhoneſti, debbano eſſer puniti dal ſant'officio, come eretici, ò ſoſpetti d'ereſia, e ſecondo la qualità de' delitti, e circoſtanze, debbano eſſer ſoſpeſi dall'Ordine, e privati de' Bene-

ficii, dignità, e qualsivoglia officio, è resi perpetuamente inhabili ad altri, e condannati anche all'esilio, alla galera, & a perpetuo carcere senza speranza alcuna di gratia. E quando l'enormità del delitto meritasse maggior pena, si debbano degradare, e dare in mano alla Corte secolare. Et acciò che per diffetto di prova un delitto tanto enorme, e perniciofo non rimanga impunito, rimette all'arbitrio de' Signori Cardinali del Sant'offitio, che possano giudicare il delitto provato per testimonii singolari, per resuntioni, ò indicii. Commanda in oltre à tutti i Confessori, li quali sapranno, che i loro Penitenti siano stati da altri sollecitati, che auvertano i medesimi Penitenti dell'obligatione, che hanno di denuntiare i Confessori sollecitanti, ò che habbiano trattato di sollecitare, al Sant'offitio, overo agli Ordinarii de' luoghi, e se ricuseranno di volerli denuntiare, non gli assolvano. In caso poi, che detti Confessori tralasciassero di auvertire, overo insegnassero à Penitenti, che non sono obligati a denuntiare i Confessori sollecitanti, overo trattanti di sollecitare, come di sopra, gli Ordinarii, ò gl'Inquisitori li devono severamente castigare.

26. In oltre conviene, che li Confessori ne' casi, ne' quali giudicheranno ciò opportuno, auvisino li Penitenti loro, che sotto pena di scommunica, & altre pene arbitrarie è proibito dall'editto sinodale stampato frà le promulgationi alla carta 464. che nessun maschio d'anni 13. finiti, e niuna femina d'anni 11. parimente finiti giacciano nel letto, nel quale giaccia un loro parente carnale, ò spirituale di sesso differente maggiore d'anni dieci, e che li padri,

dri, e madri, e quelli ancora che tengono luogo de' padri, e madri, soggiacciano à gravi pene temporali arbitrarie, se permettono di dormire insieme li figlivoli di differente sesso sopra sette anni d'età; e di più che li padri, e le madri, come anco tutti gli altri conjugi, sono scommunicati ipso facto, se tengono con loro a giacere nel medesimo letto, dove essi unitamente dormono, li loro figlivoli, figlivole, ò qualunque altro putto, ò putta maggiori di sette anni.

27. Finalmente perche non si può comprendere in pochi fogli tutto ciò, ch'è necessario a sapersi da i Confessori, si ricordino questi per bene esercitare il proprio offitio di servirsi di buoni, & approvati sommisti, d'haver tutti il Catechismo Romano, di frequentare continuamente le conferenze de' casi di coscienza, e di spesso rileggere le presenti constitutioni sinodali, nelle quali si trovano sparsi in varii luoghi molti giovevoli Decreti, e ricordi concernenti il loro ministerio.

28. *Variæ formulæ Actus Contritionis, quem ut faciant Pœnitentes ante receptionem sacramentalis absolutionis, Confessarii tam sæculares, quàm Regulares nostrarum Diœcesium curare omninò tenentur.*

Domine Deus meus, spes salutis animæ meæ, intimo cordis dolore pœnitet me peccasse, & cupio emendare quidquid contrà te commisi: ideò abominor, & detestor omnia & singula peccata mea propter te Deum meum summum bonum, & immensam clementiam tuam humiliter deprecor, ut des mihi contritionem cordis, & lacrymas oculis meis, quibus defleam negligen-

tias, ac scelera mea, ut, te auxiliante, ad veram pœnitentiam, & dignam satisfactionem omnium debitorum meorum merear pervenire. Amen.

Atto di contritione, da farsi da' Penitenti prima di assolverli nel sacramento della Penitenza.

Mi dolgo, ò Dio mio, di cuore, e sopra tutto mi pento sommamente di havere offeso la vostra bontà infinita per se medesima, & anco per havermi creato, conservato, e redento, e conferitomi tanti beni spirituali, e temporali. Onde per questo detesto tutti, & ogn'uno de' miei peccati, riconoscendomi indegno del Paradiso celeste, e meritevole dell' Inferno: spero però nella divina vostra misericordia, che per li meriti della vita e passione di Giesù Christo, e con l'intercessione della B. Vergine Maria, mi perdonarete i miei peccati, quali di nuovo confesso, & abomino, e propongo, mediante la gratia vostra, di non offendere mai più Vostra Divina Maestà, e prometto di fare fedelmente la penitenza, che mi sarà imposta; e vi prego di farmi la gratia di preservarmi da ogni peccato, e da ogni occasione di esso, e di adempire in ogni tempo, & in ogni luogo la vostra santa legge, e divini commandamenti. Così sia.

Altro atto simile.

O Dio mio, io detesto, & abomino tutti, & ogn'uno de' peccati miei, perche sono offese di Vostra Divina Maestà, mio sommo Bene. Propongo fermamente di confessarli, emendarmene, nè commet-

metterli mai piu, e di farne penitenza.

Altro atto simile.

Hò peccato, mio Dio, me ne dolgo perciò sopra tutte le cose col piu intimo del mio cuore, e detesto tutti li miei peccati, perche con quelli hò offeso voi, che sete mio sommo bene, e degno d'infinito amore. Perdonatemi clementissimo Signore, & habbiate di me pietà, perche propongo fermamente di confessarmi, di esseguire la penitenza, che mi sarà imposta, e di non offendervi mai più in auvenire coll'ajuto della vostra divina gratia. Cosi sia.

Atto di contritione utile nelle tentationi, nel confessarsi, nell'andare à letto, & in tutti i tempi.

Misericordia, Signore Dio mio, mi pento con tutto il cuore di havervi offeso, perche vi amo sopra ogni cosa, e propongo con la gratia vostra di non offendervi mai più.

In præclara Synodo Perusina, congregatâ ann. 1632. ab Eminentissimo quondam Cosmo Cardinali de Torres, inserta fuerunt utilissima monita pro Confessariis Monialium, quæ hìc attexere operæ pretium putavi, cum in ejusmodi arduo officio, benè multa observanda sint in praxi.

Auvertimenti per li Confessorii ordinarii delle Monache.

1. IL Confessore di Monache accetti l'officio per obedienza, non per curiosità, ò interesse.

2. S'informi della Regola e Costitutioni del Monasterio, e proveda buoni libri per insegnare alle Monache la perfetta mortificatione interiore & esteriore, come la patienza, il silentio, il ritiramento, la clausura, e la fatiga con le proprie mani, secondo l'istituto & ordine del Superiore.

3. Attenda esso allo studio della perfettione, e non a commodi suoi, e fugga ogni vanità nel vestire, ò altra politia.

4. Habbia per bene di pratticare con persone gravi, & esperimentate nel confessar Monache.

5. Pongasi sotto la disciplina di qualche buon Maestro per il governo della propria coscienza.

6. Usi prudenza e circospettione nelle cose dello spirito, e nell'operar la salute sua e d'altri: sia timoroso, e non si fidi nella sua fragilità.

7. Non tratti mai con le Monache con troppa familiarità, manco sotto pretesto di spirito; mà quante volte andarà al Confessionario, vada come huomo novo, e tratti con gravità, auvezzando le Monache, che vadano avanti a lui come avanti a Dio, per confessar puramente i lor peccati.

8. Sia cauto in non affettionarsi ad alcuna in particolare; e tenga per certo, che non puo fidarsi d'alcuna, e guardisi di con-

conferire con veruna qualche suo segreto.

9. Stia vigilante, che alcuna non se li attacchi con affetto particolare; di che auvedendosi, rimedii con parole risolute e gravi, si che la Monaca conosca l'errore, e si ritiri.

10. Per allevare le Monache nella vera humiltà, non mostri haver gran concetto d'alcuna, ne aggrandisca le virtù loro come singolari e notabili.

11. Non sentirà le Confessioni altrove, che al fenestrino del confessionario, dove starà perpetuamente affissa una tela, oltre alla grata di ferro, in modo che non si possa levare, ò alzare.

12. Non farà chiamare alcuna Monaca separatamente, se altrimente non costringesse la carità; e ciò non faccia, se non al confessionario, ne parli se non di cose spettanti alla salute dell'anime, e se ne sbrighi quanto prima; se però non fosse la Superiora, che havesse a conferire negotii del Monastero.

13. Compartirà il tempo delle confessioni a tutte egualmente; e quando una havesse bisogno d'essere ajutata piu di un' altra, lo faccia con prudenza e cautela, che ciò non impedisca il servitio dell'altre, e non dia ombra di male.

14. Non imponga penitenze publiche, se non per peccati publici. Comanderà alle Monache, che trà loro non trattino di quelle cose, ch'egli haverà detto a ciascuna d'esse; e che non parlino frà di loro de' loro peccati.

15. Non trattenga longamente, senza manifesta cagione e necessità, Monaca alcuna; e non l'induca a far confes-

fioni generali, se non ci è bisogno.

16. Doppo il segno dell'Ave Maria la sera, e la mattina avanti giorno, non ascolti le confessioni, salvo in caso di necessità.

17. Procuri assuefar le Monache a confessarsi speditamente, e con parole risolute, significanti quello che fà a proposito; e perciò importa molto, che ogni sera faccino l'esame di coscienza circa quello che haveranno pensato, detto, fatto, ò lassato di far quel giorno.

18. Nell'ascoltar le confessioni, non si mostri impatiente, ne sdegnoso; mà ben grave e zelante, e non pretenda la contentezza delle penitenti, ne credito con loro.

19. Procederà in maniera con le Monache nelle confessioni, e fuora di esse, che non habbino di lui ombra di diffidenza.

20. Non laudarà molto, e meno biasimarà con l'altre, alcuna Monaca; mà dirà bene di tutte.

21. Se sentirà alcuna dir male dell'altra, ò scoprire qualche suo diffetto, starà auvertito d'ascoltare e tacere, non lasciando di riprenderla.

22. Quando si confessano de peccati veniali con poco sentimento dell'offese di Dio, e forsi senza proposito d'astenersene, come di cose leggieri; le assuefaccia a considerar, qualmente molto nuocono all'anime, raffredano la carità, & impediscono l'acquisto de doni e gratie; e percio siamo obligati a soffrire qualunque pena e danno temporale, per non consentir loro. Onde si deve concepire gran dispiacere e dolore d'haverli commessi, con determinatione di non tornar piu a commettergli.

23. So-

23. Sopra il tutto attenderà all'osservanza de voti; però non assolverà quelle che tengano danari, ò altre robbe, oltre a quelle che dalla Superiora loro sono state concesse per uso necessario, conforme agli ordini approvati; e sappia rispondere a i pretesti della povertà de' Monasterii, che non provedono alli bisogni delle Religiose, ò della toleranza, ò d'altri abusi.

24. Farà osservare la Bolla di Papa Clemente VIII. de' donativi, e l'habbia appresso di se; ne assolva alcuna, se tiene animo di non obedire per l'auvenire.

25. Auvertirà, che alcuna, ne anco in tempo di morte, disponga di quelle cose, che gli erano concedute per uso suo, e molto meno delle celle.

26. Procuri di staccarle da un certo affetto disordinato verso i parenti; e non permetta, che alcune ricorrano ad essi, ò ad amici, per favore, quando non sono trattate a gusto loro, ò per sfuggire le penitenze: e molto piu studiarà di sradicare l'amor sensuale, che una Monaca portasse all'altra.

27. Non permetterà in alcun modo, che le Monache, ancorche sorelle, dormano in un'istesso letto: ne che stiano due letti in una cella, senza necessità, e per commissione della Prelata.

28. Faccia opera, che non si vada a parlatorii al tempo de Divini Officii, ne della mensa, ò ne'i giorni delle Communioni generali; e quando alcuna vi andarà a tempi debiti, chiamata, e con licenza, non parli senza l'ascoltatrici; e si sbrighi quanto prima, e non si trattenga in discorsi e raggionamenti meno che religiosi.

29. Non permetta, che nel Monaste-

rio si leggano, e recitino Comedie, ò rappresentationi, se non sono prima reviste & approvate dal Vescovo: non si faccino maschere, ne si vestano di vesti virili, manco a tempo di carnevale; mà le recreationi siano honeste e religiose, e mai si deponghi l'habito.

30. Libri di musica profana, e molto meno lascivi, non permetta, che siano nel Monasterio.

31. Sapendo di musica, non canterà con le Monache, ne in canto fermo, ne figurato.

32. Per esser le Monache sospettose, non è spediente, che il Confessore faccia loro in commune ragionamenti spirituali, descendendo a cose particolari del Monasterio, con biasimare i diffetti particolari; accioche non divenga loro diffidente.

33. Nel ministrare la Santa Communione, auvertirà, che si pigli con preparatione, e non per usanza; e non si manchi al tempo debito: & a quelle che fuor di tempo vogliono communicarsi, se non fanno frutto nella mortificatione, e non castigano i proprii difetti, non li dia licenza, e faccia desiderarla: e non conceda, che altro Sacerdote le communichi, senza licenza del Vescovo.

34. L'Oratione mentale douria essere il pane cotidiano dell'anima, & a questa le Monache doveriano affettionarsi, e non lasciarla all'hore determinate; mà con quelle che se ne dilettano, auverta, che non siano ingannate dal Demonio con false illusioni, ò revelazioni: e volendole esse raccontare, non si dia l'orecchio.

35. La vera mortificatione consiste, non

in

in far molte astinenze, discipline, ò nel gusto dell'oratione; mà nell'interior abnegatione della propria volontà, giuditio, passioni, e male inclinationi: & in questa dourà il Confessore esercitar le Monache.

36. Perche molte Monache, massimamente le Superiori & Officiali, non vedono ciò che sono obligate a fare: ò non vogliono provedere a disordini del Monasterio, scusandosi, che così hanno trovato, quando entrorono in offitio: le instruisca, che è pena della colpa commessa, il vedere e conoscere il bene che ciascun deve fare, e per sua debolezza non mettere in opera: e maggior pena è data per piu grave colpa, il non conoscere, ne vedere cio che è obligato a fare.

37. Procuri con ogni buon mezzo d'insegnare e persuadere alle serve di Dio, alla sua cura commesse, la perfettione evangelica e religiosa; e guardisi di non dare impedimento a tal acquisto, e molto meno di non dar occasione a pericoli di far peccato.

38. Fugga ogni ombra d'affetto particolare ad alcuna.

39. Non lasci frequentare alcuna persona sua attinente al Monasterio.

40. Non vada a casa de parenti delle Monache, dove confessa, sotto titolo di visita; ne meno per mangiar e bevere.

41. Non doni alle Monache cosa alcuna, ne pur imagini di divotione; ne da quelle riceva.

42. Non mandi raccomandationi, non scriva, ne riceva lettere da veruna Monaca, se non fusse per mostrarla subito al Vescovo.

43. Non impresti danari al Monasterio, ne pigli in prestito da quello, senza saputa e licenza del Vescovo.

44. Non compri a particolar Monache cosa alcuna, se ben fussero libri spirituali, senza commissione della Superiora.

45. Non accettarà da particolar Monaca danari per dir Messe, ò farle dire, se non pregato dalla Superiora.

46. Non darà da far cosa alcuna che habbia da servire ad uso proprio; ne da lavare alcuna sorte di panni proprii, ne da acconciare.

47. Quando occorrerà di celebrare offitii nella Chiesa esteriore, starà sempre presente con la cotta; ne si parta, sino che tutti i Sacerdoti non siano partiti: il medemo osserverà, quando si vestirà alcuna Mònaca, assistendo con la cotta, sin che siano partiti i parenti, & altri.

48. Il chierico non serva per altro, che per servitio della Chiesa, e non s'impedisca in altro servitio delle Monache.

49. Dove i Monasterii non hanno soprastanti deputati al governo delle lor cose temporali, mà solamente fattori dipendenti dal Vescovo e Superiore; si hà per bene, che il Confessore discreto consegli le Prelate, & habbia l'occhio nel maneggio del fattore, e famiglia di casa, per communicar l'occorrenze col Vescovo.

50. Si mostrarà rigido nelle cose che appartengono alle clausure, osservando con diligenza le circostanze e conditioni delle licenze per entrarvi.

51. Egli, senza particolar licenza del Vescovo,

covo, non vi entrarà, ſe non per amminiſtrare i Santiſſimi Sacramenti, ò per aſſiſtere all'agonizanti, & in tali caſi, ſi veſtirà la cotta e ſtola: andarà per via dritta, accompagnato dalle più vecchie; e non ſtarà ſolo nella cella dell'inferma, ò infermaria, fuorche nell'atto della Confeſſione, & all'hora con porta aperta, a viſta delle Deputate a ſervire.

52. Non toccherà mai l'inferma, ne pure per conoſcere la qualità del male, ſe non in pericolo evidente, & in articolo di morte per miniſtrar l'eſtrema Untione.

53. Nell'elettione delle Superiore & Offitiali, non s'ingerirà mai, ſe non quanto gli verrà ordinato dal Veſcovo; col quale doverà conferire quello che ſtima eſpediente; ſenza moſtrare alle Monache inclinatione particolare; &, eletta che ſarà la Superiora, non entrerà con eſſa in cerimonie, mà oſſervarà la ſua gravità.

54. Circa le figliole ſecolari, ch'entrano, ò ſono entrate per educatione nel Monaſterio, farà oſſervare gli ordini preſcritti nella licenza di Roma; & a queſt'effetto haverà appreſſo di ſe una delle facoltà ſtampate; e non permetterà, che portino nel Monaſterio ſpecchi, ne libri curioſi, ne manco che ſpirituali, ò altre vanità; e dentro non veſtano ſe non modeſtamente, ne uſino vane conciature di teſta.

55. Non permetta, che prattichino con le Monache profeſſe, eccetto con quelle che ſaranno loro aſſegnate per Maeſtre: e non imparino di ſcrivere, ne ſonare, da maeſtri di fuora; e molto piu ſi aſteneranno dal ballare, cantare canzoni profane, e da ſonare altri iſtromenti, che organo, gravicimbalo, ò regalo.

56. Queſta medeſima oſſervanza ſarà

che

che si pratichi con le novitie piu strettamente.

57. Quando alcuna zitella esistente fuor del Monasterio verrà a prender l'habito religioso, faccia auvertiti li parenti, e la medesima zitella, che al Vescovo non piace, che si conduca alla Chiesa con tanta vanità di vestimenti, catene, anelli, e conciature di testa mondane; & in nessun modo la veste di sotto, sopra la quale deve ricever l'habito religioso, sia di seta, ò d'altro colore, che bianco, negro, ò lionato.

58. Non si faccia musica nella Chiesa esteriore, quando staranno per entrare nel Monasterio: & in verun modo l'offerta che si fà dalli parenti, si faccia ò si riceva nella porta della clausura, e meno a porta aperta: & a vista de secolari, non si facciano, ò recitino rappresentationi, quantunque honeste, dentro dalle Monache.

59. Guardisi di pigliar presenti, ò donativi, ancorche soliti e spontaneamente fatti dalli parenti, per occasione di accettatione, ò vestito, ò professioni delle zitelle, senza saputa e consenso del Vescovo; & habbia cura, che le Monache, per simili cagioni e rispetti, non richiedano dalli parenti robbe comestibili, ò arredio, sopra quello che si contiene nella moderatione fatta con participatione delli Deputati dalla Città.

60. Quando si saprà, che alcuna delle secolari che stanno per educatione, sia maritata, ò per maritarsi; fatte le denuntie, ne farà auvisato il Vescovo, perche si rimandi a casa delli parenti; & in verun modo permetta, che come sposa sia visitata al Monasterio, e meno presentata.

Auver-

Auvertimenti per li Confessori straordinarii delle Monache.

1 IL Confessore straordinario, che due ò trè volte l'anno si deve offerire alle Monache, suole per lo più essere domandato per curiosità, ò per aversione che alcune hanno dal Confessore ordinario; e se quello che si manda, non camina con spirito e prudenza, guasterà in pochi giorni quello, che per molto tempo altri haveranno acquistato; però

2. Prima che si accosti al Monasterio assegnatoli, si presenterà al Vescovo, per intendere il bisogno del Monasterio, e ricevere quei ricordi che li gioveranno per sradicare gli abusi, e per muovere l'anime alla perfettione religiosa.

3. Se non hà talento di formar ragionamento a proposito spirituale in commune, sarà bene, che non si lasci vedere dalle Monache, se non doppo le confessioni di tutte, & all'hora potrà dir loro la Messa.

4. Procurerà dalla Superiora, che tutte le Monache si presentino alla confessione; accio non si scuoprano quelle che hanno bisogno di Confessore straordinario; mà esso non sarà curioso di conoscerle, non terrà la tavoletta, dove sono descritte, ne dimanderà il nome loro.

5. Non si mostrerà curioso di saper da alcuna Monaca l'imperfettioni dell'altre, mà potrà intendere l'inclinationi della Superiora intorno alla disciplina regolare, per ajutarla nel governo spirituale.

6. Non si scoprirà familiare del Confessore ordinario, per non diminuire la confidenza; mà bene si guarderà di biasimare alcun

alcun fatto, ò detto di lui; e quando altrimente non potesse, lo scusarà con dire, che sarà stato malamente inteso.

7. Non allargherà quello che l'Ordinario tiene ristretto; mà quando scoprisse esser bisogno di moderatione, ne darà auviso al Vescovo.

8. Quando sentirà alcuna lamentarsi della Superiora e dell'ordinationi, difenderà la buona intentione, & essaltarà il voto dell'obedienza.

9. Mentre attenderà alle Confessioni, poco parlerà con la Superiora, e manco con il Confessore ordinario.

10. Non interromperà il corso delle confessioni per ascoltar quelle che una volta hauerà sentite; e se alcune vorranno confessarsi generalmente, per confessarle potrà differirle doppo finita la lista.

11. Non mostrerà impatienza, ò tedio in ascoltare; mà bene s'ingegnerà di ajutarle speditamente, non trattenendosi piu del bisogno.

12. Non tratterà se non di cose importanti alla Confessione, e ciò al confessionario. Non s'impedirà di fare accettar Monache, ò di parlare al Superiore in favore d'alcuna mal sodisfatta.

13. Essendo richiesto dire il suo parere intorno ad alcun ordine del Superiore, starà sopra di se; e se haverà opinione differente, non la mostrerà, mà la rappresenterà al Superiore, lasciandone il carico a lui.

14. A i disordini d'importanza, quali potrà credere non siano per venire a notitia del Superiore, porgerà ogni possibile rimedio: quelli che potrà, senza alcun detrimento, rimettere al Superiore, lo faccia con giudicio.

15. Procurerà l'intiera osservanza de trè voti, e specialmente della povertà, riducendo tutte le cose in commune, secondo li buoni ordini sopra ciò dati, e non allarghi la Bolla de donativi; & esso guardisi di pigliar cosa alcuna, benche minima e di divotione, ne meno la darà.

16. S'ingegnerà di far conoscere l'obligo dello stato religioso, e di caminare alla perfettione, alla quale non si arriva, se non per via di mortificatione, e staccamento da tutte le cose del mondo; e porge impedimento la frequenza della porta e de parlatorii.

17. Volendo far ragionamenti spirituali, li farà rari, e con molta auvertenza.

Auvertimenti per i Confessori, dati dall'Illustrissimo Vescovo d'Alessandria, Pietro Georgio Odescalchi, nella sua Sinodo dell'anno 1606. registrati nell'Additioni. pag. 97.

1 IL Confessore, che deve esser medico dell'anime per liberarle da peccati, e ridurle al vivere christianamente, sii di vita tale, che non se gl'habbia a dire, che prima curi se stesso.

2. In particolare, quando si accosta ad amministrare il sacramento della Penitenza, sii libero da peccato mortale, si muova con la sola intentione della salute dell'anime, non per curiosità, guadagno, ò altro fine temporale, e si prepari prima con l'oratione.

3. Si esserciti nello studio de casi: conoschi

chi i peccati, non solo in universale, mà quelli che sono piu ordinarii secondo lo stato di ciascuno, le cause, & i rimedii, e raccordi, che si possono dare per emendarsi, e far vita christiana.

4. Sappia i casi riservati, si dal Sommo Pontefice, come dal Reverendissimo Vescovo, li Canoni penitentiali, le Instrurtioni fatte per uso de i Confessori, & in particolare di questa Provincia.

5. Ministri il Sacramento, vestito con stola e cotta, e nel Confessionale.

6. Faccia recitare il Simbolo Apostolico alle persone idiote in volgare, e non sapendolo, li auvisi che l'imparino, acciò intendino quello che sono obligati tutti di sapere circa il Mistero della Santissima Trinità & Incarnatione del Salvatore; sopra de i quali misteri potrà anco darli una breve instruttione.

7. Se il Penitente non è preparato alla Confessione, lo rimandi, & avvisi, che si prepari con servirsi di qualche regola & instruttione di quelle che insegnano il modo di confessarsi bene; & è segno di non esser preparato, che non sappi dire i suoi peccati, e voglia esser interrogato dal Confessore.

8. Doppo che il Penitente habbi detto quello che si raccorda, potrà il Confessore interrogarlo diligentemente, auvertendo, oltra l'interrogationi communi, di dimandarli quello che tocca allo stato e professione sua.

9. Riprenda il Penitente che muta Confessore senza causa, mostrando, che non sii meno dannosa all'anime la mutatione de Medici spirituali, che a corpi quella de temporali; & auverti nella Confessione che esso farà, che non vi sii qualche pecca-

to-

to consuetudinario di carne, ò di bestemmia, ò altro simile, overo qualche obligo di restitutione, e che però non si sii voluto presentare al Confessor ordinario, informato del suo stato.

10. Se fosse il Penitente stato rejetto da altri Confessori, non sii facile in ammetterlo, per non distruggere quello che altri cercano di edificare.

11. Procuri di estirpare i peccati più frequenti & ordinarii; come nelle Donne, il non star velate nelle Chiese, e l'ornarsi vanamente, e sappia a che fine; ne i poveri & arteggiani, il lavorar le feste; ne i rustici, il far danno alle campagne; ne i nobili, la irreverenza nelle Chiese, & il non sentir attentamente la Messa.

12. Sono anco peccati frequenti quelli di carne, di bestemmia, di mormoratione, della violazione de i digiuni; a quali auvertirà il Confessore, e darà i rimedii opportuni.

13. Prima che assolvi il Penitente, vegga e procuri, che habbi contritione del peccato, insegnandoli, che deve detestarlo & abborrirlo sopra ogni cosa, come offesa fatta a Dio, e quanto sii grave l'offender quel sommo benefattore nostro, dalla quale cognitione nasce il dolore.

14. Auvertirà insieme, che vi sii il proponimento fermo di lasciar il peccato e l'occasione, senza il quale non dovrà assolvere i penitenti, come ne i casi seguenti.

15. Meretrici publiche, se non hanno per qualche tempo, che non sii meno di trè mesi, dato segno di vita continente.

16. Ho-

16. Hosti, ò altre persone, che tengono simil donne in casa, se prima non le mandano via.

17. Concubinarii, se prima non hanno scacciato di casa, ò lasciato la concubina.

18. Obligati a restitutione per legati pii, ò per altro; se essendo stati una volta ammoniti dal Confessore, e potendo, non hanno sodisfatto.

19. Biastemmatori, & altri peccatori consuetudinarii, se non vi si vede per qualche tempo vera emendatione.

20. Marito e moglie, che stanno separati senza licenza nostra.

21. Quelli che tengono givoco publico in casa per guadagno.

22. Quelli che non vogliono perdonare l'ingiurie; & altri simili, che sono in stato di peccato, ò d'occasione propinqua di peccato.

23. Essendo ricercato dal Penitente, perche vada da i Superiori Ecclesiastici ad impetrar licenza de i casi riservati, non sii facile a consentirli; mà procuri che si presenti alli Penitentieri, acciò così conosca piu la gravezza del peccato, e gli sii freno nell'auvenire di non ricadere.

24. Ne i peccati publici si dia la penitenza publica, e se vi fosse causa di non darla, lo faccia saper al Reverendissimo Vescovo, per haver licenza di commutarla.

25. Nel dar le penitenze si auverti bene al numero e qualità de' peccati, & al stato del penitente; e secondo l'uno e l'altro, si dii la penitenza piu, ò meno grave, e di quelli sorti d'opere, che sono piu proprie

per

per sodisfare per i peccati commessi; nel che si rimettiamo all'Instruttioni generali.

26. Prima che licentii il Penitente, li dia rimedii, che possino giovarli a preservarlo da peccati, e da quelli in particolare, ne i quali suole cadere più frequentemente: & insieme l'instruisca con buoni raccordi a far una vita christiana, essortandolo alla frequenza de Sacramenti, dell'Oratione, e dell'opere della misericordia, alla visita de luoghi pii, & altri esercitii spirituali.

27. Essendo chiamato il Confessore per confessar infermi che non siano sotto la sua cura, prima che li confessi, ne dij auviso al proprio Paroco, acciò se esso hà notitia d'alcuna cosa che importi per la salute spirituale dell'infermo, gli lo possa auvisare, & il Confessore sappi come governarsi; e confessato che l'habbi, lasci la fede della Confessione in scritto, acciò si possi mostrare al Medico, conforme alla Bolla di Pio V.

28. Si esortano tutti i Confessori a frequentar la Congregatione che si fà de i casi, per farsi piu prattichi di simili materie; e quando havranno alcun caso difficile, proporlo, che insieme con le persone a ciò deputate, se gli darà la resolutione.

Non incongruum putavi hìc subjungere, quòd dictus venerabilis Episcopus Alexandrinus, Petrus Georgius Odescalcus, ad Ecclesiæ Viglebanensis regimen, post aliquot annos, reluctans translatus, cum communi sanctitatis opinione obiit. Cumque non pauca beatificationis præambula peracta jam fuissent statim post illius transitum, occurrente postmodùm Innocen-

tii

tii XI. exaltatione, universa Provincia Mediolanensis, per Deputatos, Pontifici ejusdem Præsulis ex fratre nepoti, pro beatificatione supplicavit. Respondit nunquam satis laudatus Pontifex, verè optimus, verè maximus, his verbis, quæ certè caro & sanguis non sibi revelaverat: Hujusmodi beatificationem fortassis ab alio Pontifice exquiret Deus, à nobis certè decerni non vult. Et ita siluit hæc causa toto ejusdem Pontificatus tempore.

EPIS-

EPISTOLA PASTORALIS

Illuſtriſſimi tunc Epiſcopi Dinienſis, deinde Maſſilienſis, nunc Eminentiſſimi Cardinalis de Forbin de Janſon, Epiſcopi & Comitis Bellovacenſis, Paris Franciæ &c.

Complectens prohibitionem libri Gallici ſub hoc titulo: *Apologia Caſuiſtarum adverſus calumnias Ianſeniſtarum*: E gallicâ, in latinam linguam translata.

Tuſſanus de Forbin de Ianſon, permiſſione Divina, & Sanctæ Sedis gratia, Epiſcopus Dinienſis: Omnibus Prioribus, Parochis, Vicariis, & Confeſſariis noſtræ Diœceſeos, ſalutem & benedictionem Apoſtolicam.

QUibus olim laqueis in peccatum prolapſus eſt primus homo, iiſdem homines nunc etiam ruunt in culpam; & cum Dæmon, inquit S. Auguſtinus, noſtram rationem in Adamo præſignatam, ad legis divinæ infractionem inducit, ſeducit primùm Evam, id eſt carnem, quâ deinceps utitur ad offundendas rationi tenebras; adeo ut nullus ſubeat admirationi locus, ſi lapſus hominis nunquam fuerint periculoſiores, nunquam frequentiores: cum tartareus ille ſerpens majori nunquam uſus fue-

lib. 2. de Geneſi, cõtra Manich. c. 14.

fuerit astu ad carnem variis illecebris alliciendam, neque majori simulatione ad impellendam rationem in hoc funestum præcipitii barathrum.

Hocce postremo sæculo, in Ecclesiæ cœlo non parva Scriptorum nubes prodiit, haud similis nubibus illis fœcundis, quarum Propheta meminit, quas Deus, humani generis peccata castigare cupiens, à
Isa. 5. facie terræ dispellit: *Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam*; nubes contrà teterrima erat, haud impar ei quam fudit Deus in irâ
Num. 21. sua super aciem Israelitarum, e quâ, cœlestis loco verbi, serpentes promanarunt.

Scriptores illi sunt Casuistæ, qui rationis humanæ splendore micare videntur; sed divino destituti lumine, dum agunt de conscientiæ casibus, boni malive notitiam pollicentur, in unum ferè omnes offerunt carni votorum summam, atque amorem rerum caducarum fovent; & quamvis omnibus divinis legibus vetitus sit amor ille, falsâ tamen impunitate donant homines hoc
Genes. 3. fructu vescentes, illoque inebriatos amore: *Nequaquam*, inquiunt, *morte moriemini*.

Angues illi timidi olim, latentes in herba, in silentio, ut Sapientis phrasi utar, & in noctis umbrâ mordentes, numero auda-
Eccl. 10. ciores facti, luce meridianâ procedunt, sanam hominis rationem & Jesu Christi Euangelium oppugnantes.

Cum suæ laxitati posita sunt repagula, tantùm abest, ut eam & ipsi damnaverint, quin Apologiis propugnarunt; utque malum à se illatum incurabile facerent, virus quod propinant, remedii loco; remedium, veneni vice habuerunt.

Loqui intendimus, Charissimi Fratres, de illa Casuistarum Apologia quæ jam nunc prodiit, quæque horrorem incutit om-

omnibus verè piis; hujus quippè improbi author voluminis, pro virili collegit uno in libro venena omnia in recentibus Casuistis dispersa, quasi timuisset, ne lectores defatigarentur in quæritandis venenis apud infaustos illos Authores, qui ea fidelibus propinarunt, ut illos sub inani sanitatis specie vitiarent.

Cum audivimus, opus adeò periculosum in nostrâ Diœcesi disseminari, illicò, vestrùm causâ, illo perculsi sumus timore casto, quo permotus olim Apostolus fuit 2.Cor.11.
Corinthiorum gratiâ; illiusque instar formido nos cepit, ne sicut Eva serpentis dolo decepta fuit, falsis etiam vos hujus Scriptoris rationibus deluderemini, ejusque lectione vestri candorem animi fideique simplicitatem non solùm deperderetis, sed etiam dogmata ebiberetis, animabus quæ vestro sunt regimini concreditæ exitialia, relictis principiis ad perennem salutem conducentibus. Cum in pastoralis nostræ sollicitudinis partem ipsomet officio vestro vocati sitis, probè agnovimus, haud satis esse adversus Authorem tam perniciosum indignari, sed etiam præbendum vobis esse antidotum, veneno præsenti propulsando peroportunum, acceptamque à Deo authoritatem esse adhibendam, ut mala præpedirentur, quæ nostro ex silentio enasci potuissent.

Illustrissimorum Confratrum nostrorum exemplo, qui infaustam illam Apologiam censuris perstrinxerunt suis, plurimùm adducti, imbecillem jungimus vocem nostram illorum voci, quæ Vox tonitrui appellari potest, hujus Authoris superbiam & audaciam contundentis: *Vox Domini confringentis cedros*. Tametsi extra omnem scrupuli aleam, nullo prævio alio examine,

librum istum ab ipsis prohibitum potuissemus interdicere; voluimus tamen illius examen aggredi, antequam de ejusdem doctrinâ proferremus sententiam, & descendere in Sodomam, divinum sequentes exemplum, exploraturi, utrum vox quæ exurgit, quæque potenter adeò de hujusce libri malignitate conqueritur, nullam fortè præberet ansam querimoniæ, quam opponunt, qui se injustè judicatos fuisse lamentantur.

Descendã, & videbo. Gen. 28.

Eam ob rem, Patris luminum opem invocavimus: summâ cura librum illum perlegimus: viris ecclesiasticis, quâ eruditione, quâ pietate conspicuis, legendum commisimus; & præmissis oratione haud brevi, diligenti examine, consilio maturo, illum censuimus dignissimum fulminibus omnibus quibus percussus est dexteris illis sacris, quas armavit Deus in exterminium eorum qui veritatem impugnare audent, & pervertere vias fidelibus indicatas, ut perveniant ad gloriam sibi ab eo præparatam, qui se dicit viam & veritatem.

Tartareus coluber ad legis divinæ infractionem pelliciens primum hominem, in causâ fuit, ut eodem planè tempore violaret leges omnes, quæ in primâ continebantur tanquam rivi in fonte, inquit Tertullianus; & iste Apologiæ scriptor nullam gravem legem intactam relinquit, cunctarumque violationi impunitatem temerè pollicetur: *Nequaquam morte moriemini.*

lib. contra Judæos, cap. 2.

Gen. 3.

Æterna Dei lex, quæ nihil aliud est, quàm illius justitia & veritas, nostrorum est actuum norma illibata, eorumque aut bonitas aut malitia omnis posita est in conformitate aut difformitate, quam cum lege illa habent. Author tamen ille, modò dicta lex, oppositis falsæ probabilitatis nebulis

ob-

obſcuretur in animo, impunitatem illam violantibus pollicetur; falſo ſcilicet principio nixus, quòd *ſtatim ac opinio probabilitate gaudet*, ſeu vera ſeu falſa ſit, ſive conſentanea ſive diſſentanea ſit legi æternæ, *adeo tuta eſt, ut ſequens ipſam, in nullum damnationis ſempiternæ diſcrimen adducatur.* Pag. 82.

Divina lex Decalogo contenta, primus eſt divinæ illius ſcaturiginis rivulus, & quaſi fax altera quam Deus ipſe accendit in tenebris hujus vitæ, ad illuſtrandum, quidquid in primâ obſcurum nobis fortè videri poterat; & nonne aquas omnes divini illius fontis inquinat, illuſtriores hujus immortalis lampadis radios obſcurat, ac pollicetur impunitatem iis qui ſingula ejus præcepta violant, qui cum Authore illo aſſerit, *errare eos qui dicunt, fideles debere omnia operari ex motivo amoris Dei, nullumque verum eſſe actum virtutis qui à charitate non imperetur?* Contra 1. præcept. pag. 193.

Quod ſi peccatores inſignes numeriſque omnibus abſoluti, nullo vel lumine donantur, vel conſcientiæ ſtimulo agitantur, cum blaſphemias evomunt ac perditè vivunt; ſi tunc nullam mali cognitionem habent, minimè peccant hiſce actibus qui plus pecudem quàm hominem ſapiunt. Contra præcept. 2. 6. & 9. pag. 68.

Quod exterior modeſtia, pravis licèt deſideriis comitata, ſufficiat, ſecundum veteres Canoniſtas, ad faciendum ſatis præcepto audiendi Sacri; id eſt, juxta illius phraſim Authoris, quòd opinio illa probabilitate fruatur; quòdque proinde Eſcobarius moverit tantùm *quæſtionem inutilem*, cum docet, *poſſe impleri mandatum Sacri audiendi, intelligendo ſimul quatuor partes Miſſarum quatuor diverſarum, tam concinnè quadrantes, ut junctæ integram conficerent Miſſam.* Contra 3. præcept. pag. 273.

Contra 4. præcept. pag.249. *Quod puellæ, invitis parentibus, pudicitiæ suæ ita sint dominæ, ut illis abutentes contra justitiam minimè peccent, si veneri præbeant assensum.*

Contra 5. præcept. pag.151. *Quod legibus civilibus & canonicis fas sit occidere aggressorem, cum aliter substantia servari non valet, licèt interficiens nullum vitæ periculum subeat. Quodque juxta sententiam plurium Theologorum,* qui sufficiunt, juxta authorem illum, ad conciliandam opinioni probabilitatem & securitatem in foro conscientiæ, *licitum sit perimere hominem* pag.155. *aufugientem inflicta alapa vel fustis ictu; quia juxta eorum sententiam, non aliud purgandæ famæ suppetit medium; illaque in opinione nihil deprehendere potest homo prudens quod pugnet cum ratione.*

Quod ex pecunia mutuo data fœnus accipi Contra 7. præcept. pag.189. *licitè valeat; & quod regulam moraliter impossibilem, temerariam, offendentem tam Rectores Ecclesiæ quàm Imperii, proponit, qui adstringit divites, sub pœna peccati mortalis* pag.199. *aut venialis, ad erogandam è superfluo eleemosinam in communibus pauperum necessitatibus.*

Quod opinio Dicastilli (qui asserit, calumniam adversus calumniatorem adhibitam, non Contra 8. præcept. pag.225.& seq. *esse culpam lethalem contra justitiam aut charitatem, quamvis mendacium sit) sententia probabilis sit, & in praxim deduci possit coram Iudicibus, penes quos est jus in calumnia-* pag.228. *tores animadvertendi.*

Quod, citra peccatum, sensuum voluptates Contr. ult. præcept. pag.239. & 240. *extra necessitatem quærantur; quodque ille vel à limine bonas artes non salutaverit, qui damnat opinionem probabilem Casuistarum docentium, licitum esse comedere usque ad satietatem, absque necessitate, soliusque voluptatis causa; modò illud sanitati non officiat.*

Ec-

Eccleſiæ leges, ſeu Sanctorum Patrum Canones, inquit S. Leo Magnus, *Spiritu Dei conditi ſunt, & totius mundi reverentia conſecrati*; ſæpiùſque nihil ſunt aliud, quàm interpretatio ſeu determinatio illius, quod divinis jam legibus præſcriptum erat. Et nonne ſacrarum ejuſmodi legum violatoribus impunitatem pollicetur, qui indiſtinctè aſſerit, quemadmodum hic author, *conſuetudine poſſe abrogari legem, illiuſque obligationem ceſſare, cum non amplius obſervatur?* Epiſt. 84. Pag. 12.

Conſcientia lex interior eſt, ait Sanctus Baſilius; & ſecreta reliquarum legum applicatio, inquit Sanctus Thomas. Et nonne promittit impunitatem violantibus hãc legem domeſticam, & pro virili delentibus ſacra illa lumina digito Dei inſculpta in animo noſtro, qui aſſerit, ut hic ſcriptor, quòd *è duabus opinionibus probabilibus, fas eſt amplecti minus tutam minuſque probabilem ſententiam?* Pag 79.

Poſtremò quemadmodùm primus ſerpens naturam infecit omnem, quaſi arborem in radice, inquit Sanctus Auguſtinus; ita Scriptor ille conatur Eccleſiam quàm latè patet in fonte pervertere, latiſſimam lupis aperiendo viam, qua Chriſti ovile ſubeant, ſcandaloſâ doctrinâ quæ ſimoniæ patrocinatur, quæque perridiculâ *pretii ac motivi* diſtinctiunculâ, Domum Dei in telonium & ſpeluncam latronum commutat. Pag. 109.

Effuſo in totùm Jeſu Chriſti corpus myſticum veneno, inquinatoque laxitatibus ſuis illo ſacro ovili, cujus ipſe Chriſtus Jeſus paſtor eſt ſupremus: antidota nititur adulterare, atque invehere in pœnitentiæ Sacramentum opiniones, quæ illius energiam tollunt, conficiuntque ex

remedio illo tam necessario, capitale venenum; dum asserit, conceptum metum ex solo intuitu pœnarum temporalium, *sufficientem esse dispositionem ad percipiendam absolutionem : necesse non esse, ad illam recipiendam, deserere proximas peccati occasiones*, cum sine prægrandi incommodo omitti non possunt: neque quamlibet inveteratos criminum habitus dereliquisse.

Pag. 87. & 77.

Sunt & alia permulta principia, maximi plena periculi in hacce Apologia; at contenti sumus, è palmaribus aliquot percensere, quibus probè intelligitis, universas Euangelii regulas concidere, christianæque moralis loco, sufficipaganam, cujus etiam compluribus in capitibus antiquiores Philosophos puderet.

Quò præsentius est virus, eò debemus incumbere sedulò adhibendis per oportunis remediis : quò serpens magis conatur malignitatem celare, eò plebi tenemur eam pro viribus propalare : quò fortiùs oppugnatur mendacio veritas, eò magis nervos intendere debemus, ut veritas de mendacio palmam referat, serpensque Moysis voret serpentes Pharaonis, ut perbellè cogitavit antiquus author.

Hisce causis fuimus permoti, Charissimi Fratres, ut nostram hâc de Apologia mentem aperiremus, vobisque notum faceremus, quòd adhibitis mediis omnibus in Ecclesia frequentatis, ad invocandum super nos cœleste lumen in re tanti ponderis ad salutem animarum nobis concreditarum : censuimus coram Deo, teneri nos illam damnare, prout reipsa damnamus, tanquam continentem plurimas pro-

propositiones errôneas, perniciosas, scandalosas, temerarias, contrarias divinæ Legi, veritatibus Euangelii, traditioni Ecclesiæ, sententiis Patrum, praxi Sanctorum, atque etiam recto ordini civilis politiæ.

Prohibemus igitur, sub pœna excommunicationis, fidelibus omnibus nostræ Diœceseos, ne illam legant, retineant, aut doctrinam inibi contentam propugnent: & omnibus Confessariis à nobis admissis, ne illam in animarum directione in praxim deducant.

Verùm, cum minimè sufficiat nosse mali gravitatem, nisi provideantur remedia opportuna; muneri nostro haud satis consultum putaremus, si reprehensis repressisque illis qui veritati obsistunt, ut Jannes & Mambres Moysi restiterunt, non conaremur imbuere vos doctrinâ sanâ, juxta præceptum Apostoli; & si prostrato falso serpente virtute apostolicæ illius virgæ quam à Jesu Christo acceptam tenemus, non eniteremur inspirare vobis prudentiam serpentis Euangelici. 2. ad Tim. 3. ad Tit. 1.

Proinde, Dilectissimi Fratres nostri, si populi curæ vestræ commissi, colubrei erroris aculeum persenserunt: si Euæ instar seducti, fidei suæ simplicitatem amiserunt, illorum oculis subjicite divinum illum serpentem, quem Moyses in deserto statuit: objicite ipsis exemplum Jesu Christi, cujus erat figura, secundùm Patres; nec dubitetis, quin sincera fide illum intuentes, capitalium vulnerum curationem sint consecuturi: *Qui percussus aspexerit eum, vivet.* Num. 21.

Non enim venit in mundum, ut solveret, sed ut adimpleret legem, eamque in Matth. 5.

Psal. 39. medio cordis sui, juxta Prophetæ regii verbum, adeò insculptam habuit, ut non fuerit affixus priori cruci suæ in gremio

Orat. de laudib. Deiparæ ad Philip. Matris, juxta Sancti Epiphanii mentem; neque exaltatus in ligno crucis tanquam in sinu posterioris genitricis suæ, juxta Ecclesiæ dictum; quàm ut fieret obediens mandato Patris, secundum testimonium

2. ad Hebr. 10. Sancti Pauli.

Sicut cepit Jesus facere & docere, & doctrina sua vivum fuit exemplar divinæ vitæ suæ; Sacram Scripturam consulere debetis, ut addiscatis fidei summam & agendorum rationem, utque sitis fideles dispensatores mysteriorum, quæ vestris demandavit manibus, & recti germanique duces illorum, quorum animas vestro commisit regimini.

Joann. 8. In Scriptura habebitis, quòd sola veritas liberet nos, eaque sola sit viam inter ac vitam; quia sola ipsa est via, quæ homi-

Joan. 14. nes ad vitam potest perducere; subindè, quavis probabilitate fruatur opinio, à peccato non eximit, si non obstante probabilitate illa adversetur veritati, quæ sola

Prov. 16. Est via quæ videtur homini recta, & novissima ejus ducût ad morté. nos liberat: quòd licèt semita multùm nobis recta videatur, ducit tamen interdùm ad præcipitium & mortem; quia ut ad vitam perveniatur, non satis est, ut vita videatur recta, sed oportet, ut reapsè rectitudine gaudeat: peccati jugo tenemur, cum illius ergastulo & vinculo capti sumus; falso licèt obtentu putemus libertate nos insigniri: peccatur, cum adversus Dei legem agitur, verisimili quamvis ratione ducti arbitremur, contra ipsam minimè nos operari, eamque nos haudquaquàm violare; illa quippe suprema lex, immutabilis manens tot inter nostras mutationes atque errores, reipsa damnat

quod

quod tantùm specie tenùs cum eâ congruit: *Quod Deus damnat, nunquàm & nusquàm excusatur: nunquam & nusquam licet, quod semper & ubique non licet.* Tertull. lib. de Spectacul. c. 20.

Reprehendetis in Scripturâ, quòd ut sola veritate ad vitam pertingimus, ita charitate solâ liberamur à morte: *Qui non diligit, manet in morte.* 1. Joan. 3. Quòd sicut veritate adstringimur agnoscere Deum tanquam primum rerum omnium principium, S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 10. ad 2. ita charitate tenemur referre omnia in Deum quasi in finem ultimum, aut motu actuali, aut impressione virtuali quæ suo ex amore nascatur; illique non possumus deesse officio citra aliquam inordinationem, subindeque aliquod peccati genus: quòd sine illo gemino mentis ac cordis holocausto, quod rependit gratia primo principio & ultimo fini, religionis christianæ officiis persungi non possumus, in qua non adoratur Deus nisi in spiritu ac veritate, id est fide purâ, erroris experte, & charitate sincerâ, libidinis immuni; quòd si amor ille in corde nostro principatum non teneat, reapse justi non sumus, ac nihil æqui valemus efficere, nisi Deus aliqua nos dignetur amoris sui scintilla; adeoque verè de charitate affirmari potest, aut perfectâ aut imperfectâ, aut consummatâ aut inchoatâ, nullum esse fructum qui ex eâ non pullulet: *Non est fructus bonus, qui de charitatis radice non surgit.* S. Aug. lib. de Spiritu & littera, c. 14.

In Scriptura quoque comperietis, quòd sicut error ad vitam ducere nos non valet, ita non omne ignorantiæ genus potest nos à morte eximere: quòd *ille servus qui cognovit voluntatem domini sui, & non se præparavit, & non fecit secundum voluntatem* Luc. 12.

ejus, vapulabit multis: qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis, ardebit licèt mitiùs, inquit Sanctus Augustinus: *Fortassis ut mitiùs ardeat*: quia peccat, ait Sanctus Thomas, quamvis peccatum sit minus. Etenim si omne ignorantiæ genus, legitima peccati excusatio foret, multiplicatione peccatorum posset quis velut impeccabilis evadere: excœcatione premiare videretur Deus crimina, quæ tamen illa castigat; & cum sanctissimi viri à Deo postulent, ut delicta juventutis suæ & ignorantias suas non reminiscatur; homines blasphemiæ atque luxuriæ maximè dediti, à Domino possent deposcere cœcitatem atque ignorantiam, tanquam indubiam abominationum ac scelerum suorum excusationem:

Lib. de gratia & lib. arbitr. c. 3. Quodlib. 9. art. 15.

Ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator, inquit Sanctus Augustinus, *vel reatu originis, vel additamento propriæ voluntatis, sive qui novit, sive qui ignorat, sive qui judicat, sive qui non judicat.*

Epist. 105.

In Scriptura reperietis, quòd cum Ecclesia sit sponsa, non ancilla, non gignit servos metu, sed ingenuos filios amore; proinde ipsa non imperat, ut exhibeamus Deo cultum merè externum, uti præstabat Synagoga; sed cultum internum ac spiritualem: adeoque in præcipuo obsequio suo, scilicet sacrificio, quod suo quisque modo fidelis debet festivis ac Dominicis diebus Domino offerre, non intendit, ut offeratur judaico ritu, sed christiano. Oportet, inquit Sanctus Augustinus, ut sicut in illo generali sacrificio Jesus Christus se se offert cum fidelibus omnibus qui ejus membra sunt, ita fideles omnes se se cum Christo capite suo offerant; & sicut augustum illud caput in arâ

Ad Galat.

Lib. 10. de Civit. Dei, c. 4. 5. & 6.

cru-

crucis consumptum est sola amoris flammâ, ita illius capitis membra non possunt immolari cum ipso in cruce aræ, sine igne charitatis, ac corde in cœlum erecto, juxta publicam contestationem, quam in sacrificii fronte emittunt: *Sursùm corda: habemus ad Dominum.*

In eâ reperietis, quòd sicut omnia Deo debentur, quoniam invisibile rerum omnium principium est, juxta verbum Scripturæ, perennisque totius paternitatis origo, juxta Apostolum; liberi nihil non debent parentibus, tanquam visibili sui esse principio, imaginique sensibili potentiæ necnon paternitatis divinæ. Et ita extranei bonorum omnium præstantissimum atque patri charissimum, videlicet filiæ suæ famam atque existimationem, stupro tollere non possunt, sine illatâ ipsi gravissima injustitiâ; licèt puella furto illi atque injuriæ assensum præbeat. Psal.94. ad Ephe.3.

In Scriptura invenietis, quòd amor quem debemus Deo tanquam fonti totius nostri esse, effundi debet in proximum, qui nobiscum particeps fit ejusdem esse naturalis nativitate temporariâ, ejusdemque esse supernaturalis sanguine Jesu Christi; quòdque ille amor falsus est, & fallens, si cum illum pecunia laborantem videmus, nostra claudimus viscera, ut ait Scriptura, cum illa essent aperienda ad suppeditandum ipsi subsidium. Non oportet, inquit Sanctus Maximus, ut terrena bona sint propria illis quibus gazæ cœlestes debent esse communes: *Peccatores peccatoribus fœnerantur*, ait Christus; quod de crudeli illo intelligitur fœnore, quo ex puro puroque mutuo iniqua merces suscipitur, quam hisce verbis interdicit: *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Sed & aliud usuræ genus est, in- 1. Joan.3. Luc.6.

quit Sanctus Augustinus, quam non vetat Deus, imò quam nobis imperat; & illa ipsa est, qua Deo fœneramur, pauperibus eleemosynam impertiendo; per magnificum quippe illud mutuum cum Domino verè fœneramur, dum pro tenui bono fluxo & caduco, recipimus ab eo thesauros infinitos, divitiasque immortales. Legibus omnibus usura prior vetatur, posterior & consulitur & imperatur; atque eam ob rem, quasi leges omnes fuissent violatæ in negatione illius usuræ, Jesus Christus peccatores omnes æternis flammis addicens, suam fundat sententiam in solo ejusdem usuræ defectu: *Ite maledicti in ignem æter-*
Matth. 25. *num; esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum.*

In Scripturâ quoque occurret, quòd si charitas valdè prona est ad dandum, quia nihil habet proprium; omnia etiam ferre debet, quia nihil obtinens proprium, amittere nihil potest ex eo, quod sibi auferri tentatur: *Si quis te percusserit in dexteram*
Matth. 5. *maxillam tuam, præbe illi & alteram,* inquit Jesus Christus; *& ei qui vult tecum ju-*
Luc. 6. *dicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Pro calumniantibus & persequentibus orare debet, & vice ferri ac veneni, ad se confugere, omnique cura adniti, ut retribuendo bonum, insignem referat palmam de malo quod patitur, juxta magni præceptum Apostoli:
Ad Rom. 12. *Vince in bono malum.*

Ista quidem præcepta, inquit Sanctus Augustinus, *magis ad præparationem cor-*
Epist. 5. *dis quæ intus est pertinent, quàm ad opus quod in aperto fit:* Attamen, ex eodem Doctore, utrumque dirigunt; nosque adstringunt, quod spectat animum, ad ser-

van-

vandam incorruptam in animâ charitatem, quantumvis Dæmon conetur illam torrente persecutionis & calumniæ extinguere; atque fixum habere propositum optandi & faciendi bonum iis, qui pertinaciter nobis & malè precantur, & malè faciunt. Quod autem pertinet ad actum externum, foras prodere se debet charitas, quantùm judicamus utile iis quibus benè optare debemus, quo liberemus illos lethargia illa mortifera, juxta dictum Sancti Pauli, & expressionem Sancti Hieronymi; *hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus*. Quapropter Sanctus Augustinus, omnem præceptorum illorum vim illustrans, inibi subjicit: *Vt teneatur in occulto animi patientia cum benevolentia; in manifesto autem id fiat, quod eis prodesse videtur, quibus benè velle debemus*. Porrò cum nonnisi per summam insaniam putari possit, esse utile iis, qui bona aut famam à nobis eripere tentant, in flagranti illo delicto extremum obire diem flammisque adjudicari sempiternis, non potest citra manifestam patientiæ atque legum omnium charitatis violationem, repelli vis modis violentis, quibus Scriptor ille conatur conciliare authoritatem. Lib. 1. contra Pelag. c. 9.

In Scriptura comperietis, calumniam indefinitè prohibitam: *Non falsum testimonium dices*, & maledicos universim Regno cœlesti pulsos: *Maledici regnum Dei non possidebunt*. Nevè putetis, fas esse calumniam calumnia repellere, in eâ etiam deprehendetis, nunquam esse licitum retribuere malum pro malo, neque facere malum, ut veniat bonum; quia sive aggrediendo, sive defendendo calumnia contorqueatur, calumniator quis efficitur: *Quid refert in-* Matth. 19. 1. Cor. 6.

ter

Lib. de Patient. c. 10. *ter provocantem & provocatum*, inquit Tertullianus; *nisi quod ille prior in maleficio deprehenditur, at iste posterior; tamen uterque læsi hominis reus Domino tenetur, qui omne nequam & prohibet & damnat: nulla in maleficio ordinis ratio est.*

S. Aug. lib. 2. de doctr. Christ. c. 20. In Scriptura legetis, quòd sicut Deus nihil præter charitatem imperat, ita nil nisi cupiditatem interdicit; quia quemadmodùm charitas bonorum omnium radix est, ita malorum omnium origo cupiditas; quòd sicut Deus præcipit, ut solo se fruamur, id est in ipso unicè delectationem nostram atque quietem ponamus; quia solus ipse bonum est summum, quod beare nos potest: mandat etiam in utroque testamento, ut nullam rem caducam amemus, nullam per se expetendam putemus, eâque tantùm officii & vitæ necessitatis causâ utamur, moderatione utentis, non libidine amantis. Tandem quòd sicut pietas christiani posita in observatione primi præcepti, quo jubemur frui Deo solo, & vetamur aliqua propter se creatura potiri; illius tota inordinatio consistit in violatione mandati, quo interdicitur creaturarum fruitio, quarum solus permittitur usus: *Non est alia vita hominum vitiosa atque culpabilis*, inquit Sanctus Augustinus, *quàm malè utens & malè fruens*. Deus enim optans ut eum ex toto corde diligamus, prohibet nobis, ne creaturas propter se appetamus, nobisque injungit, ut eas ad ipsum referamus, in quem collimare debet ardor & impetus omnis amoris nostri; & qui *nullum à se rivulum duci extra patitur, cujus derivatione minuatur.*

Ibid. lib. 1. c. 4.

Lib. de Morib. Eccl. c. 41.

S. Aug. lib. 10. de Trin. c. 10.

S. Aug. lib. 1. de Doct. Christ. c. 22.

In

In Scriptura invenietis, quòd cum leges Ecclesiæ, spiritu Dei ipsam regentis & vivificantis conditæ sint, Spiritu illo immortali & invisibili nunquam non ipsam regente & amante: oportet, ut quævis tandem in littera ac corpore Canonum suorum contingat mutatio, idem semper sentiat, quia eodem donatur Spiritu: oportet, ut sicut semper abhorret ab erroribus damnatis, quoniam eodem regitur lumine; ita similiter ardenter desideret praxim virtutum, quas commendavit; quia jugiter eodem vivificatur igne. Oportet denique, ut immobilis perstet in principiis Moralem spectantibus, uti mutationis est incapax in dogmatibus ad fidem pertinentibus. Equidem liberorum suorum tenuitati consulens, haud semper exigit in statu eorum infirmitatis easdem agendi formulas, quas ab illis postulabat in statu sanitatis: accomodatque imbecillitati charitatis, externas quas ei præcipit operationes, uti etiam ingenioli tenuitati quæ revelat mysteria, prudenter aptat; & identidem usurpare potest dictum Jesu Christi Apostolos alloquentis: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò*. Verùm in sancta illa indulgentia, quæ legum suarum pristinum rigorem minuit, idem manet Ecclesiæ spiritus, optatque semper, ut filii sui ad regularum perfectionem perveniant: interior Spiritus nulli subjacet variationi, & onus eò collimandi pro viribus, manet integrum; quia nititur unitate immutabili Spiritus, quo vivificatur Ecclesiæ corpus in omnibus temporum differentiis. Joan. 16.

Tandem in eâ deprehendetis, quòd sicut id quod fidei lumini adversatur, peccatum est, juxta Sanctorum omnium Patrum sen-

sententiam; ita quod pugnat cum sensu ac radio conscientiæ, peccatis etiam accenad Rom. 14 setur, juxta doctrinam Apostoli, & expositionem Sancti Thomæ: *Quod non est ex fide, peccatum est*. Ac subindè, quemadmodùm quidquid fit juxta probabilem opinionem, peccatum esse potest, quia radiis fidei atque veritatis potest esse contrarium; ita illud omne quod fit juxta sententiam minùs tutam minùsque probabilem, certò peccatum est, quia certò adversatur conscientiæ judicio, improbantis, quod minùs probabile minùsque securum judicat. *Ex conscientia*, inquit Sanctus Thomas, Quodlib. 8. art. 13. *obligatur aliquis ad peccatum, sive certam habeat fidem de contrario ejus quod agit, sive etiam habeat opinionem cum aliqua dubitatione*. Ecce veridica Ethicæ christianæ principia, quibus obligamur in dubiis DEUM consulere: id quod legi magis esse consentaneum cœlesti face novimus, consectari: in timore ac pace vitam agere, præmissâ humili illa diligentique inquisitione. *Hoc quotidie boni Rectores faciunt*, In Job 12. inquit Sanctus Gregorius, *cum se res dubias discernere non posse cognoscunt: ad secretum mentis, quasi ad quoddam tabernaculum revertuntur; divinaque lege perspecta, quasi coram posita Arca, Dominum consulunt; & quod prius intus tacentes audiunt, hoc foris postmodùm agentes innotescunt*.

Dilectissimi Fratres, illi quibus dabit Matth. 13. Deus *aures audiendi*, qui ab eo percipient gratiam obediendi verbo ejus: qui columbæ oculis ac fidei simplicitate aspicient divinum illum Serpentem in deserto positum, super terram repere desinent aut terrenis rebus innutriri, fierique imagines primi illius anguis, qui eos sibi similes effecit, divinæ similitudinis

loco, quam pollicebatur: *Eritis sicut Dii.*

Si qui verò suis in sceleribus obfirmati, minimè agnoscentes peccata sua, cum illos Deus ad pœnitentiam vocat, uti primum vocavit hominem, ficus foliis, Adami instar, se tegunt, piaculis excusationes afferunt, in proximis occasionibus habitibusque peccati mordicùs versantur: memores estote, Dilectissimi Fratres mei, quòd à nobis geminam accepistis potestatem, quòdque sicut, juxta præscriptum Dei, solvere debetis eos qui, velut Lazarus è tumulo, confessione prodierunt, qui ejus instar proximas peccati occasiones atque mortuorum societatem deseruere, qui habitus pondus & lapidis gravitatem, quo claudebatur sepulchrum, quasi Lazarus alter, exonerarunt; debetis contra illigare eos, qui peccati funibus capti, exhorrescunt quidquid potest sua vincula disrumpere; ne illos solvere peroptando, vosmetipsos ligetis, juxta Sancti Ambrosii mentem; neve dum ostendere vultis potestatem vestram, aperiatis eorum fœtorem, ut ait Sanctus Gregorius. Hom.26.in Euang.

Mementote, quòd vobis a Jesu Christo vetitum sit, dare Sanctum Sanctorum canibus ad vomitum suum continuò revertentibus, atque projicere Euangelii margaritas, & Mysteria maxima, ante porcos illos turpes, qui in obscœnarum voluptatum luto sordescunt. Ne sitis immemores, quòd legati Dei, è Paradiso debetis ejicere homines illos impœnitentes, qui oculos eruere suos, aut pedes amputare, juxta præceptum Jesu CHRISTI, nolunt, id est, privare se rebus quæ ita possunt esse cordi ac ipsi ocelli, atque similis cum pedibus necessitatis, juxta Patrum expo- Matth. 7. 2.Petr. 2. Matth.18. S. Chrys. homil. 17. in Matt.

expositionem; cum oculi illi quamlibet chari, & pedes illi quamlibet pernecessarii, eis sunt offendiculo.

Tandem memores estote, quòd successores cœlestis illius Cherubini, quem Deus præ foribus Paradisi posuit, debetis illius instar verbi gladio munire vos, illasque animas mortuas interdicere ligno vitæ, nimirùm Eucharistiâ, cujus idem lignum figura erat. Gladius ille, quo vestram instruetis dexteram, igneus gladius esse debet, aut ignis gladii speciem præ se ferens; ut sciatis, expulsionem illam manare debere à charitate pastorali, illoque sacro igne quem DEUS in terras mittere venit, quemque accendere non cessat Spiritus sui infusione atque spiraculo.

lib. 4. de Genes. ad litter. c. 40.

Genes. 3.

Cum, Fratres mei amantissimi, *totis*, quod ajunt, nervis Ecclesiam suis *in rivulis* purgare adnitemini; conabimur, opitulante Spiritu Sancto, in fonte suo Ecclesiam mundare, neque admittere ad sacerdotium, id est culturam & custodiam Paradisi, nisi eos ipsos quos Deus eum in finem destinare voluerit, quive merebuntur sublime illud ministerium vitâ piâ, & criminationis experte, juxta Sancti Pauli præceptum. Quòd si aliquis dispensationem illam obire tentat mercenario animo, emendi aut vendendi causâ res sanctas & dona Spiritus Sancti præsignata à columbâ, arripere conabimur flagellum mysticum, quo suam JESUS CHRISTUS armavit dexteram, ad ejiciendos è templo eos qui negociatione Majestati suæ injuriosâ, in speluncam latronum illud commutabant.

Genes. 2.

1. ad Tim. 3.

Joan. 2.

Verùm speramus, fore ut Deus, qui supremus est animarum Pastor, & qui solus

solus è lupo valet ovem facere, avocaturus sit ab Ovili suo lupos illos personatos, & pastores illos mercenarios: ut ipse qui Paradisum terrestrem suâ manu consevit, qui unus gratiá sua potest vegetare plantas quas irrigamus verbo, ex illo sit ejecturus serpentes providentia suâ, atque sublaturus sterilitatem rore suo: ut ipse, qui peritus est mystici hujus templi architectus, & qui solus valet Spiritu suo sibi templa & adoratores ponere, pulsurus sit ab Ecclesia mercenarios illos, neque passurus, mortuas animas vitalem panem capere, aliisque edendum distribuere.

Interim, Charissimi Fratres mei, cum Deus vocitet vos in Scripturis, adjutores suos & cooperatores, pugnate fortiter illius causâ; at cum solius charitatis gratiâ dimicetis, nolite manus conserere, nisi in spiritu charitatis. Zelo quamvis maximo in vitium ferveatis, tenete firmiter dilectionem, ac discretionem personis debitam; & mementote, quòd, juxta spiritum Ecclesiæ & doctrinam Sanctorum Patrum, paleam in area, & lolium in agro ferre debetis, si bonum estis granum, atque patienter expectare messis tempus, in quo Paterfamilias ventilabrum manu tenens, paleamque ac lolium à frumento discernens, alterum in ignem projiciet, alterum in gloriæ suæ horreum admittet. Datum Diniæ, & publicatum in Synodo, sexta die Maii 1659. Luc. 17.

Tussanus, Episcopus Diniensis.

Jussu prædicti Domini mei

Achard.

Dum

Dum hic Tomus quartus, in quo præcipuè de Pœnitentia agitur, prælo committeretur, præclaram Homiliam à Summi Pontificis ore, de hoc argumento, summa cum animi exultatione audiens, varia hinc delibata inserere statim decreveram; sed cum deinde omnia eximia, omnia utilia, omnia majestate Pontificiâ solidata, & spirituali unctione plenissima comperissem, integram hìc attexere operæ pretium duxi.

HOMILIA

S.S.D.N. CLEMENTIS XI. *Pontificis Maximi: habita in Dominica Resurrectionis Christi Domini, inter Missarum solemnia, in Basilica Principis Apostolorum, anno* 1705.

a Marci c.16. v.6. SUrrexit, *a* non est hìc: Ecce locus, ubi posuerunt eum. Verè CHRISTUS surrexit, quia ibi amplius non est, ubi mortuus jacuerat; Verè surrexit, quia procul à sepulchro recessit; Verè surrexit, quia non amplius moriturus surrexit. Hinc Angelo grande Mysterium Euangelicis Mulieribus annuntianti, ad veritatem Dominicæ Resurrectionis comprobandam, non satis fuit dixisse, quòd surrexit, nisi etiam addidisset, Non est hìc: ac locum, ubi eum posuerant, vacuum ostendisset. Surrexit non est hìc: Ecce locus, ubi posuerunt eum. Celebrantes *b* itaque (Venerabiles Fratres, Dilecti Filii) Paschalis festi ineffabile Sacramentum, agnoscamus, docente Spiritu DEI, ad cujus gloriæ participationem vocemur, imi-

b S. Leo ser. 13. de Passione Domini.

imitemur quod colimus, ac cum Christo, verè resurgente, tamquam membra cum Capite, verè itidem resurgamus. Non verè surrexit, qui inibi adhuc permanet, ubi fuerat mortuus. Non verè surrexit, qui à sepulchro non abest. Non verè surrexit, qui in id amat *a* recidere, unde surrexit. Quomodo ergo Christus *b* surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus; hoc est: quomodo Christus depositis *c* corruptelæ corporalis exuviis, redivivâ carnis assumptione refloruit; ita & nos antiquis peccatorum sordibus abjectis, spiritualiter reformemur, securitatem *d* habentes æternitatis in resurrectione Salvatoris. Exuamus antiquum *e* hominem cum actibus suis, induentes novum, qui secundùm Deum creatus est. Deponamus veterem sarcinam carnalis cæni, ac fædâ, detersâ labe vitiorum, redivivâ *f* gratiâ immortalitatis ornemur. Appareant *g* in Civitate Sanctâ, in Ecclesiâ Dei, futuræ resurrectionis indicia, & quod faciendum est in corporibus, fiat in cordibus. Revolvatur lapis, vincula dissolvantur, & qui terrenarum cupiditatum pondere prægravantur, discussâ *h* obstaculorum mole, prosiliant. Hæc est *i* salutis via, & cœptę in Christo veræ resurrectionis imitatio. Christus scilicet resurgens *K* ex mortuis jam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur; quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Si igitur & Nos (Dilectissimi) mortui *l* sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? si culpas flevimus, *m* quid causæ est, ut in easdem relabamur? Dicamus cum sponsâ: Expoliavi *n* me tunicâ meâ, quomodo induar illa? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? Pudeat ea iterùm sequi, quæ fu-

a Idē ser. 1. de Resurr. Dñi circa finem.
b Roman. c. 6. v. 4.
c S. Amb. ser. 54. de Innovat. fidelium.
d Idem in Commēt. in epist. ad Rom. c. 6.
e Coloss. c. 3. v. 9. & 10.
f S. Ambr. ser. 54. de Innovat. fidelium.
g S. Leo ser. 13. de Pass. Dñi.
h Idē ibid.
i Idē ser. 1. de Resurr. circa finē.
K Roman. c. 6. v. 9. & 10.
l Rom. d. c. 6. v. 2.
m S. Bern. ser. in die S. Paschæ.
n Cantic. c. 5. v. 3.

fugienda cognovimus. Pudeat ad Mundi illecebras reverti, quibus per pœnitentiam renuntiavimus. Pudeat demùm, postquam nova *a* suscepimus indumenta sanctitatis, in veterem *b* vilitatem degeneri conversatione redire. Hoc sciamus, *c* quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, & ultrà non serviamus peccato. Irrisor enim est, *d* non pœnitens, qui ea adhuc agere pergit, quæ deflere non desinit. Meliùs *e* erat illi non cognoscere viam justitiæ, quàm post agnitionem retrorsùm converti ab eo, quod illi traditum est, sancto mandato. Terra scilicet *f* sæpè venientem super se bibens imbrem, atque adhuc proferens spinas, ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima. Qui itaque hac die, quam fecit Dominus, fermento *g* veteris malitiæ abjecto, in azymis sinceritatis, & *veritatis* Pascha Domini celebratis, cavete, ne *h* cum mortui fueritis semel, iterùm moriamini; jam enim non peccato moriemini, sed veniæ. Cavete, *i* ne ipsius pœnitentiæ pœnitentiam agentes, exprobrari vobis audiatis propheticum illud: Quàm *K* vilis facta es nimis, iterans vias tuas; ac cum filiis *l* desertoribus reputemini, addentes peccatum super peccatum, & thesaurizantes vobis *m* iram in die iræ. Cavete, ne gravem hanc æterni luminis candori contumeliam faciatis, ut qui antiquæ noctis caliginem cognovistis, illam iterùm diurnæ luci præferatis: Comparationem *n* quippè videtur egisse, qui utramque cognoverit, & judicato pronunciasse eam meliorem, cujus se rursus esse maluerit. Nostis profectò deserentibus Ægyptum *o* aperuisse Dominum vias maris, circumfusis deinde aquis illas texisse, ut ad desertum pœnitentiæ pro-

a S. Ambr. d. ser. 54. de innovat. Fidelium.
b S. Leo serm. 1. in solemnit. Vig. Nat D. N. J. C. circa fin.
c Roman. c. 6. v. 6.
d S. Isidor. lib. 2. sent. c. 16.
e 2. Petr. c. 2. v. 21.
f Heb. c. 6. v. 7. & 8.
g S. Leo ser. 14. de Pass. Dñi. in fine.
h S. Amb. in Ps. 118. ser. 18. c. 7.
i Id. lib. 2. de Pęnit. cap. 9.
K Jerem. c. 2. v. 36.
l Isai. c. 30. v. 1.
m Rom. c. 2. v. 5. Hoc est thesaurizare iram Dei, peccata iterare. S. Bon. in cap. 5. Joan. collat. 25.
n Tertull. lib. de Pœnit. c. 5.
o S. Euch. de laude Eremi.

properantibus patefaceret iter, clauderet reditum. Nostis, quæ Sermo Divinus admonet: Fili *a* peccasti? n a adjicias iterùm, sed de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. Unusquisque proindè nostrum iisdem planè verbis, quibus Reparator noster Paraliticum incolumitati restitutum moneri voluit, monitum se similiter arbitretur: Ecce *b* sanus factus es, noli jam ampliùs peccare, ne deterius tibi aliquid contingat; noli *c* peccare post veniam, noli vulnerari post curam, noli sordescere post gratiam. Indulgentiæ siquidem ingratus est, qui post veniam peccat. Sanitate indignus est, qui priori *d* vix curato vulnere, novum amat vulnus, & quærit: nec mundari meretur, qui se post gratiam coinquinat. State igitur (Dilectissimi) & si verè consurrexistis cum Christo, nolite *e* iterùm jugo servitutis contineri. Stabiles estote, *f* & immobiles, abundantes in opere Domini; ut cum Beato Job dicere possitis: Justificationem *g* meam, quam cœpi tenere, non deseram. Id porrò ut feliciter assequi valeamus, Resurgentem Dominum enixè deprecemur, ut qui Paschalia *h* festa peragimus, hæc eo largiente, moribus, & vitâ teneamus. Rogemus misericordiarum Patrem, ut nobis potenti suæ dexteræ auxilio dignetur adesse, eique cum duobus Discipulis, qui ipsum, postquam resurrexerat à mortuis, in fractione Panis cognoverunt, fidenter dicamus: Mane *i* nobiscum Domine, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies. Ubique tenebræ, ubique luctus, ubique languor, ubique formido. Ingemiscimus sanè inter ærumnarum præteritarum recordationem, præsentium sensum, & metum futurarum. Inclinata est jam dies. Vide Domine *K* afflictionem no-

a Eccles. c.21.v.1.

b Joan. c. 5. v.14.

c S. Joan. Chrysost. serm. de lapsu p. hominis in fin.

d Id. hom. 15. ad Pop. Antioch.

e Gal. c.5. v.1.

f 1. Corint. c.15. v.58.

g Job c.27. v.6.

h Eccl. in Collect. Dominicę in Albis.

i Luc. c.24 v.29.

K Jerem.

Thren.c.1. v.9. nostram. Vide sanctissimam Petri Navim tot minarum ventis, tot bellorum fluctibus agitatam. Vide Ecclesiæ tuæ faciem, quà multiplicatis in Religione dissidiis laceram, quà filiorum suorum iniquitatibus sordidatam. Inclinata est jam dies. Ne igitur nos

a 2.Mach. c.1.v.3. *a* deseras, Domine, in tempore malo, qui

b S.Bonav. serm.1. de resurrect. nascendo *b* contulisti nobis consortium naturæ, moriendo beneficium gratiæ, resurgendo complementum gloriæ. Custodi

c. Jerem. c.2.v.21. *c* vineam tuam electam, quam plantasti. Mane nobiscum Domine: mane nobiscum.

F I N I S.

INDEX

INDEX

RERUM PRÆCIPUARUM in hoc Quarto Tomo contentarum ordine Alphabetico.

A

Car-

Con-

fan-

ad

Con-

Con-

Con-

actu

Ar-

De-

D

Eu-

con-

I

Mo.

P

Ne

Sa-

Pœ-

Q

R

No-

T

V

FINIS.